Witchcraft
BF
1750
B68++



Witchcraft
BF
1750
B68++



Tractatus posthumus

JANI JACOBI BOISSARDI

VESVNTINI

De

DIVINATIONE & MAGICIS PRÆSTIGIIS,

Quarum Veritas ac Vanitas solidè exponitur per Descriptionem

DEORUM FATIDICORUM

qui olim Responsa dederunt;

eorundemque

PROPHETARUM, SACERDOTUM, PHOEBADUM, SIBYLLARUM & DIVINORUM,

qui priscis Temporibus celebres Oraculis exstiterunt:

Adjunctis simul omnium Effigiebus, *ab ipso Autore è* Gemmis, Marmoribus, Tabulis q, *antiquis ad vivum delineatis; jam modò eleganter ari incisis per* JOH. THEODOR. *de* BRY civem Oppenheimensem, *in cujus Icono-Bibliopolio prostat.*

OPVS Theologis, Historicis, Poëtis, Politicis, Philosophis, Antiquariis, tam jucundum, quàm utile, imò verò necessarium: *Cum* Indice.

OPPENHEIMII Typis HIERONYMI GALLERI.

FAMA VIRTVTIS STIMVLVS

PRAEMIVM VIR TVTIS HONOS

A. 6159

CORNELL UNIVERSITY
The
President White
Library
RECEIVED 1891.



VIRTVTI
ILLVSTRISSIMORVM PRINCIPVM
IOANNIS. FRIDERICI CASIMIRI.
ET IOANNIS CASIMIRI COMITVM
PALATINORVM AD RHENVM DVCVM
BOIARIAE COMITVM IN VELDENS
ET SPONHEIM
QVORVM IVBAR EXSVRGENS
GERMANIAE GLORIAM ILLVSTRABIT
FOVEBIT AMPLIFICABIT
SACRVM.

7440 B613

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS

JOHANNI,
FRIDERICO CASIMIRO &
JOHANNI CASIMIRO
Comitibus Palatinis ad Rhenum, Ducibus Bavariæ,
Comitibus in Veldens & Sponheim.

ILLUSTRISSIMI PRINCIPES. Si rerum humanarum ſtatum inſpiciamus, vix eo quicquam occurret miſerabilius: Enim verò non injuriâ dixere majores, niſi de alia beatiore nobis conſtaret, vitam noſtram deterioris eſſe conditionis, quàm eſt brutorum quorum vis animantium; quia enim (ut jam de reliquis nihil dicam) eæ ipſæ res, ex quibus ſolatium aliquod percipere ſperamus, ita ſunt comparatæ, ut animos noſtros anxietudine premant, quod nos fugiat, num, quæ in ani-

mum induximus, finem optatum sint consequutura, & plerumque usu venit etiam piis doctisque, ut, ubi jam opus aliquod præclarum ad umbilicum, quod ajunt, perduxisse videntur, irrepat tacito pede & immatura quidem sæpenumero mors, quæ colophonem addere non permittit; facit hoc etiam ad augendum vitæ hujus acerbitatem. Postremum verò istud si quisquam alius, certè Doctissimus juxta ac Clarissimus Vir piæ memoriæ, JANUS JACOBUS BOISARDUS antiquitatum indagator solertissimus *inprimis expertus est. Absolvit is quidem opus hoc eximium, sed Vestris Celsitudinibus, quod in votis habebat, offerre non est ipsi datum: præmaturus enim tanti viri obitus posthumi nomen libro dedit. Cæterùm quia non solùm communis sensus nos naturæque lex docent, sed sacra etiam volumina, pactionem hominis non esse abrogandam, satis autem constat, non modo ex præfatione hîc apposita, Auctorem opus hoc Vestris Celsitudinibus dicasse consecrasseque; verùm etiam id jam pridem Serenissimo Celsitudinum Vestrarum Parenti (cujus memoria est in benedictione) pollicitum, prout apparet ex præfatione primæ partis Topographiæ urbis Romæ, ubi hæc Auctoris verba habentur:* Si DEUS mihi dies vitæ longioris proroget, absolvam tractatum, qui jam ferè ad finem perductus est: in quo statuas Deorum antiquorum propono cum singulorum elogiis, quibus est adjuncta ampliſſima omnium Genealogia, imagines Sacerdotum & Sacrificorum, habitusq; virorum & mulierum: quæ omnia, EX TABULIS ET MARMORIBUS ANTIQVIS excepi: Et opus absolutum Tuæ Celsitudini consecrabo. *Neq; verò existimandum est* BOISARDUM *hîc palinodiam cecinisse, dum opus hoc, quod Illustrissimo Patri Vestro promiserat, postea sub Vestrarum Celsitudinum nomine emittere voluit. Si enim non temerè veteribus excidit, quod nunc vulgi ore teritur proverbium;* Amicus fidus est alter ego. *Quid dicemus de filiis piis, de quibus Sirach in Ecclesiastico testatur, quod eorum patre defuncto, est tamen quasi non esset mortuus, nam similes post se reliquit? certè major amicitia sive amor non est inter homines quàm piorum patrum in filios & contrà, hinc fit, ut quod Vestris dicatur Celsitudinibus, idipsum Serenissimo Patri Vestro, hoc verò præcipuè tempore, cùm is naturæ legibus satisfecit, Vosque paternorum omnium bonorum legitimos reliquit hæredes, dicatum meritò censeri debeat. Quæ, cum ita sint, supremam* BOISARDI *voluntatem ac singulare votum violare nefas esse putavi. Accipite igitur, Principes Illustrissimi posthumum opus hilari fronte, non secus ac si* BOISARDUS *ipse exhibuisset. Sic* DEUS *ter Maximus Vos cum tota Illustrissimorum Principum Palatinorum Rheni progenie servet ab omni malo, omniaque Vestra studia benedictione prosequatur ad gloriæ nominis sui propagationem, Ecclesiæ suæ conservationem, corporumque ac animarum Vestrarum salutem.*

Celsitudinum Vestrarum

Humilimus cliens

JOHANNES-THEODORUS de BRY
Argentinensis, civisq; Oppenheimensis.

ILLV-

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS

JOHANNI, FRIDERICO CASIMIRO & JOHANNI CASIMIRO:

COMITIBVS PALATINIS AD RHENVM,

Ducibus Boiariæ, Comitibus in Veldens et Sponheim.

Janus Jacobus Boissardus Vesuntinus.

NIhil est in hac vita tam sanctum, tam integrum, tam perfectum, quod successu temporis non contaminetur & corrumpatur, depravatis hominum sensibus & judicio. Et hoc maximè contingit in iis, quæ ad religionem, & cultum divinum pertinent, in quo cœcutiunt, & caligant omnes ferè homines, nisi peculiari beneficio cœlitùs regantur, & instituantur à Deo Patre luminum. Nulla res est, ad quam se magis attentum reddat Satan, quàm ut verbum Dei (ad quod omnis religio referri debet) à propria significatione per transversas & erroneas interpretationes detorqueat, ut à vera via, superstitionum abusibus & devotionum nefariis ritibus homines abducat à Deo, & Servatore Christo, sibiq; addicat, & ad sui adorationem pelliciat. Doctrinam de nostra salute, traditam à Prophetis, confirmarunt Apostoli, Spiritu sancto afflati, Doctorésque, & sancti Martyres, tam prædicatione Euangelii, quàm miraculis, eamq; signarunt effusione sui sanguinis: nihil omittentes intentatum, quò salutaris illa institutio per manus tradita stabiliretur inter Electos, rejectis illis superstitiosis ritibus, quibus universus terrarum orbis usque ad insaniam dementabatur; procurante id malo Dæmone, qui statim à principio primum hominem mendacio decepit, & à Dei obedientia avertit; ejusdemq; posteros miraculorum præstigiis ad se allexit, relicto vero & uno Deo rerum omnium conditore & conservatore. Hæc depravatio cœpit in ipso Caino, progressumq; & incrementum maximum adepta est in ejus posteris, qui paulatim

latim per omnes abusus, corruptelas, & contemptum Dei altissimi involuti sunt. Huic malo adhæserunt NEPOTES SETHI (qui filii Dei vocati sunt.) Nam & hi doctrinam salutarẽ de cultu divino ab Adamo traditam aliquandiu retinuerunt integram, & incontaminatam, donec contracta societate cum posteris Caini, impietatis eorum facti sunt consortes & participes: cognitionémque illam astrorum, & corporum cœlestium à Deo datam, converterunt in Magicas profanationes, in evocationes Dæmonum, & abominandas cum animabus mortuorum communicationes: quas non solùm speciosis titulis, & nominibus publicaverunt, sed etiam eorum auctorem Deum effinxerunt. Utq; fides impiæ doctrinæ accederet, portentosis miraculis à Dæmonibus editis confirmarunt. Scelerata hæc progenies diluvio generali obruta desiit, sed non extincta est simul Satanæ versipellis astutia & malitia: CHAMUM Noæ filium sibi reservavit tanquam restauratorem, & suscitatorem istius impietatis, in qua ante inundationem nimis exactè fuerat instructus. Et hanc propagato genere humano post diluvium iterùm publicavit in Asia, Ægypto, & Italia: potissimùm inter Bactrianos, quibus Rex suffectus est. Hinc diversæ Philosophorum sectæ ortæ sunt: multifariæ de omnibus scientiis opiniones seminatæ in animis mortalium. Qui singuli ut ab aliis differrent, peculiaria divulgarunt axiomata, sibi ipsis ab invicem contrariantia. Quóque solertiùs ratiocinando probabilibus argumentis suas opiniones visi sunt probè stabiliviſſe, eò longiùs à vero scopo aberraverunt: & in eundem errorem reliquos homines pertraxerunt. Cúmque unum Deum fateri cogerentur totius mundi conditorem & conservatorem; ejus tamen Majestatem altiorem esse persuaserunt, quàm ut se demitteret usque ad hæc inferiora corruptibilia; quorum gubernationem arbitrio Fortunæ relinqueret cœcæ, levis & inconstantis. Alii, qui saniùs se docere credideruntdixére summam illam Divinitatem æternam, omnipotentem, & cœlestem sese communicare cum hominibus interceſſione Dæmonum, & Angelorum: per quos beneficia suæ providentiæ toti orbi terrarum, & omni creaturæ conferebantur. Ipsos Genios preces mortalium ad Deum deferre, & illis dona divina distribuere, prout jubebantur. Hinc divinus cultus Dæmonibus tributus est, tanquam procuratoribus salutis hominum, & promotoribus omnium bonorum, quæ necessaria sunt ad conservationem hujus vitæ. Hunc honorem eò lubentiùs sibi conferri passi sunt impostores hi spiritus, quòd socii, assessores, & amici summæ Divinitatis existimarentur: & tantum adimeretur de honore debito summo Numini, quantum in illos conferretur.

Ex Philosophis, qui varii fuerunt, alii mundum æternum esse censuerunt: Deum, qui essentia est spiritualis, infinita & æterna, esse mundi animam per omnes ejus partes diffusam: ideò sua virtute omnia vegetare

getare & conſervare: Mundum viſibilem eſſe Dei corpus. Quidam animas, quę principium habent, incrementum & ſenectam patiuntur, perire cum corpore voluerunt. Alii quidem immortales eſſe, ſed poſt mortem ad Inferos deduci: ut illic pro ratione virtutum, vel peccatorum commiſſorum in vita, pœnas luant, vel beatæ quieti adjudicentur, in Campis Eliſiis. Quidam animas defunctorum in aliena corpora migrare docuerunt, non tantùm humana, verùmetiam brutorum, aut etiam in plantas. Neq; defuerunt, qui animas poſt obitum in malos Genios, & Dæmonas converti crederent: ſi ex hac vita obrutæ & inquinatæ vitiis & criminibus emigraſſent: reddiq; *Lemures*, *Lamias*, *Empuſas*, *Larvas*, & ejuſmodi *terriculamenta nocturna*, quæ miſero hominum generi infeſta ſunt. Quæ autem benè piéque vixiſſent, HEROAS reddi, *Lares*, *Genios bonos*, *& Indigetes*, pro meritorum magnitudine: & eos bonis Dęmonibus junctos hominibus eſſe propitios, beneficos, bonorum promotores & fautores.

De ſummo bono diverſæ fuerunt inter hos Sapientes ſententiæ: Quidam in Virtute ſola id conſtituerunt: alii in Virtute quidem, ſed quam Fortunæ bona comitarentur: alii in Apathia, alii in Voluptate ſummum illud bonum ſitum affirmarunt. Diverſi diverſa pro conceptu, & imaginatione ſui intellectûs commenti ſunt, & effutiverunt.

De fruitione Vitæ æternæ, de cognitione ſalutis adeptæ per Chriſtum, nemo eorum cogitavit: nam hoc captum humanæ mentis ſuperat. Nihilo tamen minùs SAPIENTES exiſtimati ſunt inter homines, & vocati ſunt: licèt cœci cœcorum duces eſſent. de quibus Apoſtolus *Palàm*, inquit, *eſt ira Dei de cœlo adverſus omnem impietatem, injuſtitiam hominum; ut qui veritatem injuſtè detineant. Quoniam id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis. Deus enim eis manifeſtum fecit. Ipſius enim inviſibilia, dum ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perſpiciuntur: externa videlicet ejus tum potentia, tum Divinitas; ad hoc ut ſint inexcuſabiles. Propterea quòd cùm Deum cognoverunt, ut Deum non glorificaverunt, neq; gratias ei egerunt: ſed vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis: & obtenebratum eſt inſipiens cor eorum. Cùm ſe profiterentur eſſe Sapientes, ſtulti facti ſunt. Mutaverunt enim gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptibilium. Quamobrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipſorum, ad impuritatem, ut fœdarent corpora ſua inter ſe. ut qui Dei veritatem mutaverunt in mendacium; & coluerunt, ac ſerviverunt rebus creatis præterito Creatore, qui eſt benedictus in ſæcula.* Rom. 1.

Sectæ omnes iſtæ Dæmonum inſtinctu excogitatæ, & promotæ circa Magicas artes, Aſtrologiam, divinationem, & rerum Naturalium cognitionem animum mirificè addixerunt. Ex quarum perfecta ſcientia, & longa experientia, facultates Virtutesq; occultas rerum omnium poſtquam didiciſſent, & uniuſcujuſq; ſympathiam, & antipathiam perſpexiſſent

ſpexiſſent, ex earum temperatione, & conjunctione congruente miros effectus elicientes, habiti ſunt inter homines tanquam Dei altiſſimi familiares, & amici. Cúmque ex aſtrorum poſitione, & influxibus animadverterent plurimum affici hæc inferiora corpora, prædixerunt hominibus rerum ignaris ea, quæ futura notabant: nempe ſerenitatem cœli, pluvias, grandines, tempeſtates, inundationes, terræmotus, morbos, & alia ejuſmodi: in quibus avertendis omnes homines, qui ſibi bene eſſe cupiunt, ſemper & ubique attentiſſimi fuerunt.

Malus Dæmon quàm induſtrius & potens ſit.

Adjuvit horum Philoſophorum conatus, & induſtriam malus Dæmon: qui, ut opera naturæ callet exactiſſimè, & per multa ſæcula perfectè notavit contingentes caſus ex cœleſtium corporum influxibus, aſſeclas ſuos docuit, quæ eventura videbat: imò & quæ ipſe procuraturus erat, ut mirè potens eſt aëris, in quo maximè viget ejus principatus: nubila excitat, fulmina procurat, ventos ciet, terram concutit, inundationes promovet, & pavendas portentorum figuras effingit, ad movendas mortalium mentes. *Principium hujus Magicæ cognitionis*, ut inquit Plinius, *à Medicina ſumptum eſt*: quæ ſalutari ſpecie irrepſit, veluti altior & ſanctior medicinâ. Ita blandiſſimis, deſideratiſſimíſque promiſſis addidit vires religionis, ad quas maximè caligat hominum genus. Atque & huic miſcuit artes Mathematicas: ut omnes crederent hanc cognitionem à cœlo peti, & à Diis ſuggeri. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus tripli-ci vinculo in tantum faſtigii adolevit, ut cum ſummo applauſu ab omnibus populis excepta ſit, & culta. maximè in Oriente, unde ortum duxit: ſucceſsúque temporum per omnes orbis terrarum provincias ita dilatata eſt, & pervulgata, ut tantum auctoritati Magorum tribueretur, quantum ſemideis, & eis, qui Superorum voluntatem cognoviſſent, mortalibúsque eam impertirentur. Atque utinam pernicioſa hæc ſcientia non perveniſſet uſque ad noſtra tempora: quam non ſolùm profani homines palàm & occultè exercent hodie, ſed etiam plurimi literati, & egregiè docti, quíque de Religione Chriſtiana bene mereri volunt videri: ídque à pleriſque defenditur, aut excuſatur tanquam res ſecreta, quæ non niſi viris magnis, & peculiari beneficio de cœlo inſtructis communicatur.

Lib. 30. c. 1.

Argumentum libri.

Hæc me cauſa movit, Sereniſſimi Principes, ut quæ ex diverſa auctorum lectione mihi de hac re comperta ſunt tractatum hunc, brevem quidem pro materia locuplete, conſcriberem, DE DIVINATIONE, ET MAGICIS PRÆSTIGIIS. Cui viſum eſt adjungere effigies Deorum fatidicorum, qui priſcis illis ſæculis reſponſa dederunt, & oracula de caſibus, & eventis futura ſumma hominum admiratione pronunciave-

nunciaverunt vel immediatè per se, vel per suos Prophetas, Sacerdotes Phœbades, & Divinos: qui enthusiasmo, & furore divino correpti, multa ediderunt tum voce, tum scriptis, quæ non sine causa mirari possumus. At hic tractatus non tantùm curiositati ociosorum hominum satisfaciet, & delectationi, sed etiam non mediocrem utilitatem adferet piis lectoribus: dum cognoscent ipsos Dæmonas nunquam tanta rabie sæviisse in procuranda generis humani perditione & interitu, quin coacti sint fateri unum, & solum Deum rerum omnium Conditorem, & conservatorem adorandum esse. Quódque nos magis movere debet, videbimus Spiritum Sanctum nonnunquam fuisse locutum per Phœbadas & Sibyllas: ut apertissimè nomen Jesu Christi exprimerent, tẽpus ejus adventûs, locũ nativitatis, vitã, miracula, passionẽ, resurrectionem, ascensionem in cœlos, & postremum ejus adventum ad judicandum vivos & mortuos. Non est quòd harum scriptis quidam fidem derogent, existimentq; indignum esse profanas mulierculas, Dæmonum inspiratione afflatas, & idolis servientes tam clarè fuisse locutas de Deo vero, ejúsque filio Mundi Servatore: cùm hæc doctrina fuerit *scandalum Judæis, & stultitia omnibus gentibus.* Multi enim, ut huic credulitati fidem abrogent, dicunt, si tam manifestè de Christo venturo prædixissent, multò clariùs, & dilucidiùs de salute proposita in Jesu Christo pronunciassent, quàm ipsi Prophetæ. Verum id quidem esse fateor: nihilo tamen minùs credendum est illas scripsisse, & effatas esse ea quæ legimus: cùm & libri illarum extent; & eorum auctoritatem confirment antiquorum Philosophorum testimonia, Patrumq; primitivæ Ecclesiæ, quibus etiam eadem obiiciebantur ab Ethnicis, quæ hodie à plerisque Christianis: qui existimant ea falsò attribui Sibyllæ, quæ verisimile est excogitata & efficta ab aliquibus Christianæ religionis sectatoribus, ad confirmationem novæ doctrinæ, quæ incrementa non mediocria capere poterat, ex testimonio Prophetissarum harum fœminarum; oracula quarum sacrosancta ab omnibus populis summa religione servabantur, potissimùm à Romanis. Sed hanc opinionem refutat Eusebius in suis scriptis; in quibus Poëma illud Erythrææ Phœbadis cum acrostichide proponit: in qua continetur expressè Christi Jesu nomen. Et hoc à Cicerone, ante Christi adventum secundùm carnem visum constat, & latinè redditum: quod in historia Erythrææ Sibyllæ adnotavimus. Sed & Vergilii Eclogam Pollionis quis leget sine admiratione? in qua tam dilucidè continetur adventum Filii Dei instare, qui ex virgine natus aureum sæculum reducturus esset: felicitatémque ejus temporis per partes explicat: quarum pars ex Prophetis desumpta videtur: & hæc omnia ex Sibyllæ Cumææ versibus excerpta testatur Poëta Christianæ doctrinæ ignarus, cùm

usu.

In vita Constantini.

nondum Christus Filius Dei secundùm carnem mundo innotuisset. At qui tam perspicua Phœbadum oracula non admittunt, quod minimè induci possunt, ut credant spiritum malignum, mendacem, & impostorem, hominúmque salutis atrociſſimum hostem, voluisse Christum salutarem hominibus proponere: cùm hanc doctrinam, quantum in eo est, obscuret, depravet, & divertat. Quid dicent easdem Phœbadas alicubi deplorare miseriam suæ conditionis, quòd servitio Dæmonum à parentibus superstitiosis destinatæ, & devotæ sint: quæ mendacem Phœbum pronuntiant: quæ unum verum & solum Deum adorandum docent: quæ in idololatras tam audacter, tam acerbè invehuntur? Quid si Phœbum ipsum audiant fateri, unum Deum altissimum esse colendum? sed cùm id profari cogatur, sui non immemor statim subjungit, se quoq; illius Divinitatis æternæ, cum cæteris cœlestibus Geniis, esse portiunculam.

Μικρὸς ὢν Θεὸς μεγὰς Ἄγγελοι ἡμεῖς: quod infra in Apollinis Pythii oraculis citabimus. Et alio in oraculo cùm idem Deus vates, (alii ad Serapin id referunt) interrogaretur, quisnam Deus verus esset? respondit:

Μῶνοι χαλδαῖοι σοφίῃ λάχον: οἱ δ' ἀρ' Ἑβραῖοι
Ἀυτοχθόνιον ἄνακτα σεβάζόμενοι Θεὸν ἀγνῶς.

Nonne clarè testantur illam cœlestem, & omnipotentem divinitatem esse adorandam? cùm ii, qui eam colunt, soli veram Sapientiam attigerint? Sed ut coguntur etiam inviti verum dicere, necessitatem hanc illis injungente summo Numine; ita quoque, ut malus est Satan, veritatem hanc mendaciis, pro suo more, involvit, offuscat, & tegit, compositis cum Deo vero Dæmonibus: per quorum mysterium Dæmon vult persuadere, Deum hominibus sua beneficia conferre: ideò tanquam dispensatoribus cœlestium munerum illis deberi gratitudinem, & cultum divinum. Sed nonne & in sacris literis legimus, Ethnicorum Prophetas de Deo vero apertè sæpiùs fuisse locutos: imò & eorum aliquos Numine Spiritus sancti afflatos fuisse? BALAAM Propheta à Balaco Moabitarum Rege conductus, ut Israëlitis ex Ægypto profugis, & in deserto vagabundis execrationibus malediceret, & ad interitum compelleret; contra propositum, animiq; voluntatem illis benedixit: irascentiq; Balaco, quod non staret promissis, respondit: *Nec si domum tuam mihi donares auro & argento plenam, mandatum Domini transgredi possem, ut bene vel malè facerem, secundùm cor meum: Quod Deus dixerit, ego dicam.* Num. 22. 23. & 24.

Hæc & alia plurima, dum sæpè cum amicis viris literatis conferrem, existimaverunt non fore inutile, si brevi aliqua narratione ostenderem, quàm superstitiosè circa hanc Philosophiam vanam versati sint Antiqui: quàm graviter peccarint, dum tam curiosè de rebus mundanis perquisiverunt: in iis verò, quæ ad animæ salutem pertinebant, aut nihil, aut segniter, oscitantérque cogitaverunt. Deum unum

dum

dum agnoſcerent, Divinitatis ejus participes & ſocios fecerunt Dæmones, ac mortuos homines: quibus templa, altaria, ſacrificiaq; præſcripſerunt. Eóque progreſſa eſt hæc impietas, ut ſuppreſſo Numinis cultu, ad Genios tantùm cœleſtes, Dæmonas, & defunctos Heroas mentis aciem, oculosq; converterint; oracula ab eis popoſcerint. Et per omnes divinationis, Magicarúmque impoſturarum præſtigias inſaniâ deteſtandâ ruentes, nihil de ſalute animarum, & beatitudine æterna meditati ſint. Tantùm tribuentes Magis, & Incantatoribus, ut eorum plurimos pro Diis tutelaribus, & beneficis habuerint: Illos ſummi Reges ſibi conſiliarios adſciverint: nihil in gubernatione Politica, nihil in religione, & ſacris Deorum auſi ſint aggredi, ſine eorum conſilio & auctoritate: exiſtimantes illos Dæmonum, & Geniorum cœleſtium conſortio & familiaritate frui: cum iis communicare, iis doctoribus & conſultoribus omnia diſcere, quæ ad vitam humanam conſervandam, & fovendam eſſent neceſſaria.

Neque ſolùm in hoc tractatu adnoto, quæ abominandas illas artes declarant, ut venena mortifera, quæ ſub prætextu pietatis & ſanctitatis ſub illis deliteſcunt, fugiant pii: ſed etiam aliquot ex Dæmonibus illis Fatidicis, Phœbadibus, & Divinis, quos priſca illa antiquitas venerata eſt, ſelegi, quorum imagines & hiſtoriam, quantum à me fieri potuit, ſuccinctè & ordinatè contexui, & expreſſi, ut Vobis Illuſtriſſimi Principes, cum utilitate aliquid delectationis adferant: Non quòd mihi perſuadeam poſſe quicquam à me præſtari, quod Veſtra Celſitudine dignum ſit, ſed quia ſperem Veſtram benignitatem grato animo exceptúram hos qualeſcunque meorum ſtudiorum fructus; ad imitationem Sereniſſimi Principis Patris Veſtri, qui, ut eſt omni doctrinæ genere præter cæteros Germaniæ Principes excultiſſimus, ita quoque voluit Vos bonis diſciplinis exactiſſimè inſtitui, ut ſimul cum ſplendore nobilitatis & opum poſſeſſione, Paternæ virtutis heredes ſitis; ſufficiatisq; moderationi & gubernationi tam amplorum Dominatuum, quibus Divina bonitas Veſtram familiam locupletavit, & in integrum ſervavit tot ſæculorum anteactorum conſtanti ſerie: ex qua ortum duxerunt Illuſtriſſimi Bojorum Duces, & Palatini Principes, ſacri Romani Imperii Septemviri Electores, inter omnes Germaniæ Regulos ſemper primario habiti loco: Sed præter hos cognationi Veſtræ communes titulos, hoc Vobis accidit peculiari laude dignum, quod nulla in re Majorum gloriæ cedentes, doctiſſimo Parente geniti ſitis: qui, ut ſui ſimiles haberet liberos, Muſis Vos ſtatim à pueritia commiſit: ut adulti aliquando ſerias occupationes alternis horis lectione variorum Scriptorum condiatis, & conſilia Veſtra fulciatis operâ & auctoritate Virorum doctorum, quorum ſemper in aula ejus frequens eſt numerus. Nullus certè Princeps egregius fieri poteſt, qui non ſit liberalibus artibus,

bus, & bonis disciplinis eruditus. *Studia enim* (inquit Tullius) *virtutis sunt rudimenta, & incunabula: quibus animi ad gloriæ cupiditatem accenduntur, & aluntur.* Præclarum videtur adeptus is, qui qua re homines bestiis præstant, ea in re hominibus antecellat. Opes, forma, robur, celeritas, & alia ejusmodi, quæ ad corpus pertinent, communia sunt plebejis, & plerisque hominibus à virtute alienis. Cultus autem animi, qui scientia, & cognitione rerum laudabiliũ constat, solis nobilibus, Principibus, & regibus jure competit: ut eo mores erudiant, prudentiam in rebus gerendis sibi comparent, & populos subjectos vitæ politioris exemplo in officio retineant. Quod enim fit ad Principis imitationem, id statim ab omnibus probatur, & cum plausu excipitur. ut in populorum rectores hoc dictum quadret: *Felicissimum esse regnum, ubi Philosophus rex est, aut ubi Rex philosophatur.* Sunt enim literæ ad omnia utiles, nec cuiquam possunt esse graves. *Ex quibus* (inquit idem Cicero pro Archia) *si delectatio tantùm peteretur, tamen hanc animadversionem humanissimam, & liberalissimam judicaremus. Nam cætera neque temporum sunt, neq; ætatum omnium, neque locorum. Studia autem adolescentiam agunt, senectutem oblectant; secundas res ornant, adversis perfugium & solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quod si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possimus, tamen ea mirari debemus, cùm in aliis videamus.* Hæc, certè, probè intellexit Sereniſſimus Princeps Parens Vester: qui tantâ curâ & solicitudine Vos voluit educari à doctissimis Præceptoribus, non ignarus ampliſſimas illas dignitates, (quibus Dei opt. max. beneficio liberalissimè cumulamini) non mediocre ornamentũ recipere posse ex acquisita bonis studiis eruditione & doctrina. Cui rei ut diligentiùs provideret ejus Celsitudo, luculentis stipendiis accitos Professores bonarum literarum præfecit Scholæ illi Hornbacensi, in qua Juventus patria, & peregrina tam diligenter, tam exactè excolitur. Neve quid desit laudabilibus illius conatibus, Bibliothecã instructissimam erexit Biponti: quam quotidie locupletiorem & auctiorem reddit, conquisitis undique antiquorum & recentiorum libris. Quin & Typographiam in sua Urbe deduxit, cujus prælis excudenda tradit ea, quæ nondum extant, aut præteritorum temporum injuria exciderunt. Ratus enim est prudens & circumspectus Princeps ad suas laudes plurimùm conferre, si posteris posterorumq; nepotibus non opes solùm, urbesq; populorum frequentia, & industria cultas, arcesq; propugnaculis armamentariis, & omni commeatus genere munitas relinquat: sed testimonium futuris proponat sæculis, nihil unquam ejus Celsitudinem charius, aut optabilius habuisse, quàm ut communi omnium utilitati, & commodo consuleret: viros literatos adjuvando, conatus eorum liberalitate sustentando, & benevolẽlentiâ fovendo. Hæc beneficentia Principes antiquos illustres reddi-

dit,

dit, eorum memoriam per tot ſæcula ad noſtra uſque tempora propagavit, imò & in cœlum retulit. Primus honos meritò debetur pio, bonóque Principi, qui ad Dei imitationem (cujus vices gerit, ΕΙΚΩΝ ΓΑΡ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΣΤΙΝ ΕΜΨΥΧΟΣ ΘΕΟΥ,) beneficus erga homines, & clemens judicatur. Deus altiſſimus Veſtram Celſitudinem ſoſpitem conſervet & incolumem.

V. Celſitud.

devotiſſimus

JANUS JACOBUS BOISSARDUS.

AD

AD LECTOREM
BOISSARDVS.

PRopositus ſcopus eſt mortalibus omnibus unus,
Ut ſeſe ſalvos, incolumesque velint.
Corporis ut conſtet robur, viresque valentes
Membrorum ſano conveniant animo.
Summa ſuos inter firmata potentia cives
Ut ſit: & ut liceant omnia quæ libeant.
Ut placeat cunctis laudatæ gratia formæ:
Ut ſcateant rutilis ſcrinia divitiis.
Quod tamen eſt homini cælo adverſante negatum:
Nulli vita unquam eſt abſque dolore data.
Noxæ, damna, labos, ærumnæ, triſtis egeſtas
Nos quatiunt variis ſolicitudinibus.
Blanda favens Samio fuerat Fortuna tyranno,
Quem non prævisæ fixit acerba cruci.
Felicem ante omnes laudabat Lydia Cræſum:
Devotum eſt igni nil minùs hocce caput.
Innumeris Xerxes ſtravit mare navibus: illum
Eripuit celeri vix ſcapha parva fuga.
Sub cælo nihil eſt ex omni parte beatum:
Vita volubilibus truditur iſta trochis.
Vita hæc umbra levis; pluviæque ſimilima bullæ,
Quæ venti modico flamine tacta perit.
Novimus hæc; cæcosque rapit nos impetus, omnis
Conſilii expertes, implicitosque malis.
Sed cui plus mentis ſupereſt, ad ſidera vultus
Tollit, divina ut ſuſtineatur ope.
Decretoque Dei ſe ultrò ſubmittit: & omni
In caſu expectat cœlitùs auxilium.
At cui veſano pectus ſtimulatur ab æſtro,
Neglecto aggreditur ſacra profana Deo.
Exquirit ſortes, Magicas converſus ad artes:
Conſultisque malis fata petit Geniis.
Pallentes animas furvo deducit ab Orco:
Quarum de incertis edoceatur ope.
Ille Satan, qui mille modos, qui mille nocendi
Nomina habet, mirè callidus, atque vigil.

Cui

Cui parta eſt longis olim ſapientia ſæclis:
Inque hominum ſemper qui excubat exitium:
Promptus adeſt: fallit reſponſis, auguriisque,
Perſtringit oculos, monſtraque dira ciet:
Aëra ſuffundit nebulis, ventoque minaci
Conſternit ſylvas, robora dura quatit.
Tellurem Typhone movens ſola concutit: amnes
Averſis variâ fraude moratur aquis.
Fulmina nimboſis è nubibus elicit, ignes
In terram diro ſæpè fragore rotans,
Aëris ille potens: in quo ſimulachra, figuras,
Crimitos ignes, ſpectraque tetra movet.
Quinetiam ex forma ſpeculorum, ex pelvibus, exque
Criſtallo, & motis vaticinatur aquis.
Prædicit futura herbis, numerisque, notisque.
Fatidicæ claves, fatidicusque cinis.
Cribrum, aſinique caput, gallus, ſal, dura ſecuris,
Annulus, atque unguis, cera, farina, manus,
Flamma, avium voces, fulgetræ, corque, jecurque
Divorum mentem, conſiliumque docent.
Scilicet hæc Superis cura eſt, ut ſtercore fœdo,
Et pecudum fibris ſeria ſenſa locent!
Ludificant mentes Morpheusq;, & Phantaſus, & qui
Terribili in ſomnis ore Phobetor hiat.
Utitur omnibus his Cacodæmon, fallat ut illos,
Ultrò fræna ſui qui ſubiere jugi.
Inſidias cujus caveas ut, candide Lector,
Propoſitum à nobis hoc tibi prodit opus.
In quo tu cernes technarum Dæmonis aſtus:
Et mille errorum ſomnia, mille dolos.
Quæ vitare piæ mentes ut tetra monentur
Toxica, & infernis lecta aconita plagis.
Æternum venerare Deum: occurſante periclo
Hunc fuſis precibus conciliare memor.
Nunquam aberit: forti dextra te proteget: atque
Eripiet Stygiis te bonus è tenebris
Nec, ſi Tartareas Phlegethon, te mergat in undas,
Cocyti rapidis immoriere vadis.
Noſtri tutelam ſuſcepit Maximus ille
Orbis terrarum Conditor, atque poli.
Imperat is cœlo, & Geniis cœleſtibus: ille
Imperat & terris, imperat atque mari.

Ille manu forti metuendum Acherontа coërcet,
Parcarum abrumpens ſtamina fuſa colo.
Eſt etenim Omnipotens, æternus, in æthere degens:
Cujus formidant cuncta creata minas.
Quòd ſi vel mundi rumpantur funditùs axes,
Subverſíque cadat machina fracta poli;
Fruſtra terrèbunt vaſti tua corda fragores:
Non oberit capiti tanta ruina tuo.
Cauſa eſt in promptu: Protector namque ſuorum
Eſt Deus; hoc nobis vindice nemo oberit.
Jure quidem metuat vecors, qui errore profano
Conſultis credit ſe & ſua Dæmonibus.
Sidera qui obſervat, Geniorum oracula poſcit:
Quíque umbras furvis evocat è tumulis.
Quæ ſi vera illæ dicant, pavor ante periclum
Vexabit triſtes, incutiétque metus.
Sed ſi mendaci reſponſa effutiat ore
Vates, proh miſero quis cruciatus erit!
Ante oculos mortis ſemper volitabit imago:
Et tanquam dubius ne moriatur erit.
O miſeros homines deliraque pectora! nonne
Sors mala vos variis torquet imaginibus?
In dextra Domini ſumus omnes. Quid mihi tecum,
Delie? Quid Pythio virgo animata Deo?
Quid Dodonæi ſonitus vocalis aheni?
Quid templis Hammon fata canens Libycis?
Decantet patrios tellus Libyæa Paliſcos:
Rideo Dellorum littora vana Lacûs.
Bœoto recitet mihi fata Trophonius antro:
Lebadii, dicam, non mihi cura ſoli.
Somnia ſi captem Dircæi ad limina templi,
Contemnam nugas, Amphiaraë, tuas.
Nec mihi Tireſias, nec erit mihi verus Aſylas:
Ad Mopſum Calchas ille docendus eat:
Stulta Paretonium venerètur turba Serapin:
Niliaci averſor turpia feſta Bovis.
Et Branchi ſortes: & Iapygis omina: quæque
Tyrrheno quondam protulit ore Tages.
Et quotquot vates Satanæ ludibria pandunt,
Cum cultis omnes diſpereant Geniis.
Si ſcruppum videas apicati Flaminis, aut quod
Inſertum titulum ſuſtinet altus apex:

Si Salii occurrant, totumque redamptruet agmen
Quod Præsul saliens amptruat; atque manu
Tusa repercussa ad numeros ancylia sica
Increpet: argutis excutiatque sonis;
Vel si Pontificis librata secesspita dextra
Mactandæ jugulis injiciatur ovis;
Dum sacra ab intonso præfertur acerra Camillo,
Plenaque in Enclabri cymbia lacte locat:
Si lituo cœli regiones denotet Augur
Visasque è tesquis lumine signet aves:
Et quæ simpuvio diffundit vina Sacerdos,
Lectaque cum salsa thura cremanda mola:
Si crepitent flammæ, fumusque obliquus agatur:
Si fugiat nudos victima tacta Popas:
Sive hymni Divis, sive axamenta canantur
Semideis; resonet tibia, sive chelys:
Denique si humanæ spectes deliria mentis,
Et quæ constituit vana superstitio;
Nonne tibi excutiet sublatum sanna cachinnum?
Et dices, ô quàm desipit omnis homo!
Qui propriis cœleste inventis Numen adorat:
Quique his allectum credit adesse sacris.
Pagina monstrabit sanctos mihi sacra Prophetas,
Quos Dii instinctus Flaminis instituit.
Quorum arcana viam certæ documenta salutis
Ostendunt: illis est adhibenda fides.
Nec mihi fatidicæ sint illaudata Sibyllæ
Carmina, Veridicis consona carminibus.
Delphica non quando hanc operit cortina, Clarique:
Vel dum Cumæis fata canit specubus.
Sed dum unum æternum proponit Numen: & illud
Omnipotens, sapiens, maximum, & ingenitum.
Dum Verbum illius sumpsisse in Virginis alvo
Corpus testatur, verum hominem, atque Deum.
Qui miracula per diversa innotuit orbi:
Cujus morte homini est tuta parata salus.
Qui mundum judex postremo fine futurus,
Astra bonis pandet, Tartara nigra malis.
Hæc quoties adytis Phœbas proclamat apertis,
Dicetur veri verba referre Dei.
In reliquis vanus si sæpè impingit Apollo,
Miraris? mendax estque fuitque Satan.

PAULUS MELISSUS FRANCUS
COMES PALATINUS, EQVES AURATUS, ET CIVIS ROMANUS

In tractatum de Diis fatidicis, Phœbadibus, & Divinis
JANI JACOBI BOISSARDI.

PHOEBADES antra ſua, & loca ſacra habuere Sibyllæ,
Fatidiciq́ue Dei, Vaticinæq́ue Deæ.
Deſita jam pridem per eos oracula ferri:
In ſua quiſque adeò fata abiere ſimul.
En poſtliminio jam Numina cuncta renata:
Et præſcita Deûm rite novata vigent:
Eccujus meritis? diæ, Boiſſarde, Minervæ:
Qua viget ingenium, quæ movet artis opus.
Vertice nempe tuo reddunt oracula ſortes:
Et reſponſa tuo de tripode hauſta ſonant.
O quantum eſt, omnes ita ab unius ore profari!
Fatidicosq́ue Deos, Vaticinasq́ue Deas!

JANI

JANI GRUTERI JURISCONSULTI
IN EUNDEM LIBRUM.

DIVOS Fatidicos, graves Sibyllas,
Divinósque pios, sacrósque Vates,
Solo nomine jam tenere, multum est.
Ipsis quippe ita postumi novercæ
Secli fata fuere; ut omne quondam
Quidquid veridicâ edidere voce,
Quidquid munificâ dedére dextrâ,
Id totum simul ac semel redactum
Sic fermè in nihilum sit, ejus ut jam
Nec nudi superet soni umbra nuda:
Aut si fortè soni umbra nuda durat,
Sic illam Libitinæ ovantis ausus
Damnavit tenebris perenni-furvis
Prisci temporis undiquaque totos;
Ut nusquam statua aut imago picta
Ipsorum maneat superstes usquam,
Quin membris mage sit ferè minuta,
Quàm quondam statua, aut imago picta
Sunt membris malè pluribus minutæ,
Quas evertere justior Senatus
Suerat calculus. At tuo Bifrontis
Boissarde ingenii sagacitate,
Nec non judicii acriore lima;
En, euge, en iterum palàm videre est,
Non jam nominibus modò redemptis,
Divos Fatidicos, graves Sibyllas,
Divinósque pios, sacrósque Vates;
Sed pompâ atque habitu priore mactos;
Sed templis pariter Focisque & Aris,
Et cultoribus entheatiores;
Sed vivos etiam, profectò vivos,
Atque ultrò satis ac super paratos,
Nunc rursum ex tripodis serenitate,
Nunc rursum ex adyti celebritate,
Responsum dare; quod nec ulla deinceps
Ausit carpere falsitatis atas.
Vix fit credibile. id tamen negare
Cur quisquam velit, integrum hujus ipsi
Cùm fas sit facere oppidò periclum?
Quære, inquam; ore tuo statim loquentur.

IANI ATTINII VERINI IN EVNDEM.

IMPIA longè abeant mysteria Dæmoniorum,
Quotquot & ex adytis divi responsa dederunt:
Ambigui oraclum tripodis, furor entheus, atque
Pallentes Herebi Manes, Lemurumque, Larumque, &
Spectra Empusarum, & Larvæ terrore minaces;
Horrida per noctem tetris simulachra figuris
Atque impostùræ, & Magici ludibria fuci,
Dispereant hæc cuncta suo cum auctore: Tenebris
Exempti lumen superum spectamus opacis.
Nos Servatori dedimus nomenque fidemque.
Falsa idolorum miracula temnimus, atque
Signorum technas planè aversamur inanes,
Vanæ sunt Lyciæ sortes, & vanus Apollo:
Sive Clarum, aut Delphos habitet, maternáve Deli
Littora, non unquam verax dicetur: Ab ipso
Principio mendax quoniam extitit, atque homicida
Perniciem in nostram vigil excubat: ut leo sævus
Circuit, & caulas diris rugitibus implet.
Ut Pastoris oves vocem quæ audire recusant,
Prædæ illi fiant, & crudo dente molantur.
Sic quisquis Christi cœlestia dogmata surdis
Auribus excipiens vult insanire, Deisque
Fatidicis sese demens committit, & horum
Ostentis fidit, brevia ad compendia mortis
Ducitur: atque Orci fit deploranda barathri
Victima, & æternæ nunquam reddenda saluti.
Quæ qui nosse velis exactiùs, haud opus Indos
Brachmanas petere, Æthiopas vel Gymnosophistas.
(Quorum est primævis sapientia cognita sæclis)
Boissardi relege hæc docto conscripta labore:
Illa profanorum monstrant deliria, & artes
Queis sævire solet Dæmon: mortalia corda
Decipere, & meritæ pessumdare perditioni,
Quos non prævisis irretit cassibus; & quos
Numine contempto: Geniorum insana malorum
Sectari monimenta videt, propriamque salutem
Odisse: atque ultrò properanti occurrere morti.
Condigna hæc tantæ merces est impietati.

ALPHONSI RAMBERVILLERI J. U. DOCTORIS, ET IN EPISCOPATV METENSI PROPRÆSIDIS.

ETHNICA *cur tanto celebras Oracula niſu;*
Cur ſacra tam longo vana labore canis?
Quid juvat antiquos Vatum renovaſſe furores?
Fatidicos ſcriptis & coluiſſe Deos;
Nonne pium magis, & populo magis utile, ſancta
Unigenæ paſſim ſpargere Verba Dei?
Sacros ſacra decent, curántque profana profani.
Chriſtum corde gerens, Jane, profana canes?
Parce precor, quia fallor ego, mea quippe fatigat
Inconſultus amor pectora, parce precor.
Námque Sibyllarum dum tu pia verba recenſes,
Verè ſacra refers, & memoranda canis.
Veridicæ quid enim referunt, niſi ſacra, Sibyllæ,
Quando Crucem, & Chriſti lætatrophæa canunt?
Hinc non ſacra canis tantùm, majora ſed auſus,
Arma, ciens pugnam, ſumis ab hoſte tuo.
Arma profana capis, vincas ut caſtra profana,
Utque hoſtis, propria victus ab arte, cadat.
Sume ergo laurum, Chriſti quia caſtra ſecutus
Tu ſuperas armis Ethnica monſtra ſuis.

Effigies

Effigies

JOHANNIS-THEODORI DE BRY.

Æri ſuam ipſius effigiem incidenti

Corporis effigies ſculptores fingere multi
Sat bene ſæpe ſolent; at animi nequeunt.
Iane refert Theodore tuam tamē iſta tabella
Arte tuâ, effigiem corporis atque animi
Amicitiæ ergo poſuit I C D.

JANVS GRVTERVS IN EANDEM.

SOL velut cuivis videtur, in quieto flumine;
Ferre quem mortale lumen non queat, regaliter
Nube ubi remotâ aperta circulatur ætheris:
Sic Bryanus eleganter omnis ære in hoc patet.
Talis ore, talis oculo, talis pectore, ac manu eſt.
Ejus at ſi candor, ejus exprimenda ſi fides,
Et modeſtia, & venuſtas, dexteræque induſtria;
Orbe per quam tot loquuntur Æra tot, & ambulant,
Seminantque eundo Amores, procreantque Gratias,
Et Novenſiles Camœnas, & meros Apollines;
Ferre eum quis quæſo poſſet? Sol novus Germaniæ eſt.

AUCTO-

AUCTORES QVI IN HOC LIBRO CITANTUR.

A.

ABDIAS *Hiſtoricus.*
Abrahamus Ortelius.
Agathias.
Ælianus Phlegon.
Ælianus.
Æſchilus.
Acilius Piſo.
Albertus Magnus.
Alphonſus de Caſtro.
Antiſthenes.
Anaſtaſius Theopolis Epiſcopus.
Alexander de Alexandro.
D. Ambroſius.
Antonius Bonfinius.
Antonius Torquemada.
Ammianus Marcellinus.
Apollodorus Erythræus.
Apollonides.
Apulejus.
Aratus.
Arnobius.
Ariſtochius.
Ariſtoteles.
Ariſtoxenus.
Athenæus.
Auguſtinus.
Artemidorus.
Aventinus.
Aulus Gellius.
Aulus Prudentius.

B.

D. Baſilius.
Bartholomeus Platina.
Bernardus Navagerius.
Boëthus.
Bocchus.
Bonaventura Seraphicus.
Bodinus.
D. Brigittha.
Biblia ſacra.

C.

Canones ſacri.
Calixtus.
Cæcilius.
Capnion.
Carneades.
Capitolinus.
Caſſiodorus.
Caſpar Peucerus.
Cenſorius.
Chryſippus.
Cælius Calcagninus.
Cælius Rhodiginus.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cicero.
Cornelius Tacitus.
Coſta Ben Luca.
CrantZius.
Crates Pergamenus.
Curtius.
Cuſpinianus.
D. Cyprianus.
Cycus Æſculanus.

D.

Dicæarchus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dion Nicæus.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Dioſcorides.
Dionyſius Areopagita.

E.

Ennius.
Empedocles.

Erato-

Eratoſthenes Cyrenæus.
Ephorus.
Eunapius.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.

F.

Favorinus.
Feneſtella.
Froiſſardus.
Franciſcus Georgius.
Franciſcus Sanſovinus.
Fulgoſius.

G.

Galenus.
Gaudentius Merula.
Georgius Cedrenus.
Glycas.
Gregorius Pont. Max.
Gulielmus Tyri Epiſcopus.

H.

Heliodorus.
Hellanicus.
Hermippus.
Heraclides Ponticus.
Herodotus.
Heſiodus.
Herodianus.
Hieron Alexandrinus.
Hierocles.
D. Hieronymus.
Horatius.
Homerus.
Hieronymus Cardanus.
Hugo S. Victoris.
Hyginus.

I.

Jamblichus.
Joan Auratus.
Joan. Botterus.
Joan. Baptiſta Porta.
Joan. Damaſcenus.
Joan. Chemenſis Epiſcopus.
Joan. de Torre Cremata.
Joan. Curoplatis interpres.
Joan. Stobæus.
Joan. Trithemius.
Joan. Zetzes.
Joſephus Hiſtoricus.

D. Irenæus.
Iſidorus.
Iſigonus.
Julius Cæſar.
Julius Camillus.
Julius Pollux.
Juſtinus Martyr.

L.

Lactantius Firmianus.
Lælius Cleopaſſus.
Lanouvius.
Lucanus.
Lucius Piſo.
Lycophron.
Lyſis.

M.

Macrobius.
Magiſter Sententiarum.
Marcus Terentius Varro.
Marcianus Capella.
Marullus.
Memphodorus.
Minutius Felix.
Mirandula.
Myrtilus.

N.

Nævius.
Natalis Comes.
Nicanor.
Nicetas Choniates.
Nicephorus.
Nicolaus de Lyra.

O.

Oenomaus.
Olaus Magnus.
Origenes.
Oroſius.
Orpheus.
Ovidius.

P.

Palæphatus.
Palladius.
Panætius.
Papinius.
Paulus Æmilius.
Paulus Diaconus.
Paulus Damianus.
Paulus Girlandus.

Paulus Jovius.
Paulus Venetus.
Pausanias.
Petrus Ramus.
Pherecides.
Philostratus.
Philo Judæus.
Philippus Beroaldus.
Petrus de Palude.
Plato.
Petrus Loyerus.
Plutarchus.
Plinius.
Pindarus.
Polybius.
Polydorus.
Porphyrius.
Possidonius.
Proclus.
Propertius.
Psellus.
Ptolomæus.
Pythagoras.

R.

Raphaël Volaterranus.
Rogerius Bacconius.
Ruffinus Aquilejensis.
Rutilius Claudius Numantianus.

S.

Sabellicus.
Saxo Grammaticus.
Scotus Placentinus.
Serapio.
Serenus Abbas.
Scoliastes Apollonii Rhodii.
Seneca.
Scoliastes Aristophanis.
Servius.
Sextus Græcus scriptor.
Sigonius.
Solinus.
Socrates Historicus.
Sozomenus.
Sophocles.
Simon Hieraus.
Simplicius.
Statius.
Strabo.
Sprangerus.
Stephanus.
Stesichorus.
Stratonicus Episcopus Cumanus.
Suetonius.
Suidas.
Synæsius.

T.

Tatianus Assyrius.
Tertullianus.
Timon.
Theocritus.
Theodorus Balsamon.
Theodorus Spanduginus.
Theodoretus.
Theophilus.
Themistius.
Tibullus.
Titus Livius.
Tomas Cajetanus.
Tomas de Aquino.
Tomas Brabantinus.
Tomas Garzonus.
Trogus Pompejus.

V.

Ubertinus de Casali.
Valerius Maximus.
Vejerus.
Verrius Flaccus.
Viginarius.
Vincentii Speculum.
Vulcatius.

X.

Xanthus Lydius.
Xenophon.

Z.

Zieglerus.
Zonaras.
Zwingerus.
Zosimus.

DE

DE DIVINATIONE

Et ejus

PARTIBUS.

CAPUT I.

MAGNA fuit apud antiquos DIVINATIONIS commendatio: in quam propensus semper & ubique fuit hominis animus. Post lapsum enim primorum Parentum, vis illa naturæ, & lux cœlestis, quam Deus conditor in iis accenderat, post peccatum adeò debilitata est, ut illis vix exiles scintillæ, & radii obscuriores relicti sint. Nihilo tamen minùs, summâ curâ, & ardenti desiderio mens humana fertur avertendi à se mala, & cognoscendi casus, qui impendent, ac incertos rerum eventus. Nam eo omnes sumus animo, ut cupiamus salvi & incolumes vitam hanc tranquillam traducere: & quæcunque hanc quietem interturbare possunt, citò & procul à nobis depellere. Non potest tamen nostra ratio, prudentia & solicitudo tantum præstare, quin in nostra capita quotidie ingruant mille noxæ, infinita pericula nos implicent, & rapido miseriarum turbine involvant, obruantque fluctuantes, ægerrimè spem inter ac metum anxios. Quibus à Deo optimo maximo tantum lucis datum est, ut sciant, *capillum non excidere è capite nostro sine voluntate patris cælestis*, (cujus providentiâ gubernantur & subsistunt omnia) iis optimè consultũ est: cùm sint persuasi nos à tutela Dei non posse distrahi: *quia fidelis est; neque permittit nos ultra tentari, quàm ferre possumus:* Tum securiùs multò vivimus; & in cœlum attollentes oculos robur poscimus, & tolerantiam in rebus adversis: quoties in eas impingimus, neque à malis circumdantibus nos possumus extricare. Qui verò minùs quàm par est meditantur consilia Dei, qui sese propter pervicaciam, cœcitatem, caliginem mentis, & ignorantiam non submittunt voluntati Divinæ, sed rapi se patiuntur huc & illuc stolidâ ratiocinatione, & nimiâ suarum virium præsumptione superbè efferuntur, pro arbitrio gerentes omnia, donec incautos, & nihil tale cogitantes abripiant damna, & miserando naufragio obruant fluctus humani pelagi, à quibus suâ providentiâ, & prudentiâ nemo se potest eximere. Tum suam impotentiam serio sentientes, desperatione acti, & animo dejecti consternantur, suaque mala propellere, vel minuere & mitigare studeant precibus, ceremoniis vanis, ac ritibus superstitiosis; quibus magis ac magis irritatur Deus, & in furorem accenditur. Satan interim, qui Dei, piorumque hostis est atrocissimus, quique mendax est, & homicida, hinc occasionem cepit miseros hominum animos usque

Matth. 10. vers. 30.

1. Cor. 10. vers. 13.

adeò obcœcare, & extinguere quicquid notitiæ Dei in illis relictum erat, ut planè eam à mentibus hominum excusserit; vel extranſverſo raptam rationem à recta via deflexerit. Ideò *ſe transformat in Angelum lucis*, quò faciliùs *Electos, ſi fieri poſſet, decipiat*, omniaque molitur & aggreditur, quæ faciunt ad effundendas tenebras animis, ne videant aut intelligant homines, quæ ad eorum ſalutem faciant. Ac cùm omnes norint, tum ex patrum traditionibus, tum ex lectione ſacrorum voluminum Deum præcepiſſe ut ſibi ſacrificaretur; Diabolus, qui Dei operum malicioſus eſt imitator, ſibi quoque ſacrificia fieri inſtituit: quibus adjunxit infinitas præſtigias, miracula, incantationes, & portenta, ut homines in admirationem raptos detineret captivos: ne in ſacrificiis (quæ Deo vero fiebant, & quæ umbræ erant ſacrificii illius propitiatorii, quo Agnus Dei ſuâ morte & ſanguinis emiſſione genus humanum debebat redimere, & Deo patri reconciliare) veritatem quærerent, ſed ſuperſtitioſis ritibus detinerentur; conſiderantes tantùm ignium flammas, fumum, victimarum mugitum, calcitrationem, motum corporis, profluvium cruoris è jugulo; rimarentur interna viſcera, & inteſtina ſcrutarentur; obſervarent tonitrua, fulgura, ventos; conſiderarent aves, & earum volatus, cantuſque, & tripudia pullorum; reliquaque externa, quibus adhæſerunt pertinaciſſimè, obligantes ſe, & devoventes infinitis ritibus, & ſuperſtitionibus, quibus ſtuduerunt Deum placare, & illis placere. Hæc omnia Satan confirmavit innumeris miraculis, oſtentis, & oraculis redditis, quibus humanum genus penitus abduxit à cognitione voluntatis Divinæ; & ab illâ obedientiâ, quam Deus ſibi ſoli tribui juſſit.

2. Corin. 11. v. 14. Matth. 24. v. 24.

Huic malo acceſſit aliud pernicioſius: Cùm antiquitùs vixerint homines virtute excellentes, Reges, Principes, & Philoſophi, qui multa beneficia contulerunt in genus humanum, tam in protectione infirmorum contra violentiam, tyrannidem, & proterviam malorum, quàm in inſtitutione pietatis, bonarum artium, inventione frugum, fructuumque & aliarum rerum, quæ ad uſus neceſſarios, & delectationem hujus vitæ faciunt: hos, dum ſuperſtites eſſent, coluerunt beneficos, & liberatores; poſt mortem autem deſiderio eorum tacti laudibus publicis honorarunt, exiſtimarúntque in cœlum reverſos unde originem duxiſſe excellentes eorum virtutes fidem faciebant; beatosque illos animos crediderunt ſummæ Divinitati conditrici & conſervatrici totius mundi aſſeſſores redditos, & deſuper in terras reſpicere, miſeriarum humanarum miſereri, communicatáque potentiâ cum ſummo Deo opitulari afflictis, & in anguſtiis illis aſſiſtere, eorúmque mala relevare. Hîc Satan ſeriò ſeſe ingeſſit huic crudelitati: effecitque ut primò laudibus publicis honorarentur, & colerentur, demum adorarentur pro Diis: quòd ſummum illud Numen plenam illis potentiam tribueret adjuvandi, & ſervandi quos vellent. Quam opinionem ut magis ac magis augeret & promoveret, multa edidit miracula ad eorum ſepulchra, aras, ſtatuas, & templa, quæ jam paſſim magnis illis viris poſita erant: certisque in locis arte & naturâ ad horrorem & ſuperſtitioſum metum accommodatis, ſpecubus obſcuris, antris, & terræ hiatibus profundis verſutus Dæmon ſe inſinuavit, & ſub nomine defunctorum, & in numerum Deorum relatorum oracula reddidit, quibus homines de futuris edocerentur, & ſibi ab imminentibus malis caverent: atqui his prædictionibus ut plurimùm eventus reſpondebant: & ſi contraria eveniſſent, reſponſa uſque adeò ambigua & intricata reddebantur, ut ſeſe homines ſuâ culpâ deluſos, putarent, ex ignorantia magis, quàm impoſturis Dæmonum. Hinc innata inter homines communis & ubique recepta opinio de pluralitate Deorum: quæ ab exiguis principibus originem ducens, brevi temporis intervallo longè latéque irrepſit, & ſeſe expandit per totum orbem terrarum: ita ut nulla extiterit natio, quæ ad imitationem Chaldæorum &

Homines mortui pro Diis habiti.

Oracula data à mortuis.

Pluralitatis Deorum principiũ.

Aſſy-

Assyriorum (qui primi suis principibus sacra instituerunt) non commenti sint nova Numina, & tutelares Deos, quibus templa dicari, & sacras ceremonias tribui voluerint. M. Terent. Varro scribit se ex variâ auctorum lectione *comperisse, inveniri ad triginta millia Deorum.* Spiritus nempe illi immundi, & fallaces adorari se sub nominibus mortuorum poposcerunt: utque flagitata obtinerent faciliùs, ad idola novorum istorum Numinum se insinuarunt, & in eorum templis voces horrendas, prodigia, ostenta, & terriculamenta varia ediderunt: quibus obstupefacti & attoniti spectantes, non dubitarunt divinitatem aliquam locis illis inesse, & vim potestatemque magnam illis Deis tributam adjuvandi vel nocendi quibus vellent. Hinc Titia Vestalis è Tyberi aquam cribro haustam in templum suæ Deæ detulit. Actius Navius Augur novaculâ cotem scidit, præsente & admirante Tarquinio rege. Claudia Vestalis navim gestantem simulachrum Matris Idææ, (quæ vado Tyberis adhæserat, & quam multitudo hominum movere non poterat,) Zonæ adligatam nullo negotio eductam abstraxit. Juno Vejensis ad verba juvenis compellantis respondit; & cum moveri loco non posset, ad juvenis preces ausportari se passa est, & Romam deferri. Qui Feroniæ numine afflati erant, & ejus sacris initiati, nudis plantis ardentes prunas illæsi conculcabant. Æsculapius in Serpentem versus, Legatos Romanorum missos Epidaurum, ut remedium pestis quæ in urbe grassabatur poscerent, sinuoso volumine ex adyto templi prorumpens eos secutus est, & cum iis navigio Romam vectus: cumque navis medio Tyberi adhæsisset, ibi sibi templum erigi petivit. *Miracula.*

Ejusmodi miraculis plenæ sunt historiæ; quibus facilè perspicimus quanto furore Diabolus stimularit mortale genus; & quàm deplorandâ amentiâ illorum mentes fascinaverit. Qui in eo semper institit, ut pro Deo coleretur, & sibi honorem summæ Divinitati debitum attribueret. Cacodæmones à principio creationis mundi facti erant Angeli Dei, in excellenti conditione, & præeminentia constituti; sed ab eâ degenerantes, se ipsos perdiderunt, & facti sunt instrumenta perditionis cæterarum creaturarum. Propterea justo Dei judicio cum malorum Geniorum Legionibus (qui eâdem rebellione sese implicuerunt) condemnationi æternæ gehennæ adjudicati sunt. Judas Apostolus Epist. ℣. 6. & Petrus 2. Ep. 2. ℣. 4. Christus Johan. cap. 8. ℣. 44. dicit *Satanam, dum mendacium loquitur, ex propriis loqui; quia non stetit in veritate: Peccavit enim ab initio*, 1. Johan. 3. vers. 8. Dicitur itaque per totam scripturam sacram *Dei adversarius & noster. Is est qui Evam seduxit*; Et Deum tanquam mendacii arguens; illum suo honore spoliavit. Matthęus 13. vers. 25. illum dicit *spargere Zizania in agro, dum Paterfamilias dormit.* Atqui hæc patrat facinora, ut hominum mentes implicet erroribus, Dei regnum evertat, & homines in æternum interitum secum præcipitet: ut est omnis malitiæ auctor, Dux, & Architectus. Insinuat enim se cordibus mortalium oraculis, & responsis dubiis, illosque decipit, dum putatur victorias, opes, imperia, & eventus rerum prosperos suis cultoribus largiri. Dæmonum namque inventa sunt quæcunque in sacris Ethnicorum tantam admirationem, & superstitionem pariunt: ut Aruspicina, consideratio viscerum in victimis immolatis, Auguratio per contemplationem regionum cœli, volatus & voces avium, Astrologicæ prædictiones, omnis ars Magica, Mantica, & Necromantica, reliquaque omnia, quibus impii sese exercent tam palàm, quam occultè. Maximè oracula Phœbadum huc referri possunt, & Phytonissarum mulierum; inter quas à multis numerantur Sibyllæ; licet quædam prædixerint de adventu Messiæ, & aliis rebus, ad vitam politicam, & æternam pertinentibus.

Cacodæmones quales à principio creationis.

Satan mẽdax à principio.

2. Cor. 11. 3. Gen. 3. 4. 5.

Dæmonum artes.

CAPUT II.

QUo tempore Deus inter Iſraëlitas oracula reddebat per ſuos ſanctos Prophetas, Satan operum Dei æmulus & imitator reſponſa quoque dabat hominibus, in templis & idolis, quæ jam ſibi erigi ubique curaverat; illudebatque miſeris mortalibus, eorum mentes miraculis faſcinans, ut eos ad ſuum cultum alliceret. Tunc quoque celeberrimum fuit per totum orbem terrarum Sibyllarum nomen: *Sibyllæ & Phœbades.* non ſolùm quamdiù in hac vita ſuperſtites fuerunt, dum œſtro dæmonum percitæ, & inſano furore, ac Enthuſiaſmo extra ſe raptæ plurima eventura pronunciabant; ſed etiam poſt obitum ſcripta quædam reliquerunt, quibus populi adhæſerunt, & pro ſacris teſtimoniis voluntatis Divinæ habuerunt. Erant enim diverſis in locis præfectæ templis Divûm; maximè Apollinis, qui Clari, Delphis, Colophone, in Delo & alibi colebatur. *Quales eligi ſolitæ.* Atque hæ Phœbades, ſive Pythiæ à principio ex virginibus tantùm eligi erant ſolitæ; donec una illarum ab Echerate violata eſt: Poſt hunc inceſtum, ſancitum eſt edicto populorum, ne in poſterum ulla Pythia oraculis præficeretur, niſi ætate jam provecta: *ut teſtatur Palæphatus lib.* 1. *Quo loco habitæ.* Hæ igitur medium quaſi locum ſortitæ ſunt inter veros Dei Prophetas, & falſa dæmonum oracula. Nam cum Ethnicæ eſſent mulieres, & idolis ſervirent, earum tamen aliquæ communicaverant cum Hebræis, tam in Ægypto, quàm in Paleſtina: & ex lectione ſacrarum literarum, familiaribusque colloquiis cum Iſraëlitis toto orbe diſperſis, multa didicerant, quæ ad Vaticinia pertinebant: & fatidico ſpiritu correptæ (ut Dæmon longa experientia, & tempore plurima cognoſſe & conjectari poteſt,) multa pronunciabant de pœnitentia, de correctione vitæ, de venturo Meſſia; cujus ſanguine, & obedientia contracta lues à primis parentibus (qua totum genus humanum morti erat obnoxium) elueretur. Præterea de carnis reſurrectione, de extremo judicio, de vita & morte æterna diſſeruerunt, & ſuis ſcriptis mandaverunt. Hisque rebus prędictiones quaſdam admiſcuerunt de regnorum, & monarchiarum mutationibus, de terræ motibus, inundationibus, fato illuſtrium virorum, incendiis regionum, peſte, fame, & bellis. Quæ quia hominum ſenſus maximè videbantur movere, in iis perquirendis homines idololatræ majorem adhibuerunt curam, quàm in iis quæ ad animæ ſalutem pertinebant.

Phœbas Delphica. De hoc Enthuſiaſmo ita tradiderunt aliqui; ut Proclus ad Porphyrium: *Sibylla, quæ Delphis eſt, Deum in ſe admittit duobus modis: vel ſubtiliſſimo vapore calido & ſicco igneæ naturæ, qui exhalat ex hiatu ſpeluncæ: vel ſedens in ſanctuario in aheneo tripode ſacro Apollini: utroque modo exponit ſeſe inſpirationi Divinæ, quâ illuſtratur, & occupatur radio ignis divini. Fitque interdum, ut flamma ingens ſubitò evolans è ſpecu Phœbadem involvat, & repleat ſplendore divino: Aliquando ſedens in tripode ſacro, in quo ſe Deo venienti accommodat, Vaticinationi firmæ ſe componit: Et ſive hoc, ſive præcedenti modo, Pythia Deo tota repletur: qui tamen ſeparatus eſt à vapore, ab igne, à tripode, & ab omni apparatu loci, ſive naturali, ſive artificiali.* Unde Ammianus Marcellinus à principio libri 21. ait: *Sibyllæ crebrò ſe dicunt ardere, torrente eas vi magna flammarum.* At quòd earum verſus plurimi manci, & mutilati inveniantur, id plerumque contigit inſcitiâ eorum, qui ab ore pronunciantis Phœbadis inſanæ, & extra ſe raptæ verba velocia, & præcipitata excipiebant, neque poterant pernicitate calami dicta loquentis aſſequi, quę furore percita indiſtinctè proferebat. Adde quòd ſcriptores utplurimùm indocti & illiterati, Grammaticam ignorantes, majorem dictorum partem non ſatis exactè intelligebant. Et fatidicarum iſtarum mulierum inſpiratione evaneſcente, non meminerant eorum, quæ paulò antè protulerant: ſive quòd ita Deo viſum eſſet, ut obſcurè omnia proderentur, ne ejuſmodi oracula ab unoquoque percipi poſſent, niſi à dignis: ſive quòd interventu multorum ſæculorum (ut conſtat eveniſſe in aliis bonorum auctorum ſcriptis,) non pauca depravata ſunt, & mendosè exarata,

ta, negligentiâ & oscitantiâ librariorum, qui sensum, & structuram carminum confuderunt.

De *Sibyllarum* appellatione ita tradunt Historiographi, dictas esse ἀπὸ τοῦ διὸς βελῆς, quasi *Jovis consilium*. Lacones enim διὸς genitivum pronunciant à nominativo ζεύς: Et Æoles Deum vocant nomine διὸς. Suidas Sibyllam appellat ἐρμηνεύομένην προφήτιν. Plurimas fuisse Sibyllas probati auctores memoriæ prodiderunt: ut apud Græcos Aristochius, & Apollodorus Erythræus: Apud Latinos verò M. Varro, & L. Fenestella. Inter eas præcipuum locum tribuunt *Erythrææ*. De numero discrepant nonnulli. Martianus Capella duas tantùm recitat, *Erophilen* Trojanam filiam Marpessi; quam credit eandem fuisse cum *Phrygia* & *Cumæa*. Aliam vocat *Symmachiam* filiam Hippotensis, natam Erythris urbe inferioris Asiæ: & ea quoque Cumis reddidit oracula. Plinius lib. 34. cap. 5. trium Sibyllarum statuas Romæ pro Rostris suo tempore locatas fuisse tradit; primam à Pacuvio Tauro Ædili Plebis; reliquas duas erectas ait à Messalâ. Et has Solinus cap. 8. nominat *Cumanam*, *Delphicam*, & *Erythræam*. Ælianus lib. 2. diversarum lectionum quatuor recenset, *Erythræam*, *Samiam*, *Aegyptiam*, & *Sardiensem*, quibus alii addunt *Cumæam*, & *Judæam*. M. Terentius Varro libro rerum divinarum (quem Julio Cæsari Pontifici Maximo dedicavit) decem numero describit; quæ diverso tempore & loco oracula reddideruut: earum hæc sunt nomina *Persica*, *Libyssa*, *Delphica*, *Cumæa*, *Erythræa*, *Samia*, *Cumana*, *Hellespontiaca*, *Phrygia*, & *Tiburtina*.

Sibylle unde dictæ.

Sibyllarum numerus.

Harum libri confusi leguntur, & sine nomine. Solius *Erythrææ* scripta ab aliis secernuntur; propterea quòd illa suum nomen operi adjecit, & se *Babylone* natam profitetur. *Cumææ* libri à solis Quindecim viris tractantur, & leguntur, asservati in Capitolio; & his Romanæ urbis fata contineri traditum est. De his Aulus Gellius lib. 1. cap. 19. ita scribit. *Anus quædam peregrina incognita convenit Tarquinium Superbum ferens secum novem volumina, quæ asseverabat continere divina oracula; eaque venalia Regi obtulit. Quanti illa vænirent roganti Regi proposuit maximum precium. (Solinus ait eam poposcisse trecentos Philippicos aureos; quorum singuli æstimantur duplici ducato.) Id Rex cum risu excepit, existimans mulierem non satis esse sanam: Anus ex his libris tres præsente rege in ignem conjecit, & cremavit: Reversaq; ad eum pro sex reliquis idem, quod priùs, pretium petivit. Rex ingenti cachinno stoliditatem vetulæ rursus excepit. At illa tres alios ex sex flammis dedit: & ex tribus superstitibus idem quod priùs sibi precium solvi popposcit. Tum Rex mulieris perseverantiam admiratus, attentiorem se ad hoc negotium præstitit: ac de eâ re, ut tempus permisit, cum suis consilium inyt: visumq; omnibus consultum id solvere, quod postulaverat. Acceptâ igitur pecuniâ abyt; neque postea inter vivos comparuit. Hi tres libri positi sunt in templo Capitolino servandi inter res sacras; traditiq; custodiæ duorum Patriciorum; quibus adjecti sunt ministri duo viri eruditi & literati; qui jubente Senatu eos relegerent, & interpretarentur, quoties Dij consulēdi essent de rebus magnis, & ad Rempublicam pertinentibus.* Eandem historiam tractat Plinius lib. 13. cap. 13. & Dionysius Halicarnassæus lib. 4. Sed tres tantùm libros fuisse scribit Solinus; quorum duo cremati sunt, tertius à Rege Tarquinio precio redemptus est. Lactantius ex Varrone tradit hos libros non fuisse unius Sibyllæ, sed diversarum: sive illius quæ Delphis reddebat oracula, quæ nomine Sibyllæ cognominabatur; eorumque Custodes vocatos esse Duumviros sacrorum faciundorum: quibus tamen non licebat eos libros inspicere, neque aliis communicare, nisi Senatûs auctoritate id præciperetur. Testatur Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. & Dionysius Halicarnassæus lib. 4. Tarquinium, (qui primus hoc sacerdotium instituit) jussisse M. Attilium alterum ex custodibus sacrorum voluminum coleo insutum in mare submergi, quòd sacra carmina Petronio Sabino Scribæ transcribenda permisisset. Quæ pœna postea ad parricidas transiit; justissimè, inquit: *Quia pari vindictâ Parentum & Deorum violatio expianda est.* De his T. Livius multis in locis mentionem facit: ut l. 3. *Libri per Duumviros Sacrorum aditi.* Et l. 4. *Multa Duumviri ex Libris placandæ Deûm*

Libri Cumææ Sibyllæ.

Pœna M. Attilii II. viri.

iræ, avertendæq; à populo pestis causâ fecêre. Et lib. 5. *Libri Sibyllini ex S.C. aditi sunt. Duumviri sacris faciundis Lectisternio tunc primùm in urbe Romanâ facto per dies octo Apollinem Latonamq;, & Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum tribus, quàm amplissimè tunc apparari lectis poterat, placavêre.*

Decemviri & XV. viri.

Duumvirorum Sacrosancta fuit auctoritas, & reverentia: Liberi & immunes erant ab omni militiæ onere, & functionibus publicis. Eorumque numerus, qui ex solis Patriciis à Tarquinio Prisco sive Superbo (nam in hoc scriptores haud quaquam conveniunt) electus erat, duravit usque ad annum urbis 384. quando factionibus Tribunorum Plebis Sexti & Licinii (ut scribit Livius sub finem libri sexti) facti sunt decem; quorum quinque deligebantur ex ordine Patricio, & quinque ex Plebe: tunc vocati sunt Decemviri, creabanturque à Pontificibus, & eorum collegio. Sylla Dictator postea addidit alios quinque; & dicti sunt Quindecim viri; electique sunt suffragiis populi. Post Syllam numerus eorum accrevit usque ad Sexaginta: nomen tamen Quindecim virorum retinuerunt.

Libri Sibyllini, cremati.

Libri hi Sibyllini plusquam 450. annis singulari superstitione servati sunt, à tempore Tarquinii usque ad bellum Marsicum arcâ lapideâ clausi, in subterraneis fornicibus templi Capitolini. Anno ab urbe conditâ 670. Scipione & Norbano Coss. totum Capitolium igne fortuito, vel datâ operâ immisso consumptum est, cum omnibus sacris, & donariis preciosissimis quæ in templo Jovis reposita erant: cum thesauris, statuis Deorum aureis & argenteis, vasibusque diversi generis, materiæ, & precii: cum quibus Sibyllinæ Prophetiæ tantâ religione, tot seculis custoditæ perierunt. Ut autem sacrorum voluminum hæc jactura aliquo modo resarciri posset, anno urbis 677. C. Curio & Octavius consules ad Senatum retulerunt, Legatos in Asiam ad Erythras esse mittendos, ut Sibyllina carmina, quæ illic asservabantur, exciperent, & transcripta Romam reportarent; ut in locum amissorum reponerentur. Itaque Senatus auctoritate delecti sunt P. Gabinius, & M. Octacilius, cum L. Valerio, qui viri erant clarissimi, & prudentiâ celebres. Hi in Asiam navigantes venerunt ad Attalum Regem Pergami; à quo Senatûs nomine petiverunt, ut permitteret Sibyllinas Prophetias, quæ tam in Phrygiâ, quàm in Asiâ reperirentur, transcribi. Quo annuente Erythras urbem Joniæ contenderunt, solicitâque indagatione factâ aliquot versuum millia exceperunt; tam ex libris Erythrææ Phœbadis, quàm aliunde ex diversis Asiæ civitatibus, & hominibus privatis, qui ejusmodi vaticinia penès se habebant: Reversi Romam ea retulerunt, quæ accuratâ diligentiâ undique exquisita simul coacervaverant. Neque his contenti Romani, viros solertes miserunt, qui per totam Italiam sedulò expiscarentur, nuncubi ejusmodi Prophetiæ inveniri possent: quod factū est summâ celeritate. Sed ex his quę multis in locis excepta erant, plurima judicata sunt cōmentitia, falsa, & frivola. Quod testatur Cicero lib. 2. de Divinatione. Constat enim in gratiam Principum multa fuisse depravata. Suetonius in vitâ Cæsaris ait: *Proximo Senatu percrebuit fama L. Cottam XV. virum sententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos non nisi à Rege posse vinci, Cæsar Rex appellaretur:* Et in Augusti vitâ: *Quicquid fatidicorum librorum Græci Latiniq; generis, nullis, vel parùm idoneis auctoritatibus vulgò ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoq; delectu habito, conditos duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis Basi.* Corn. Tacitus scribit *Augustum, cum videret multa frivola, & inepta manibus hominum circumferri sub nomine Sibyllæ, præcepisse ut Sami, Erythris, Trojæ, in Africâ, & per omnes Italiæ Colonias colligerentur in unum omnes versus Sibyllini, qui usquam inveniri possent; statutoq; die adferrentur ad præfectum Urbi, qui ex auctoritate XV. virûm delectum haberet eorum, quæ vera judicarentur. Injunctumq; est omnibus ne in posterum quis retineret alia, quàm quæ decreto Sacerdotum selecta essent.* Lactantius lib. 1. cap. 6. ait, *Ex omnibus Sibyllinis carmina reperiri inter Romanos, & legi ab unoquoq;, præterquam Cumæa, quibus fata Romanæ urbis continentur: ideò ejus scripta servari arcana: neq; cuiquam permitti ut le-*

Legati in Asiam missi librorum Sibyllinorum transcribendorum causâ.

Sibyllæ carmina selecta.

gan-

gantur, niſi ſolis XV. viris, idq; juſſu & auctoritate Senatûs. Reliqua confuſa eſſe, & ſine auctore conſcripta ſub nomine Sibyllæ; præterquam Erythræa, quæ ſuum nomen operi adſcripſit. Martianus Capella vult, *illam Erythris oriundam, & Cumis oracula reddidiſſe, fuiſſeq; nominatam Symmachiam.* Harum omnium libros, qui ſuperfuerunt, Stilico, (dum pararet defectionem contra Honorium & Arcadium,) ne ampliùs legerentur à quoquam, igni abſumpſit. Et Theodoſius Imperator Collegium XV. virûm cum reliquis Ethnicorum ſuperſtitionibus abolevit, anno ſalutis humanæ 390. Unde colligimus, & ex ſcriptis Suetonii, Prophetias iſtas diu permanſiſſe integras cum ſcriptis vatum Martianorum, & Nymphæ Bagoës.

Libri Sibyllini & XV. viri aboliti à Theodoſio.

Ferè omnes Phœbades unum Deum prędicarunt æternum, incorruptibilem, qui in cœlis habitet, qui bonis præmia incompręhenſibilia proponat, malis verò pœnas æternas: qui propter hominum depravationem diluvio generali totum orbem terrarum inundavit, & genus mortalium ſubmerſione abſumpſit; qui propter eorundem peccata poſt aliquot ſæcula conflagratione univerſali mundum totum conſumet. Item multa in medium propoſuerunt de reſurrectione corporum, contra multorum Philoſophorum ſententiam: quorum aliqui non ſolùm corpus, verùm etiam animam morte terminari crediderunt: Prophetizarunt etiam Sibyllæ nonnulla de extremo judicio, quo omnibus reddetur ſecundum ſua opera: ut ſunt hæc;

Quæ Sibyllæ prædicarunt.

καὶ τότε ἀναςήσω νεκρὺς μοῖραν ἀναλύσας.

Et alibi Sibylla hoc ſcriptum reliquit de hoc poſtremo judicio:

Αὐτὸς ὁ Παντοκράτωρ ὅταν ἔλθῃ βήμαλι κρῖναι
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.

Item de Chriſti adventu, ſub quo reducentur aurea ſæcula.

Οἱ δ' λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ἤρεσιν ἀμιλλοῖωντω.

Et hic verſus depromptus eſt ex libro Sibyllæ Erythrææ. Euſebius in oratione regia citat viginti ſex verſus cujusdam Sibyllæ, qui continent ſecundum Chriſti adventum: quos Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei traductos cum acroſtichis adducit: ea ſimul collecta efficiunt, Ἰησοῦς χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ. Sed acroſticha hæc ſuſpecta ſe habere teſtatur Cicero lib. 2. de natura Deorum: *quia non videntur ſentire ſpiritum extra ſe raptum, & furore Pythio correptum* (quales fuerunt omnes Phœbades,) *ſed elaboratum artificium, & diligentiam nimis affectatam.* De hoc Ennius: *Atque in Sibyllinis ex primo verſu cujusq; ſententiæ, dum primis literis illius ſententiæ carmen omne pertexitur, hoc ſcriptoris eſt non furentis, ſed adhibentis diligentiam, non inſani.*

Ex his oraculis duo præcipua citantur, in quibus aliqui ex copulatione literarum & numerorum conantur exprimere nomen Chriſti Servatoris. Primum hoc eſt Erythrææ Phœbadis lib. 1.

Ænigma de Chriſto primum.

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο Θεοῦ παῖς, ἀνθρώποισι
Ἥξει σαρκοφόρος θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ
Τέσσαρας φωνήεντα φέρων, τὰ δὶ' ἄφωνα δι' αὐτῶν.
Διασῶν ἀγγέλων. Ἀριθμὸν δὶ' ὅλον ἐξονομήσω.
Ὀκτὼ καὶ μονάδας, τόσσας δεκάδας ὅπη τύτοις:
Ἠδὶ' ἑκατονταέτεις ὄχτω: ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
Ὄνομα δηλώσω. Σὺ δὶ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον.
Ἀθανάτοιο Θεοῦ χριστὸν παῖδὶ' ὑψίστοιο.

Tunc Magni Dei filius carne veſtitus & reliquis mortalibus
Qui ſunt in terra ſimilis factus veniet, Quatuor vocales ferens
Et duas conſonantes duorum Angelorum: numerum totum declarabo.
Octo unitates, & ſuper his totidem decades, & octo centenarii
Incredulis hominibus nomen oſtendent. Tu autem mente comprehende.
Eum eſſe Chriſtum immortalis & altiſſimi Dei filium.

Nu-

Numeri hi simul collecti efficiunt octingenta octoginta octo, qui numerus continetur in nomine Ἰησοῦς, in quo sunt quatuor vocales, & duæ consonantes. ι. decem significat. η. octo. σ. ducenta. ο. septuaginta. υ. quadraginta. Et σ. ducenta. Quæ si simul conjunxeris, invenies 888. In Apocalypsi nomen bestiæ abominabilis continet sexenta sexaginta sex.

Alia prædictio Sibyllæ talis est, lib. 1. Erythrææ.

Ænigma de Christo secundum.

Ἔννεα γράμματ' ἔχω· τετρασύλλαβός εἰμι· νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη.
Αἱ λοιπαὶ ἢ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τῶ παντὸς δ' ἀριθμῶ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ.
Καὶ τρεῖς τρισδεκάδες σοὶ γ' ἔστω. Γνούς ἢ τίς εἰμὶ.
Οὔκ ἄμμητος ἔσῃ θείης παρὰ ἐμοίγε σοφίης.

Contineo literas novem: sum quatuor syllabarum. Nosce me.
Tres primæ duas literas habent unaquæque:
Et reliquæ reliquas. Et sunt consonantes quinque.
Omnis numerus est bis octo centenariorum,
Et trium tresdecadum. Nosce quis ego sim,
Et non eris ignarus Divinæ Sapientiæ.

Viginarius scribit Joannem Auratum doctissimè fuisse interpretatum hanc Prophetiam: quæ continet. Θεὸς ζωτήρ. In quibus dictionibus quatuor sunt vocales, & quinque consonantes: quæ efficiunt syllabas quatuor: quarum duæ primæ, & tertia duas singulæ literas continent, & quarta tres. Sed de numero 1597. desunt duo. Quod inducit Auratum, ut existimet legendum σοὶ δίσσα, pro σοὶ γ' ἔστω.

Aliæ plurimæ Sibyllis tribuuntur Prophetiæ de Deo vero: quem αὐτοχθόνητον, καὶ ἀγχθόνητον, καὶ ἀπροσηγόρητον nominant: asseruntq; eos, qui ex patre mortali nati esse probantur, nomen Dei falsò usurpare. Quod Erythræa his verbis satis apertè testatur.

ὃ δὴ καὶ' ἀνδρὸς
Ἐκ μητρῶν μήτρας τε θεὸς πεπαώμενος εἶναι.

Nam Dii, qui à gentibus coluntur, cum mortales ex mortalibus parentibus geniti sint, Dii verè nuncupari non debent, nec possunt. De his alia Sibylla tale reliquit testimonium.

Δαίμονες ἀψυχὲς νεκύων εἴδωλα καμόντων,
Ὧν Κρήτη καύχημα τάφος ἡ δύσμορος ἴσχει.

Ubi Jovem Cretensem Saturni filium, & in Creta sepultum esse asserit: qui propter beneficia in genus humanum collata, propter potentiam, & excellentes virtutes (sicut & alii reges antiqui) consecratus est, & Dei titulis ab hominibus insignitus.

Phœbas alia testatur homines opus esse Dei summi: & ideò Deorum appellationem non mereri, cùm non sint æterni: quod proprium est summi illius Numinis, à quo condita sunt omnia;

Ὃς μόνος ἐσὶ θεὸς κλύσης ἀκραάτης ὑπάρχων.
Αὐτὸς δ' ἐσήμελξε τύπον μορφῆς μερόπωνπε
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων ῥιζῆς βιοτοῖο.

Prædixit item tempus aliquando venturum, quo fatidicorum omnium Dæmonum oracula aboleantur; nempe in adventu Christi filii Dei: & Urbes potentes, & Monarchiæ in nihilum redigantur.

Ῥώμη μὴ ῥύμη ἔσεται; καὶ Δῆλος ἄδηλος.

Ubi Romam in vicum redactum iri, licet ejus potentia sit maxima, & Delos incognita. Quia abolito Apollinis oraculo, ejus nomen obscurabitur, & ignorabitur

bitur ab hominibus, qui eam colunt & venerantur tanquam Dei natale ſolum, & ejuſdem gratum habitaculum, ſacrumq; domicilium, propter vaticinia & reſponſa de futuris in eo rẽddita.

Hæc & ſimilia plurima inveniuntur in hiſtoriis, quibus manifeſtè probatur Dæmonem verſutum, omnisque malitiæ & impoſturæ plenum multa per has Phœbadas ſacerdotes, & divinos prædixiſſe mortalibus tam vera, quàm ſpeciem pietatis habẽtia, ut eos efficaciùs deciperet, & ad ſui cultum pelliceret. Nemo unquam fuit tam ſtupidus, tam barbarus, & mentis inops, qui non exiſtimaverit Numen aliquod eſſe ab æterno; quod univerſam mundi machinam à ſe creatam regat, & moderetur; quodque coli velit, & honorari à ſuis creaturis. Sed cùm ex ignorantia ſacrarum literarum, neſciant homines qualis hic cultus eſſe debeat, ex captu & judicio rationis humanæ, ritus ſacrorum, templorum varia ornamenta, & diverſi generis ſacrificia commenti ſunt, quibus Deum venerarentur; & beatas illuſtrium virorum animas (quas propter excellentes virtutes in cœlum poſt mortem rediviſſe, & aſſidere Divinitati, quæ illis ſuam potentiam communicat; ut poſſint prodeſſe vel nocere cùm opus eſt, tanquam Dei miniſtri, aſſeſſores, & ſocii) honoribus dignis afficerent. Et quia ipſum Deum credunt juſtum, & bonorum fautorem, malorumque ultorem ſeveriſſimum; Dæmon per infinitas ſuperſtitiones, & idololatriam ſe furtim inſinuat in animos mortalium, illis inculcans devotiones rituum variorum, & opinionem de pluralitate Deorum: quorum ſinguli peculiares ſacrorum ordines poſcerent: in quibus ſibi proponi vel certas oblationes, vel proprias victimas voluerunt. Ut Jovi Flamines bove candido litabant. *Quæ Diis victimæ offerantur.* Jovi prodigiali thure & molâ ſalſa. Cybele matri Deorum Porca. Neptuno, Apollini, & Marti tauro, verre, & ariete. Cereri lacte, vino, favis; & aliquando ſue. Dianæ tauro, & cervâ, Veneri columbâ vel paſſeribus: Minervæ capra. Libero Patri melle, vino, vel capro. Æſculapio capris & gallinis. Soli & Marti equo. Junoni agnâ, vel juvencâ. Pani capellâ. Sylvano Porco. Fauno agno, vel hoëdo. Laribus gallo. Heroibus tauro, capro, & ariete: Genio bono agno candido, Genio malo hoëdo nigro: Mercurio gallo, & hoëdo. Nymphis floribus & thure. Neque eodem numero, vel colore: nam Superis victimæ immolabantur albæ & impares. Inferis nigræ & pares. Imò ſingulis Diis peculiares arbores, propria animalia quibus eorum currus vectarentur. Saturno tribuerunt cedrum, Cybelẽ pinum. Jovi quercum vel æſculum. Junoni Libanotim, Neptuno Lentiſcum. *Deorum arbores ſacræ.* Plutoni malum Punicam, Palladi oleã, Apollini laurum. Dianæ fagum. Marti palmam, Herculi populum albam. Baccho vitem vel hederam. Veneri roſam. Cereri Platanum. Cupidini myrtum. Pani abietem. Sylvano corylum. Najadibus ſalices. *Animalia Deorum currus trahentia.* Doridi algam. Libitinę cupreſſum. Proſerpinæ taxum. Mercurio Lotum. Ita quoque Saturni currus trahitur draconibus: Cybeles leone. Jovis equis. Junonis pavonibus. Apollinis equis albis & lucidis, Plutonis equis nigris. Neptuni cetis. Tethios delphinis, Bacchi tigribus & pantheris. Mercurii ibidibus. Veneris columbis. Martis lupis. Et ita dẽ aliis. Nam Satan architectus millẽ ſuperſtitionum, infinitas inventiones ſuggeſſit hominibus, quibus ſuos commẽtitios Deos colerent: pietatis & virtutis nomen aſtutè retinens, ut ſub his titulis per omne genus impietatis, & nequitiæ illos involveret & pollueret: debitumque Deo honorem ad ſe derivaret: Nam omnes hæ ceremoniæ, ſacrificia, & ritus diverſi Dæmonibus tributa ſunt, dum ſub nomine Dei & beatarum animarum adorabantur: imò tandem & ſe Dæmonas & Deos profeſſi ſunt. Hę ſuperſtitiones à Chaldęis primam ſumpſerunt *Vnde ceremonia ortæ.* originem, poſtea ab Ægyptiis & Hetruſcis, demum ab omnibus mundi populis tantâ contentione & æmulatione uſurpatæ ſunt, ut in ejuſmodi rebus ad religionem pertinentibus nulla natio alteri cedere viſa ſit. Quas ut aleret & augeret Satan, oracula ſua adjecit, prædictiones futurorum, & vatum Divinationes: quas homines inſtar Divinæ alicujus Sapientiæ habuerunt, & admirati ſunt: exiſtima-

Oraculorũ auctoritas.

verúntque vates, Pythias, & Divinos commercium aliquod habere cum Diis; & ex eorum ſuggeſtione conſilioque futura prænoſcere, & hominibus explicare, quæ ad eorum ſalutem & conſervationem promovendam facerent. Ideò penès illos auctoritas fuit inſtituendi populum, ſacrificia procurandi, quę ad avertendam Deûm iram conducerent, & concilianda Cœleſtium Numina.

CAPUT III.

Divinandi ſcientia quotuplex.

HÆc Divinandi ſcientia multiplex fuit. Vel ex revelatione Dæmonum, vel ex cauſis Phyſicis, vel ex vulgari obſervatione. Quibus acceſſerunt infinita miracula, & præſtigiæ Diaboli: apta ad faſcinandum, & offuſcandum judicium hominis: ut cùm ſtuperent attoniti ad hæc oblata portenta & prodigia, traherentúrque in admirationem aſpectu rerum, quæ contra naturalem ordinem gererentur, fidem haberent impoſturis, & à vero Dei cultu diverterentur ad adorationem idolorum, & eorum qui Dei non erant. Ut cùm viderent Feroniæ Numine afflatos illæſis plantis ambulare per ardentes prunas. In ſacrificio Seleuci ligna aræ impoſita ſua ſponte ignem concepiſſe. Et in Apulia in altari Nymphæ Egnatiæ ligna ſacrificii nullo igne admoto ſubitis flammis exarſerunt. In Sicilia in colle Vulcanio juxta ſtagnum Petrenſium faſces ſarmentorum ſubito igne exſurgente conſumpti ſunt: & quæ ſuperiùs recitavimus de Actio Augure, de Veſtalibus Titiâ & Claudiâ; aliíſque infinitis miraculis, quæ paſſim in Hiſtoriographorum monimentis cognoſcuntur promota & procurata Dæmonum aſtu, ut hominum mentes à Deo averſas, ad impias ſuperſtitiones inducerent. Ad hunc enim finem Dęmon ſua facit miracula, ut honorem Deo debitum ad ſe derivet, & homines ignorantia, cæcitate, & perditione horrenda involvat, pertrahatque in interitum, & mortem æternam.

Ad quid miracula Dæmonum.

Ex quibus Divinatio ſumitur.

Priſca illa Divinandi ratio ex majori parte fuit artificioſa: quia in ea exercenda vates rerum creatarum naturam examinantes, & ſedulò conſiderantes, ex earum cognitione, & ſecundarum cauſarum connexu, judicabant de effectis futuris. Ex Medicina, Meteoris & Phyſiognomia multæ prædictiones elici poſſunt, quæ neutiquam fallunt. Sed Divinatio illa, quæ ex Dæmonum revelatione capitur, cùm nullas in natura cauſas habeat, ſed ſuperſtitione nefaria, erroréque mentis, & uſu tantùm temporum probata colligatur, prorſus eſt rejicienda. Talia ſunt oracula, quæ per Enthuſiaſmum redduntur, vel per furorem eorum, qui extra ſe rapti ore proferunt, quæ non intelligunt, ſed quæ ſpiritu Dæmonis concepto proloqui coguntur. Et ut plurimùm talia reſponſa ambigua, obſcura, & incerta fuerunt: unde Apollo λοξίας vocatus eſt. Licet Dæmones perſpicaciſſimæ ſint naturæ, aſtutiæ & calliditatis incredibilis, ſapientiæque tantæ, ut reliquas omnes creaturas ſcientiâ rerum longè ſuperent, & excellant; cauſas namque rerum perfectiſſimè callent; & ex Prophetarum ſanctorum prædictionibus multa colligunt, & prænoſcunt: gaudent tamen amphibologicis ænigmatibus, ut hominibus illudant, & eos decipiant. Horum conatus licet ad certos limites redegerit Deus, quos excedere non illis permittitur: tamen propter hominum ingratitudinem, multa illis indulget, ut efficaciùs fallantur, qui Dei verbo fidem & reverentiam præſtare recuſant.

Ejuſmodi oracula multa reperiuntur in hiſtoriis: inter quæ hoc citatur de Delphica Phœbade, quæ hos verſus reſpondiſſe fertur quærentibus Dei conſilium in quadam re dubia:

Oracula data per Phœbadas.

Μὴ πρόπερον λήξει νεῖκος μερόπων καὶ Ἰώνων,
Πρὶν τρίποδα χρύσειον ὃν ἥφαιστος βάλε πόντῳ
Ἐκ πόλιος πέμψητε, καὶ ἐς δόμον αὖδρὸς ἵκυτεω.
Ὅς δεδάηκε πάτ' ὄντα, πάτ' ἐσόμενα, πρότ' ἐόντα.

Non priùs hæc Meropum lis & deſiſtet Ionum,

Quàm

Quàm tripodem, quem Vulcanus projecit in æquor
Aureum, ab urbe viri mittatis in illius ædes,
Qui novit quæ sunt, venturaq́, quæque fuerunt.

Extat aliud oraculum datum Juliano Imperatori profecturo in expeditionem Persicam. Is enim fertur post Apostasim suasu quorundam Philosophorum Pythium Dæmonem consuluisse de suarum rerum successu: cui Dæmon mendacio illusit, ut idololatriam Gentium penè jam ubique abolitam restauraret:

Νῦν πάντες ὁρμήθημεν Θεοὶ, νίκης τροπαῖα κομίσασθαι
πρὸς Θηρὶ ποταμῷ· τῶν δ' ἐγὼ ἡγεμονεύω πολεμόκλονος Ἄρης.

Nunc omnes Dei ad Theran fluvium appulimus relaturi trophæa
Victoriæ: horum ego dux ero acer belli turbo Mars.

Et alio responso Dæmon Juliano adulatus est, falsò illi promittens victoriam contra Persas, ubi tamen interiit sagittâ transfossus:

Ἀλλ' ὁπόταν σκηπτροισι τεοῖς Περσήϊον αἷμα
Ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς,
Δὴ τότε σὲ πρὸς ὄλυμπον ἄγοι πυριλάμπες ὄχημα,
Ἀμφὶ δυσκλείησι κυκλούμενον ἐν τροφάλυγξι
Ῥύψαντα βροτέων ἐτέων πολύτλητον ἀνίλιν.
Ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλιν,
Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μερόπηϊον δέμας ἦλθες.

Jamq́ ubi Persigenam gladio victore domabis,
Usque Seleuceæ sternens ad mœnia gentem;
Tunc te flammivomi rapient ad sidera currus,
Ætherios inter ventoso turbine gyros
Mortali humanis posito cum corpore curis.
Atq́ ita cœlesti patriam splendore revises,
Unde es mortales quondam delapsus in artus.

Præter oraculorum responsa Dæmones multa comminiscuntur miracula in rerum natura, ut sunt miri artifices in imitandis Dei operibus; quorum simulachra ita objiciunt oculis hominum, ut vera esse putentur. Hinc olim, ac nostro tempore, visi sunt in cœlo diversi soles, conflictus armatorum hominum, sonitus tubarum, formæ monstrosorum animalium, igneæ figuræ, turbines violenti, tempestates, fulmina horrenda, fragores tonitruum, terræmotus, inundationes, portentáque infinita, quæ tam in aëre (cujus maximè tenet imperium) quàm in terra, & mari fiunt; non sine gravi metu & formidine spectantium, quo miseri homines usque adeò percelluntur, ut sæpissimè parùm absit, quin subitò exanimati concidant, & moriantur. *Spectra in aëre.*

Ad hanc Divinationum classem quę à Dęmone nascuntur, referri debent ea, quæ à sacrificulis superstitiosè observantur in aruspicina, auguriis, & iis quæ notantur in consideratione viscerum, & intestinorum mactatarum victimarum: de quibus postea in Auguribus loquemur. *Aruspicina & extispicina.*

Genus est aliud Divinationis populare & plebejum: quod fit non ex consideratione signorum consentientium cum rebus significatis, sed quæ ex longâ observatione sæpiùs evenire animadversum est, & has Divinationes Galli dicunt exceptas è Kalendario Pastorum, & rusticorum: qui attentè notant & observant quæcunque singulis anni partibus & diebus evenire solent. Ut est istud; *Divinatio popularis.*

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni. *Dies Pauli.*
Si fuerint venti, designant prælia genti:
Si fuerint nebulæ, pereunt animalia quæque;
Si nix, si pluvia est, prædicunt tempora cara.

Vincentii. In die S. Vincentii 23. Januarii (quo tempore vinitores dicunt vini ſuccum aſcendere in ſarmentum) ſi ſol ſerenus luceat ante meridiem, vindemiam ſubſequentem promittit futuram vini abundantem: ideò Monachis illius ordinis datur portio potus (quam præbendam nominant) duplex. Et vinitores eo die potu largiore indulgent Genio.

Urbani. De ubertate vindemiæ idem judicium faciunt die S. Urbani, qui recurrit die 24. Maji. Si tunc cœli temperies amœna ſit & ſerena; vidi aliquibus in locis in Sueviâ ſtatuam illius Sancti humeris ruſticorum cum fauſtis acclamationibus circumferri coronatam floribus, & ſuperiore parte menſæ in caupona erigi, vinitoribus opiparè convivantibus, multoque vino diſtentis. Quòd ſi dies ſit obſcura & pluvioſa, contumeliis affectum ſimulachrum & luto aſperſum projiciunt.

Purificationis. Si die Purificationis 2. Februarii ſol clarus ſplendeat, urſi dicuntur ſe iterum ſuis occulere ſpecubus, ſerenitate illius diei denunciante frigora intenſiora ſubſecutura ad quadraginta dies.

Medardi & Paſcha. Alii de meſſis futuræ abundantiâ judicium ſumunt ex ſerenitate diei Sancti Medardi in Majo: & Paſcha pluvioſum deſignat meſſem frumentoſam.

Tonitrua in Martio. Tonitrua in Martio calamitates ingentes ruſticis præſagiunt, unde rythmihi Gallici proverbio villicorum feruntur.

Jamais le villageois n'a Matiere de dire Helas,
S'il ne voit ſa maiſon arſe, ou ſ'il n'oit tonner en Mars.

Diuturnitatem frigorum unde judicent Ruſtici. De frigorum diuturnitate judicant ex oſſe thoracis caponum, anatum, vel anſerum, ſi rubeant: ſi verò clara ſint, dilucida & alba, gelua levia & tolerabilia pronunciant.

A feſto Natalis Chriſti, uſque ad diē Epiphaniæ, qui ſunt dies 12. colligunt de ſtatu & temperie 12. menſiū anni; prout ſingulis horis ſingulorū dierū cœli fit mutatio.

Memini, dum Patavii eſſem anno 1575. vermiculos quoſdam erucis ſimiles conſpectos fuiſſe in ædibus civium adhærentes parietibus: pro quorum multitudine ſenes metu conſternati prædixerunt peſtem horrendâ lue brevi graſſaturam: quæ etiam eadem æſtate ferè totam urbem exauſit, ſicut & Venetorum ditionem tantâ ſtrage afflixit, ut ab aliquot ſæculis major non eſſet audita.

Upupæ nocturno volatu, & voce conſciſsâ ſtrepentes incendia, & cædes brevi futuras denunciant.

Vituli ſub autumni finem convulſione crebrâ pedes excutientes, frigora & gelu inſtare ſignificant.

Feles ſi aures pede fricent, & pes excedat caput, pluvias proximas præſagiunt: ſicut & gallinæ pullique gallinacei, ſi roſtro alas vellicent.

Longum eſſet omnia recitare, ex quibus plebecula ſua confirmat vaticinia, & futurorum prædictiones: quæ etiam ſi ab ignaris rerum literarumque imperitis vulgò uſurpentur, quia tamen illa emanant ex cauſis naturalibus, & conſenſu motuum cœleſtium, poſſunt utcunque tolerari: quia nullam ſecum ſuperſtitionem attrahunt, neque manifeſtam impietatem, & ut plurimùm evenire perhibentur.

CAPUT IV.

Oracula impia, ubi & quo modo. DE oraculis diverſa eſt ratio: quæcùm ex Dæmonis inſtinctu proveniant, prorſus ſunt rejicienda. Ea Græci diverſis nuncuparunt nominibus. χρησμὸς enim, vel μαντὶδ'ματα, vel θεοπρόπια ea vocaverunt. Dabantur locis obſcuris, & obſeſſis à malignis ſpiritibus, voce, ſomniis, geſtu, nutúve ſtatuarum, ſonitu, tinnitu, vel aliis ſignis. Edebanturque vel ab ipſo Dæmone, vel à Phœbadibus, ſacerdotibúsve ſpiritu fatidico afflatis: qui è ſpecubus furvis, obſcuris & profundis horribili ſono, & ſtrepitu irruebat in Enthuſiaſtas ſpecie ignis, quo circumquaque involvebantur; & in furorem acti cum palpitatione omnium artuum, inverſis oculis,

lis, & ore distorto effabantur ea, quæ Dæmon illis suggerebat: neque erant mentis corporisve compotes, dum obsidebantur illo Enthusiasmo.

Oracula primò reddi cœperunt in Chaonia parte Epiri, in templo Jovis Dodonæi: de quibus in sequentibus fusiùs scribemus: Postea in Libyæ arenis in templo Jovis Hammonis: & hæc duo fuerunt omnium antiquissima: ad quæ ex omni parte mundi commeabant homines scisciturí rerum eventus futuros. Postea cùm res benè succederet, & ultrò se rapi ejusmodi illusionibus paterentur mortales, Dæmon diversis in locis sibi sacraria suscitavit, unde responsa daret; ut Delphis per Apollinem Pythium, sicut per eundem in Claro, in Delo, Colophone, Ancyræ, Cumis, Erythris. Thebis per Trophonium, & in Lebadia Bœotiæ in rupium specu. In Milesia fuit Branchidarum oraculum. Sabæum in Phocide. Amphiarai in Attica. Latonæ in Ægypto in urbe Buthi, quod Sebenniticum oraculum vocabatur. In eadem Ægypto Dii quoque Fatidici fuerunt Hercules, Apollo, Minerva, Diana, Mars, & Juppiter. Antiochiæ Juppiter Philius. In Apamea Syriæ Juppiter Belus: In Delo sortes certissimæ dabantur ab Apolline, ad aram quam habebat artificiosè compactam & concinnatam ex diversis animalium mactatorum cornibus. Apollo quoque Spodius in cineribus mactatarum victimarum Thebis sortes dedit: & Pataræ urbe Lyciæ sex continuis anni mensibus sortes quoque poscentibus reddidit: Sicut ad Canopicum oppidum Ægypti Serapis per somnia. In fano Pasitheæ & Æsculapii apud Pergamenos: In Narbata apud Hyrcanos. Ad aram Ardali apud Trœzenios, ubi Musis & Somno sacra fiebant; quique somniis responsa petebant & vaticinia captabant, totum diem à cibo, & triduum à vino & Venere abstinere oportebat. Apud Tralles in antro Charonio. Apud Ægyptios in fano Isidis & Melopidæ Semideæ ægroti somnio discebant remedia recuperandæ salutis. Pharis Achaiæ simulachrum lapideum nutu responsa dabat. Apud Thraces Liberi Patris Sacerdotes qui Bessi vocabantur multo priùs mero obruti. Apud Nysos, Thraces, & Teneros Mars. In Ægypto Sacerdotes ex Api bove captabant responsa. Sicut Colophone, & in Claro qui sacris Apollinis præerant hausta ex vicino lacu affatim aquâ, cui vis inerat fatidica, vaticinabantur. Memphi ex vacca. Heliopoli ex bove: Arsinoę ex Crocodilis, oracula reddebantur: Arsinoë enim postea dicta est ab Arsinoë Ptolomæi Philadelphi sorore, cum priùs Crocodilon vocaretur.

Ubi prima oracula.

Exempla oraculorum multa proponi possunt: ut est hoc quod Crœso regi Lydiæ datum est.

Ζ' αυτὸν γιγνόσκων δ'δαίμων Κροῖσε, πεφάσεις.

Crœse, beatus eris, si te cognoveris ipsum.

Item aliud eidem regi redditum est tale:

Κροῖζ Ὁ. Ἄλλω Ἁβὰς μεγάλω ἀρχὼ καταλύζῃ.

Crœsus Halin superans magnam pervertet opum vim.

Tiberio Romæ Imperante hæc Prophetia vulgata est apud omnes:

Τελὸς ἢ τριηκοσίων περιπλομένων ἐνιαυτῶν

Ρωμαίοις ἔμφυλο ὀλεῖ στάσις.

Tercentum post ter revolutos cursibus annos
Romanos perdit civica seditio.

Sibyllina carmina hæc prædixerunt de Philippo Macedone Alexandri Magni patre, antequam nasceretur:

Τιμῆν κοιρανέων ἀγαθὸν, καὶ πῆμα Φίλιππο.

Commoda nunc pariet regnans, nunc damna Philippis.

Messeniis scisciantibus de suæ urbis conservatione responsum est:

Καὶ τότε δὴ Σπάρτης μὲν ἀπ' ἀγλαὸν ἄνθος ὀλεῖται;
Μεσσήνη δ' αὖθις οἰκήσεται ἤματα πάντα.

Amittet florem imperii tunc Sparta nitentem;
Atq; omni rursus Messene habitabitur ævo.

Ex oraculo veteri recitato, Scipio prædixit eversionem Carthaginis, & potentiæ Pœnorum in Africa:

Ἔσται ἦμαρ, ὅταν ποθ' ὁλώλῃ Ἰλιὸς ἱρὴ
καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμελίω Πριάμοιο.

Jamq; dies aderit, quo concidet Ilion ingens,
Et Priamus; Priamiq; cadet plebs armipotentis.

Annibal invidiâ suorum laborans, & in Asiam fugiturus, hæc verba ab oraculo consulto accepit:

Λιβύσσα κρύψει βῶλος, Ἀννίβαλ δέμας.

Libyssa corpus, Annibal; teget tuum.

Batto Cyrenes conditori de deducenda in Libyam colonia interroganti Deus ex adytis templi in hæc verba respondit:

Οἷα τ' ἀνὴρ ῥέξῃ, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

Qualia quis patrat, talis manet exitus ipsum.

Messenios reprehendit oraculum, quòd de minimè necessariis plus justo essent soliciti, & quæ ad eos pertinerent socordes negligerent:

Ἐρρέτω ὅπως τὸ χρεὼν, ἄτη δ' ἄλλοισι πρὸς ἄλλων.

Tu fatis pareto: malum hunc, jam nunc manet illum.

Plenæ sunt Historiæ his responsis, quibus Dæmon ita detinuit animos hominum, ut prorsus dependerint ex iis: & quæcunque aggrederentur Reges, Principes, & populi, omnia in fausta sibi promittebant, nisi prius consuluissent Deos de rebus gerendis: ut efficaces sunt Diaboli præstigiæ in hominibus contumacibus & impiis; is prævisis naturalibus causis, multa secutura pronunciat; & ex positu siderum, natalia effingit, & prædicit eventus: qui postquam successerint, nemo est, qui non aliquid Divinitatis inesse credat ejusmodi vaticiniis.

Dæmon efficax in præstigiis.

Quid Divinatio secundum Platonem.

Plato ait μαντικὴν esse κοινωνίαν πρὸς θεὸς καὶ ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους, καὶ Δημιουργὸν τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων φιλίας: Deinde subjungit, *vates omnes* χρησμῳδὸς, θεομάντεις, καὶ ποιητὰς θείας εἶναι, καὶ ἐνθουσιάζειν ὑπάνους ὄντας, καὶ κατεχομένους ὑπὸ θεοῦ: id est, *Divinationem esse consociationem Deorum & hominum, & conciliatricem amicitiæ inter ipsos. Item fatidicos, vates & poëtas divinos esse, numine divino afflatos, & correptos à Deo.*

Divinationis quatuor genera,

Ejus Divinationis quatuor ponuntur genera: Primam vocant ἔνθουσιαν μαντικὴν *inspirationis divinationem*; quæ ad Apollinem auctorem refertur. Alteram τελεστικὴν; *quæ habet vim & efficaciam mysteriorum*, ad Dionysium. Tertiam ποιητικὴν, in Musas: qualis fuit Orphei, Musæi, Lini, & aliorum. Quartam ἐρωτικὴν *amatorium furorem*, in Venerem & Cupidinem referendam.

ἔνθουσια igitur μαντικὴ, quæ θεομανία dicitur, ea est, quæ vaticinia profert per obsessos à spiritibus; qui extra se rapti, verba fundunt non intellecta, qualia illis suggeruntur inspiratione Dæmonum: ut fuerunt Sibyllæ, Peliadis regis Chaoniæ filiæ, Orpheus, Musæus, Tyresias, & alii. Orphei prophetia de sex mundi ætatibus citatur à Platone:

Ἑκτῇ ἐν ἡμέῃ καταπαύσεται κοσμὸς ἀειδὴς.

Ætate in sexta cessabit machina mundi.

Quod procul dubio exceptum videtur ex ea prophetia, quæ familiæ Heliæ tribuitur: *Duo millia inane: Duo millia Lex: Duo millia Messias.* Nempe à mundo con-

condito usque ad Mosem, à Mose ad Christum, & à Christo ad finem mundi semper intercessisse duo millia annorum. Quæ tamen completa non sunt suis terminis, propter piorum preces, qui Christi adventum exoptabant. *Et propter electos Christus promittit ultimos dies sæculi abbreviatum iri.* Hujus Orphei vaticinia alia in sequentibus proponemus. *Matth. 24. vers. 24.*

Musæo Attico Orphei & Antiophemi discipulo hæc Prophetia adscribitur ad suos Athenienses:

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄλγιον ὄμβρον
Ἡγεμόνων κακότητι περιφαζίη ἢ τὶς ἔσται.
Ἦ γ' ἄλις ἠμήσεσι πόλιν, πάσεσι δὲ πίνλω.
Et fera tempestas urgebit Cecrope natos
Fraude Ducum: sed certa aderunt solatia victis:
Namq; urbem hostilem evertent, pœnasq; reposcent.

Peliadibus Nymphis hic versus tribuitur:

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστὶν, Ζεὺς ἔσεται, ὦ μέγαλε Ζεῦ.
Juppiter est, fuit, atq; erit: ô bone Juppiter alme.

Ad Divinationem pertinet Magia: quam Chaldæi olim vocaverunt invocationem ἀγαθοδαίμονον, ad boni alicujus effectionem. Ea est vel Divinatrix, vel in actione posita. Magi ferè omnes virtute familiarium Dæmonum, quos παρέδρους assessores & consiliarios vocabant, omnia operabantur: hosque thecis inclusos gestare erant soliti, vel exorcismis evocare, si quando esset opus. Magorum titulus apud Persas & Chaldæos honorificus semper fuit; penès quos fuit sacrorum voluminum cura, & monumentorum literariorum conservatio. *Magia.*

CAPUT V.

MAgiæ species diversæ numerantur. Λεκανομαντεία: γαστρομαντεία: κατοπτρομαντεία: κρυσταλλομαντεία: δακτυλιομαντεία: ὀνυχομαντεία: ὑδρομαντεία: πυρομαντεία: & ἀερομαντεία. *Magiæ species.* *Divinatio per pelvim, per lebetem, per speculum, per cristallum, per annulum, per unguem, per aquam, per ignem, & per aërem.*

Lecanomantia fit in pelvi vel lebete aqua pleno; cui imponuntur laminæ aureæ & argenteæ, cum gemmis, quibus insculpti sunt magici caracteres. Tunc invocatur Dæmon, à quo petitur quod ex usu est: & vox tenuissima instar sibili aquâ leviter motâ emittitur è lebete, quæ exprimit quod rogatur: hæc divinandi ratio fuit olim familiaris Chaldæis, Assyriis, & Ægyptiis. *Lecanomantia.*

Gastromantia fit per pectus vel ventrem alicujus possessi à Dæmone: qui nutu & signis ostendit quod petitur. Fit & hæc gastromantia in vase aliquo vitreo rotundo aqua limpida pleno, circa quod accenduntur cerei sacri, evocatoque summisso murmure Genio, adhibetur puer impollutus, vel mulier prægnans, qui responsa petunt à Dæmone. *Gastromantia.*

Catoptromantia quæ fit per speculum; ad quod admovetur puella pura ab omni Venere, quæ in speculum fixis oculis intuens videt eorum formas, de quibus est quæstio. *Catoptromantia.*

Hic referam historiam horrendam, quæ cuidam amico meo accidit: cujus tamen nõ ex primam nomen, propter viri autoritatem & reverentiã. Cùm ille ob cædem patratam exularet à patria, essetque nobilis, & literatus egregiè, contulit se ad Academias peregrinas & remotas, ut illic tristitiam exilii familiaritate, & colloquiis eruditorum leniret. Uxorem enim duxerat eodem anno formosam, juvenem, nobilem, & optimè dotatam, cujus gratia paulò post nuptias, corrivalem ortâ rixâ gladio transfoderat. Absens igitur per aliquot menses à domo sua, cùm uxoris novæ desiderio & amore non parùm torqueretur, Magum celebrem

in

in ſua arte conſulere ſtatuit, curioſitate magis ocioſa, quàm quòd illius impoſturis fidem adhiberet: à quo rogavit an poſſet in ſpeculo videre, quid uxor rerum gereret: promittit Magus ſe id effecturum: præſcribitur dies, conveniunt viri boni, qui hunc comitarentur, & viderent quid ſuccederet: Accerſitur puellula octo annorum nata, cui ſolvuntur comæ, & aqua luſtrali cum invocatione & ſuſurratis exorciſmis tinguntur: circulo incantato, & magicis characteribus circumcirca inſignito, media ſtatuitur, & ut attentè contemplaretur in ſpeculum jubetur. Tunc ter interrogata à Mago quid videret, poſt diutinas totius corporis contorſiones, vultu perturbato, oculisque furibundis & micantibus, voce tremebundâ & interruptâ reſpondit, video, video, video: Quid? inquit Magus: video hypocauſtum amplum, ornatum picturis diverſis, & fornace excellentis artificii; video in abaco vaſa argentea deaurata, candelabrum è laqueari dependens, ſcamna ſtromatibus & pulvinis ſtrata, ſuper menſa pallium cum galero & gladio. Interrogata iterum quid videret amplius? quis eſſet in hypocauſto? Neminem, inquit, intueor præter canem album dormientem prope fornacem. Tunc exclamans ecce, ait, mulier formoſa, pileo tecta holoſerico, circa quod plocæ capillorum involutæ in nodum contrahuntur: veſte amicta eſt viridi laciniata, quam ambiunt lymbi puniceï. Quid agit, inquit magus? Neſcio, reſpondit: Illa neſcio quid nigricans in vola manus ſiniſtræ continet, quod pollice dextro ſaliva tincto explanat & lenit ridens. At at, conſpicio juvenem flava cæſarie cincinnatum, qui ponè fornacem ſtat femoralibus in genua demiſſis. His auditis vir bonus ſtatim obmutuit. Et ex hac deſcriptione facilè animadvertit ſuæ domus eſſe hypocauſtum, ſuamq; uxorem cum habitu domeſtico graphicè depingi, licet pluſquam centum milliarium intercapedine ſejunctaabeſſet: ſed juvenis ille demiſſis femoralibus illum ita redidit anxium, ut uxorem læſæ pudicitię ſuſpectam, cogitaverit de medio tollere. Itaque Mago relicto equum celerem conduxit, quo diebus decem in patriam properavit. At quia ob cædem patratam non ſatis tutum fuit agnoſci, Urbem non auſus eſt ingredi; ſed in vicum proximum ſecedens ruſticam mulierem incognitam convenit: è qua poſt longum colloquium ſciſcitatus eſt, num cognoſceret eam nobilem mulierem, quæ non procul à foro ſplendidas habitaret ædes nomine N. Novi, inquit ruſtica, novi certè honeſtam illam matronam; ad quam nudius tertius ova, & fructus agelli mei venales detuli. Quid, ſubjecit vir, quid agebat: quis cum ea converſabatur? Heu, mi homo, ait: quid inquiris de ea? quid ageret miſera abſtracta ab abſente marito: relicta domi poſt tertium à nuptiis menſem. Ea licet opibus & nobilitate excellat, quid hæc omnia proſunt, dum viri præſentiâ deſtituitur? quem neſcit an vivat, vel è vita deceſſerit; quâ regione vagetur; an indigeat, vel ægrotus inter peregrinos detineatur. Miſella perpetuis ſe conficit lachrymis: nunquam in publicum prodit, conſolationes amicorum non admittit; mortem centies quotidiè implorans, quâ ſolâ ſe ab his anguſtiis eripi poſſe queritur. Tum vir, gratificare mihi obſecro, inquit: & ad illam hoc Epiſtoliolum deportato; jubetoque ut te ſola comitante huc veniat: Ego maritum ejus ſalvum & incolumem vidi ante bimeſtre: poſtquam me conveniet, à me plura audiet, quæ illius mœrorem vel tollent, vel ex majori parte levabunt. Ruſtica literis acceptis, quibus inclùſus erat annulus aureus, quem diſcedens è digito uxoris abſtulerat, futurum ſignum ſui adventus. Hunc poſteaquam agnoviſſet, lætitia ingenti percita ſtatim cum ruſtica ſola ſe ex urbe proripuit, & rus ſe contulit: ubi primo mariti aſpectu basium ruens illum amanter ſalutavit. Maritus qua potuit diſſimulatione vultum componens, habeo, inquit, quod tibi communicem: ingreſſi itaque ſylvam vicinum eo animo ut illam jugularet, & conſcenſo equo ſe rurſus daret in viam. Tunc illa; ô anime mi, beaſti me tuo adventu; jam me mihi reſtituiſti: nunc amiſſam vitam, & quicquid poſt unum Deum cariſſimum habeo recuperavi. Tum vir uxoris juvenculæ forma elegante, blandiciisque emollitus in umbra ſimul conſidens,

ſoli-

ſolicito tamen vultu, de variis rebus illam cœpit interrogare: ac inter colloquium: Dic mihi verum, inquit: quid eò die (certum diem deſignabat) rerum geſſiſti? nonne crocotta tua praſſini coloris eras amicta? nonne comarum tricas circa pileum redimiveras? illa verum eſſe teſtata eſt: Sed quid in vola liniebas ſaliva madidum? quis fornaci adſtabat juvenis femoralibus in genua demiſſis? ô Deus bone! exclamat mulier conſternata, vita mea, quid hoc monſtri eſt quod audio? quam indignationem in tuo vultu conſpicio? Fridericus frater tuus ulcere malo ſuper coxendice laborat, cui emplaſtrum parabam, quod volæ impoſitum pollice liniebam: atqui ille mihi rei teſtis futurus eſt. Hoc audito vir tanto metu tactus eſt & fractus, ut vix compos mentis eſſet: diſſimultatoque, quod conceperat, odio in uxorem, illam mutato colloquio interrogavit de rerum domeſticarum ſtatu, de Principis irâ, (quam amici placare ſtudebant precibus & muneribus) propter eçdem admiſſam. Cumque illum intellexiſſet nondum reconciliatum, ne mora nimia illum in vitæ diſcrimen traheret, cum gratiâ uxore dimiſsâ celeri regreſſu ad nos revolavit: centies & millies deteſtatus, & execratus artes Magicas, & Diaboli illuſiones, quæ penè illum induxerant ad parricidium in uxorem caſtiſſimam. Hunc ſibi ſcopum proponit Cacodæmon generis humani atrociſſimus hoſtis, ut ſuis obſequiis homines ad impietatem, ſuperſtitiones, idololatriam, vel atrocia pertrahat facinora.

Legimus Didium Julianum in bello contra Claudium Albinum & Peſcennium Nigrum conſuluiſſe Magum, qui puerum adhibuit ſpeculo, ex quo belli eventum cognovit. *Capitolinus, Spartianus, & Volaterranus lib. 23. Anthrop.*

Criſtallomantia, fit in criſtallo puro & terſo, in quo Dæmon latet: & ex quo diverſas rerum figuras proponit & exprimit invocatus. *Criſtallomantia.*

Dactylomantia, fit ex annulo à malo ſpiritu poſſeſſo, & conflato ad certos cœli poſitus, conſecratóque Magicis verbis. *Dactylomantia.*

Onychomantia, fit ex oleo & fuligine illitâ ungui pueri impolluti, & ſoli obverſi: ex his Dæmon per verba, & adjurationes advocatus, effigies rerum petitarum format & oſtendit. *Onychomantia.*

Hydromantia efficitur in aquâ cyatho impoſitâ; cui annulus filo ſuſpenſus ex digito libratur ad perpendiculum in aquam: tum verbis conceptis rogatur Dæmon. Si res quæ poſcitur vera eſt, annulus ſuâ ſponte cyathum ferit, ſin minùs, pendet immotus. Velis qui interrogatur mappâ caput obvolvit, ſuper quam cyathus aquâ plenus ſtatuitur. Tum Genio evocato obmurmurat quæ cupit ſcire: Quod ſi verbis exprimit ſuſpectum criminis de quo quæritur, aqua efferveſcens confirmat cogitatum. Hujus Hydromantiæ auctorem Nereum fuiſſe aſſerit *Natalis Comes lib. 7. Mythiolog. cap. 6.* *Hydromantia.*

Numam verò Romanorum regem II. eâ uſum frequenter, & evocatos in aquam Deos conſuluiſſe ferunt. Ad Hydromantiam referri poſſunt ſigna, & reſponſa petita ex aquis: ut juramenta ad *Palicorum lacum* in Sicilia. Cui injiciebantur tabulæ, in quibus conſcripta erant ea, quæ Jurejurando affirmare vellent. Si vera juraſſent, tabulæ non mergebantur, ſed ſuper aquâ fluctuabant: Si falſa continerent, tabulæ in profundum raptæ ſubſidebant; & flamma emergens perjurum invadebat, & conficiebat. *Palicorum Lacus.*

Ad hunc quoque modum reſponſa petebantur ex *Palude Junonis*, quæ erat non procul ab Epidamno Laconum oppido: in quam placentæ frumentaceæ demerſæ oſtendebant aliquibus ſignis rerum futurarum eventum. Nam ſi palus placentas retineret, omen proſperum præſagiebat, ſin minùs, triſte & lugubre. *Palus Junonis.*

Fons fuit *Apollinis Thyrxei* prope Cyanas ad Lycum amnem, vicinus templo Dei, ad hunc præfatis precibus qui ſciſcitabundi veniſſent, in aquis videbant quæcunque rogaverant. *Fons Thyrxeus.*

Stephanus quidam Philoſophus, & Aſtrologus Hydromanta Heraclio Im- *Heraclius Imp. Hydrope moritur.*

peratori prædixit mortem illi aquâ terminatum iri: cumque ciſternas omnes, & puteos regiæ vicinos obturare juſſiſſet, & à fluviis caveret, tandem Hydrope mortuus eſt.

Varro annotavit, puerum admotum aquæ incantatæ vidiſſe effigiem cujuſdam, qui verſibus quinquaginta expreſſerit omnem Mithridatici belli ſucceſſum.

Atqui hæc Hydromantica Divinatio fiebat ex aquarum fluxibus & refluxibus, coloribus & imaginibus, quæ in aquis apparebant: ex tempeſtatibus, motibus, & diminutionibus, impreſſionibusque aqueis, quæ omnia peritus artis explicabat, & interpretabatur.

Fons Cereris. Pauſanias mentionem facit cujuſdam *fontis* ad Patras in Achaja prope *Cereris* templum. Ad quem, qui morbo tenebantur, mittere ſolebant, ut ſigna convaleſcentiæ cognoſcerent. Speculum enim immittebant in fontem tenui alligatum funiculo, & ſe in eo contemplabantur. Si formam pallidam, confectam, & mortui ſpeciem vidiſſent, ſignum mortis futuræ; ſi contra viventis & validi, convaleſcentiæ judicabant.

Coſcinomantia. Ad hæc aliæ quoque Divinationum ſpecies adjiciuntur, ut *Coſcinomantia*, qua utuntur ad perveſtigandos ſcelerum auctores, & quę res alias obſcuras explorandi modum docet. Cribrum enim forcipi imponunt: forceps autem binis tantùm digitis apprehenditur, & ſublevatur: præfatisque verbis incantationis, & expreſſis ſuſpectorum nominibus, ſi cribrum nutet, tremat, vel perſe convertatur, arguit ſuſpectum reum criminis.

Axinomantia. *Axinomantia* eadem perficit ex ſecuri ſuſpensâ funiculo, quæ ad interrogata movetur & in gyrum vertitur.

Cephalomantia. *Cephalomantia* fit capite aſini ſuper prunas aſſato, & verbis ſubobſcurè pronunciatis: ſi ad inquiſita mandibulę moveantur, & dentes interſe colliſi crepitent, ſuſpectum notant ejus maleficii, de quo fit quæſtio.

Alectryomantia. *Alectryomantia* perficitur ſcriptis literis in chartulis ſuper quas grana frumenti imponuntur: his gallum gallinaceum Magicis verbis incantatum admovent: qui grana chartis impoſita roſtro excipit, & quæ intacta remanent, nomen illius, de quo fit quæſtio, deſignant. Quod eveniſſe in hiſtoria Valentis Imperatoris legimus, Jamblicho, Libanio, & aliis quibuſdam Philoſophis per Alectryomantiam ſciſcitantibus, quiſnam Valenti in Imperio ſuccederet. Quæ res inquiſitoribus perniciem attulit, ut in vita Jamblichi poſtea legetur. Animadverſum eſt omni ferè tempore Magorum iſtorum exitus tragicos exiſtere: Nam cùm illi cum Diabolo fœdus contrahant, aut deditione ſui, aut alio aliquo promiſſo, Dæmon quoque ſeſe viciſſim certis ſponſionibus, ſuamque operam Magis obſtringit: Sed ut plurimùm ante conſtitutum, & promiſſum tempus violato ſocietatis jure, miſera illa mancipia judicibus produnt, & necandos tradunt, animásque æternis ſuppliciis cruciandas abripiunt. Quod in Zoroaſtre, & aliis accidiſſe legimus. Et noſtro tempore in multis, quorum corporibus per totum orbem Chriſtianum meritò flammæ judiciorum politicorum paſcuntur. Sed ante omnes memorabilis eſt illa hiſtoria cujuſdam *Fauſti* Germani Theologiæ Doctoris: qui cùm opera Diaboli multa in aulis principum, & præcipuis Germaniæ urbibus admiranda facinora perfeciſſet, tandem fruſtillatim à Dæmone diſcerptus per media fulmina, ventorum violentiam, cœli fragores, & horrendas tempeſtates abreptus eſt.

Magorum exitus pleumq; tragici.

D. Fauſt.

Geomantia. *Geomantia* conſideratur expunctis, & ſedecim figuris, quæ his diſponuntur, quæque ad duodecim ſigna Zodiaci, & ſeptem planetas aptatæ ſunt. Geomantæ ſibi perſuadent in has figuras, dum formantur ab artifice, illabi, & influere vim aliquam cœleſtem, & ad prædictionem futurorum magnam

ener-

energiam tribuere. Figurarum nomina sunt hæc. *Acquisitio, Amissio, Lætitia, Tristitia, Fortuna major, Fortuna minor, Conjunctio, Carcer, Albus, Rubus, Puella, Puer, Populus, Via, Caput, & Cauda.* Ex his mirifica struunt, varia machinantur, & stabiliunt.

Aëromantia fit in aëre; in quo Dæmon invocatus varias spectrorum figuras efformat, quæ requisita denunciant. *Aëromantia.*

Onomatomantia, & *Arithmomantia* versantur circa nomina & numeros. Accõmodant enim certos numeros certis astris, & ex iis vaticinia eliciunt: ut unitatem Leoni, binarium Aquario, ternarium Capricorno, quaternarium Sagittario, quinarium Cancro, senarium Tauro, septenarium Arieti, octonarium Libræ, novenarium Scorpio, denarium Virgini, undenarium Piscibus, duodenarium Geminis. Accommodant item unitatem Soli, Binarium & Quaternionem Mercurio. Senionem Veneri, Octonarium Saturno, & novenarium Marti. Et hæc Divinatio Arithmetica ex doctrina Pythagoreorum emanavit. Hi enim numeris vim Divinam, & præsagam inesse censuerunt: sicut Dei nomen esse numerum infinitum, inscrutabilem, & inenarrabilem, constantem ex Sacrosancto quaternione: cujus principium est 1.2.3.4. qui efficiunt 10. Rursus denarius iste per quaternionem multiplicatus 10.20.30.40. efficiunt 100. atque iterùm 100.200.300.400. efficiunt 1000. rursùm 1000. 2000. 3000. 4000. faciunt 10000. & 10000. 20000. 30000. 40000. complent millionem: ita quoque in infinitum multiplicatus iste quaternarius, quod mens hominis capere & judicare non potest ineffabile summi Dei nomen continet. In nominum Divinatione alia est ratio, si quærant de futuris nuptiis, de liberorum numero, vel sexu, maris & fœminæ nomen conjungunt, vocales simul adaptant, & cum vocalibus consonantes numerales segregant, & inde vaticinium colligunt. Quod fit etiam per anagrammatismum. Tantùm in his insudant, tantùm machinantur, & sese macerant ingenioſi hi Divini, ut cùm omnia texuerint, & ratiocinati sint, ex mera vanitate nihil nisi nudum mendacium extricent. *Onomatomantia & Arithmomantia,* *Nomen Dei numerale secundùm Pythagoreos.*

Tephranomantia fit in cineribus sub dio & aperto cœlo dispositis: in quibus radio, vel virgâ describitur res, de quâ Divinandum est. Et quæ literæ admisso vento integræ & non dissipatæ vel deletæ remanent, quæsitæ rei eventum significant. *Tephranomantia.*

Botanomantia sive *Sycomantia* est quando sub aperto cœlo folia Salviæ, vel ficus ordine disponuntur; in quibus nomina eórum descripta sunt, de quibus fit quæstio. Vento flante discutiuntur & invertuntur folia, vel alio loco substituuntur; quæ remanent post verba Magica pronunciata (nam in omnibus his Divinationibus aliqua sunt pronuncianda, alioqui Divinatio non succederet,) Divinationis occasionem, & certitudinem præbent. *Botonomantia.*

Cromnyomantia potest ad superiorem referri, fit per cepas altari impositas, dum sacra nocturna fiunt in vigilia Natalis CHRISTI. His enim nomina eorum inscribuntur, de quibus inquirendum est: Et quæ cepa prima germinat, prodit eum, cujus nomen scriptum continet. Puellæ ut plurimùm hac Mantia utuntur, ut per eam cognoscant, quem ex amatoribus procis habituræ sint maritum. *Cromnyomantia.*

Cleromantia redditur per sortes sive Homericas, sive Vergilianas, quæ olim magno in usu fuerunt non solùm inter Ethnicos, verùm etiam inter primitivæ Ecclesiæ Christianos: quorum superstitionem necesse fuit refrænare excommunicatione. Et hæc censura in hodiernum usque diem perdurat in omnibus Ecclesiis. *Cleromantia.*

Neque hic decipiantur ii, qui *Sacrilegos* dicant esse Veneficos; quos Galli vocant *Sorciers* & *Sorcieres*: crimen ipsum Sortilegium satis per se testatur referri debere ad eos qui Sortes legunt: Neque refert si eventus sæpè verisunt: Diabolus qui hujus curiositatis auctor est, permittente Deo, in effectum

perducit Divinationem, ut decipiat, & perdat etiam nihil tale cogitantes. Vidi ego virum nobilem, qui dolo cujusdam Matronæ inimicitias concitaverat alterius, à quo ferè interemptus est: dum auctorem simultatis per sortes inquireret, invenit:

Caussa mali tanti conjux iterum hospita.

Erant enim Basileæ, quò se receperant tempore bellorum civilium, quibus Gallia tot annis flagravit.

Per easdem sortes Matrona illustris & pia inquirens quid duobus filiis accideret in profectione quam suscipiebant; Seniori natu versu novenario ad dextram hoc evenit.

Pars tibi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

Et revera paulò post Regi oblatus juvenis, non multum placuit, quod in causâ fuit cur ab aulâ se subduxerit.

Fratri ejus juniori sors cecidit ad lævam versu septimo, hoc modo:

Ostendent terris hunc tantùm fata, nec ultra
Esse sinent.

Hæc eadem sors data est *Adriano Imperatori* adoptaturo L. Verum successorem Imperii, qui biennio post datam sortem Altini mortuus est, relicto L. Verissimo adhuc infante. Possem recitare plurimas sortes, quæ rerum quæsitarum certissimos eventus prædixerunt, magnâ cum omnium audientium admiratione: & quia in iis nihil incantationis, nulla verba magica inserenda sunt, ideò à viris magnis, piis, & eruditis in usu sunt: sed quia *omnis sors à Deo petenda est*, præstat meo judicio, missas facere Homericas & Virgilianas, quæ à Patribus prohibitæ sunt.

Clidomantia. *Clidomantia* exercetur per clavem; quæ imposita primæ paginæ Euangelii S. Joannis arctissimè vinculo compressa, ita tamen ut pars postrema promineat, cui inseruntur digiti eorum, qui de aliquâ re inquirunt. Tum pronunciatis quibusdam verbis, & expresso nomine ejus, de quo fit quæstio, si nomen efferatur innocentis suspecti, clavis immota manet. Si nocens sit, clavis violenter per se invertitur resoluto loro, quo liber vinctus est.

Sideromantia. *Sideromantia* fit ex ferro candente, cui paleæ impari numero injiciuntur: dumque cremantur, judicium sumitur de motu palearum, ex inflexione, figuris igneis, scintillatione flammarum, vel fumi gyris.

Molybdomantia. Ex plumbo quoque liquefacto vaticinia sumuntur, per formas & motũ plumbi, per globulos guttatim supernatantes pari vel impari numero; per subsidentiam guttarum, & ex fibris quæ inde emanant.

Ex punctis in tabulâ signatis, vel in lapide conversò ad lunam. Habent & mulieres Venetæ usum nescio quem jaciendi fabas: ex quarum lapsu agnoscunt, quos in suum pellicere possint amorem.

Ceromantia. *Ceromantia* ex cerâ liquefactâ vaticinia captat: cùm ejus guttæ excipiuntur Lebete aquâ pleno. Pronunciatis quibusdam verbis arcanis guttæ in fibras, filamenta, & quasi radices diversi generis porriguntur & extenduntur in superficie aquæ, vel junctim vel separatim, ex quarum positu, formâ, & numero conjecturæ de futuris sumuntur.

Oniromantia. *Oniromantia*, ex somniis elicitur: quando phantasmata inter dormiendum, vel visiones oculis, & imaginationi obversantur, ex quorum interpretatione de futuris judicatur. Extant hodie libri innumeri de somniis, sicut olim de iisdem scripsit Artemidorus, & alii. Sed quid certi ex iis desumi possit non video: cùm ex temperamentis seu affectionibus corporis totius, aut certarum partium, potissimùm cerebri eveniant: Nam de iis somniis quæ à Deo immittuntur, non loquor. Sed ejusmodi somnia vel nullis, vel paucis nostro tempore revelantur: nam ut plurimùm ea nobis in somnis occurrunt, quæ interdiu cogitavimus, aut egimus: ut apud Claudianum:

Somniorũ diversorum causa.

Omnis

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſylvas, & ſua luſtra redit:
Judicibus lites, aurigæ ſomnia currus:
Vanaq; nocturnis meta cavetur equis.

Idem quoque de ſe aſſerit Piſcator ad Theocritum:

Πᾶσι κύων ἄρτος μανθάνεται, ἰχθύα κ' ἠγών.
Somnia ſunt canibus panes: mihi ſomnia piſces.

Alia naſcuntur ab intrinſeco principio: ut, qui *flava bile* redundant, ſomniant de volatu, de incendiis, de contentionibus & cædibus.

Sanguinei temperamenti verſantur in ſomnis inter convivia, ludos, amores, choreas, & hujuſmodi exercitationes lætas & jucundas. *Melancholici* tenebras, vagationes per loca ſolitaria, apparitiones mortuorum, nocturna ſpectra & metûs plena. *Phlegmatici* de aquis, inundationibus, præcipitiis, balneis, navigationibus, de oneribus gravantibus corpus, aut impedientibus inceſſum: famelici cibos ſemper vident & appetunt; ſitientes affatim bibunt. Pueri nugas, adoleſcentes ludos & exercitia, viri literati libros, Mercatores merces tractant, pecuniam numerant: & ita de reliquis.

Nulla eſt ætas, nullus ſexus, nulla vitæ conditio, ſive domi ſive foris, pacis aut militiæ tempore, quæ ſua non habeat ſomnia peculiaria inter dormiendum correſpondentia actionibus, quibus interdiu vacaverit.

De his egregiè Plato diſſerit Politicorum nono: quæ Cicero ita interpretatur. *Videtis*, inquit, *quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Dicit enim: Cùm dormientibus ea pars animi, quæ mentis, & rationis particeps ſit, ſopita langueat: Illa autem in quâ feritas quædam ſit, atq; agreſtis immanitas, cùm ſit immoderato obſtupefacta potu, atque paſtu, exultare eam in ſomno, immoderateq; jactari. Itaque hinc omnia viſa objiciuntur à mente, & ratione vacuâ, ut aut cum matre corpus miſcere videamur, aut cum quovis alio homine, vel Deo, ſæpè beluâ: atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari; multaq; facere impurè, atq; tetrè, cum temeritate atq; impudentiâ. At qui moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit, eâ parte animi, quæ mentis & conſilii eſt, agitatâ atque erectâ, ſaturataq; bonarum cogitationum epulis; eâque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopiâ enecta, nec ſatietate affluente, quorum utrumq; præſtringere aciem mentis ſolet, ſive deeſt naturæ quippiam, ſive abundat atq; affluit: illâ etiam tertiâ parte animi, in quâ irarum exiſtit ardor, ſedatâ atque reſtinctâ; tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compreſſis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum, acremq; præbeat: tum & viſa quietis occurrunt tranquilla, atq; veracia.* Plato de ſomnio.

Sunt certè ſomnia quædam divinitùs immiſſa, quæ non de levibus rebus & nugacibus indicia præbent, ſed de rebus magnis, & ſcitu neceſſariis: ut *Jacob* vidit in ſomnis ſcalam, per quam deſcendebant & aſcendebant angeli è cœlo. *Pincerna* & *Piſtor Pharaonis* in vincula conjecti ſomniant de corvis rapientibus panes, & de expreſſione uvarum. Quod Joſephus interpretatus eſt: ſicut & paulò poſt ſomnium Regis de vaccis macilentis, quæ obeſas devoraverant. Et Nabuchodonoſoris viſionem in ſomniis explicavit Daniel. Gen 28. 12. Gen. 40. 5. &c. Gen 41. 16. Dan. 4. 19.

Fuerunt & quædam ſomnia inter Ethnicos, quæ prædixerunt futura. Ut filia Polycratis Samii illius felicis dormiens vidit patrem ſublimem evectum in aëre, quem Juppiter abluebat, & Sol inungebat: Accidit poſtea ut Orontes præfectus Sardibus, (quo tempore Magi tenebant Imperium) eum dolo interceptum cruci affixerit: cujus corpus ardore ſolis toſtum adipe liquefactâ diffluxerit, & pluviæ id abluerint. *Strabo lib.* 14.

Aſtyages filiam Mandanem ſomniavit minxiſſe tam diffusè, ut ejus urina in-

undarit totam Asiam: & ex ejus muliebribus enatam vitem, quæ Asiam inumbrarit: Nimirum annuebat hoc somnium ex Mandane nasciturum Cyrum, qui Medorum regno Persicum & totius Asiæ conjungeret. *Xenophon.*

Crœsus Lydorum Rex Atyn filium primogenitum, quem regni successorem destinaverat, somniavit sibi ferro ereptum: cui rei dum omni diligentiâ providet, in venatu apri devastantis Olympi culta ab Adrasto lanceâ ictus, dum in feram eam vibraret, periit: *Herodotus lib. 1. & Val. Max. lib. 1. cap. 7.*

Ephorus unus Lacedæmoniorum in fano Pasiphaës dormiens somniavit, quatuor sellas Ephororum, ubi jus dicebant, sublatas, & unam substitutam. Quod significabat Ephoris interfectis, Cleomenem Leonidæ filium rempublicam ad æqualitatem reducturum. *Plutarchus in Cleomene.*

C. Julius Cæsar paulò antequam à Cassio, & conspiratis trucidaretur, visus est sibi supra nubes deferri, & cum Jove dextram jungere. Et Calpurnia ejus uxor dormiens visa est sibi, maritum gremio fovere transfossum. *Plutarchus in Cæsare.*

Antoninus Caracalla, dum quiesceret in lectulo, vidit Severum patrem suum exerto gladio mortem minitari: neque ita multò post à Martiale Tribuno transfossus est. *Dion. in ejus vita.*

His similia exempla nobis proponunt infinita historiæ, quæ ex auctoribus petere satius est: Ea brevitatis gratia omittemus.

Alphitomantia.

Alphitomantia conjecturas & vaticinia sumit ex farina farris vel hordei: hujus exemplum mihi narravit vir clarissimus Petrus Lepidus Procurator regius. Puella nobilis anxia quem ex Procis esset habitura maritum, consuluit anum Divinam, quæ illi tale dedit consilium, ut mendicaret ab aliquo solidum unum, quo farinam emeret hordeaceam, & ex eâ pinseret panem, ex cujus subactione efformaret scalam septem graduum: quâ efformatam & verbis magicis consecratam sub pulvinari lectuli ubi dormiebat reposuit: atque obdormiens somniavit se videre procum, cujus conjugium maximè appetebat, scalam conscendere, & è tertio gradu lapsum sibi cervicem frangere; subsecutum alium, quem non amabat, & septimum gradum superasse, & ad eius cubile perveniisse. Atqui contigit non multò post, ut is quem unicè amabat ad eam petendam celeribus equis contendens, in via lapsus sibi collum fregerit: alter verò jussu parentum illi invitæ matrimonio fuerit junctus; quod infaustum & infelix fuit.

Physiognomia.

Physiognomia ex lineamentis faciei & signis oculorum docet inclinationes animæ ad diversas passiones; ex quibus Physicus colligit futuros eventus. Nam ut oculi dicuntur animi fenestræ, passiones internas facilè produnt. Ad Physiognomiam referri debet *Metopomantia* vel *Metoposcopia*, quæ ex lineamentis frontis vaticinatur.

Chiromantia.

Chiromantia ex manuum compositione suas elicit conejcturas. In hac arte considerantur montes digitorum pollicis, indicis & aliorum, cum eorum planetis & lineis: quarum præcipuæ sunt Vitalis, Naturalis, Hepatica, & Mensalis: aliæ minores sunt perfectæ vel imperfectæ, crassæ aut subtiles, apparentes aut confusæ, continuæ, interruptæ, integræ, interscissæ, rectæ, tortuosæ, profundæ, superficiales, divisæ, bifurcatæ, ramosæ, punctuatæ, circulares, semicirculares, stellatæ, decussatæ, coniunctæ, parallelæ. Est & angulus dexter, & lævus, triangulus, & quadrangulus: Tres nodi linearum Saturninæ, tres lacteæ, tres solaris, & totidem Mercurialis, cum cingulo Veneris, in hac & aliis ejusmodi observationibus.

Chiromantæ celebriores.

In hac arte Chiromantica magni viri sese exercuerunt: *Hermes Trismegistus, Pythagoras, Zopyrus, Helenus, Archindus, Pharaotes, Zaala, Alsarabius, Maternus, Philemon, Julianus, Constantinus*, & alii plurimi *Philosophi* & *Astronimi* antiqui. Inter recentiores *Petrus Aponitanus, Albertus Magnus, Michaël Scotus, Bartolo-*

tolomæus Cocles, *Antonius Cermiſon*, *Petrus dell' Arca*, *Andreas Corvus*, *Tircaſſus Mantuanus*, *Joannes de Indagine* & alii. Nunc vulgò contemptui habetur, tanquam res nugis plena, & impoſturis referta, cujus ſtudium proprium, & peculiare relinquitur mulierculis; & illis erronibus Cingaris, qui vagabundi totum orbem terrarum tranſcurrunt, cùm nullas habeant certas ſedes ubi morentur, aut domicilia figant. Licèt Raphaël Mapheus Volaterranus ſcribat illos originem ducere à *Chus*, filio Cameſis, filii Noæ: cujus poſteritas loca tenuit, inter Ægyptum & Æthiopiam. Qui tamen Ægyptum hodie frequentant, aſſerunt illos non minùs eſſe peregrinos in Ægypto, quàm in reliquis Europæ partibus. *Errones Cingari.*

Sternomantia his addi poteſt & *Gaſtromantia*: quæ Diabolica eſt Divinatio: quando Spiritus & Dæmones incluſi pectore vel ventre alicujus, maximè Pythiarum, tenui voce non per os, & labra poſſeſſorum, ſed per ſeipſos loquuntur voce diſtinctâ, prædicuntque futura. *De his Vierus lib.2.cap.1.* *Sternomãtia.*

Orneomantia ex avibus ſumebatur, quæ ſunt vel *præpetes*, vel *oſcines*. Hæ cantu, illæ volatu vaticinia præbebant, aliæ geſtu futura ſignificabant: nempe ex tripudio ſoliſtimo: quando offa vel cibus pullis exhibitus certo modo caderet in ſolum: Et cùm ex Augurum decreto omnis avis tripudium facere poſſet, inter eas tamen primum locum obtinuerunt *pulli Melici* & *Chalcidici*: quibus ſi offa porrigeretur, eamque voraciter depaſcerent, ita ut illis veſcentibus fruſta ab ore deciderent, & terram pavirent, id eſt ferirent, quod tripudium faceret ſoliſtimum, quia in ſolum caderet aliquid poſt tripudium, quod ſolipavium vel terripavium dicebatur, fortunatum præſagiebat eventum. *Alexander de Alexandro lib.1.cap.23. & 29.* de hoc poſtea fuſiùs. *Orneomãtia.*

Hæc ars *Mantica* non ſolùm ex iis, quæ ſupradicta ſunt, olim ſumebatur, & hodie uſurpatur, ſed ex aliis diverſis rebus: Neque ulla eſt natio, aut populus, qui non habeat peculiare aliquid, unde futurorum prædictiones eliciat. Notum eſt omnibus id, quod plurimi agunt 24. Junii, qui incidit in Vigiliâ S. Joannis, dum jejunio novendiali quidam præſtigiis Satanæ faſcinati, ſe præparant ad eam noctem, ut ſemen *filicis* legant. Cùm hæc herba una ſit earum, quæ neque flores, neque ſemen habeat, ſed propagetur ex ſua radice; miſeris tamen hominibus ita illudit Diabolus, ut mediâ nocte motis fulminibus, & horrendis tempeſtatibus, ipſe plerumque appareat, figuram aſſumens monſtroſam, ut magis terreat faſcinatos, qui ſe exorciſmis diris, circulis, characteribuſque circa ſe in terrâ deſignatis tutari credunt, & ab ipſo Dæmonis impetu defendi. Strato interim novo mantili ex cannabe texto ſub filice (quam dicunt unâ horâ florere & ſemen maturum dare) hoc excipiunt certis precibus & verbis ordine pronunciatis, involutumque ſerico puniceo, vel membranâ Virgine accuratè cuſtodiunt ad Divinationes per ſomnia nocturna. Uſque adeò Diabolus mendax, & omnis impoſturæ artifex malitioſus ſua mancipia cum efficacia deludit! Et hoc ſemen ſuppoſititium non tantùm ad vaticinia conducere creditur, ſed etiam fabulam impietati adjungunt: aſſeruntque ſi crumenæ (cui incluſum hoc ſemen filicis ſervant) nummos aureos vel argenteos ſub noctem immiſeris, poſterâ die numerum eorum duplicatum invenies. Quod ſi eventus te fefellerit, reſpondebunt impoſtores magi, te fidei defectu laborare, vel aliquo crimine pollutum, & à Deo alienatum: uſque adeò imponi nobis permittimus! *Deſilica.*

Idem quoque fabulantur de radice *Mandragoræ*: quam mulierculæ, & imperitum Gallorum vulgus *Mandagloire* vocitat; & hæc quoque ad multiplicandos nummos conducit, Divinationique, conciliandis amoribus, dandis, ut ajunt, malis noctibus, & aliis ejuſmodi impiis, & abominandis uſibus, quibus hoſtis atrox humani generis præſidet. Nam non eſt dubiũ Diabolum (qui, à Dei conditoris gratiâ, ſuâ culpâ exciderit) vim mirã & efficacem non amiſiſſe, ſed multa præſtare mirãda, *Mandragora.*

&

& ſein Angelum lucis nonnunquam transformare, ut homines decipiat. Ideò vim quandam & virtutem iſti radici præſtare, quâ homines obtinent plurima, & efficiunt bonam partem eorum, quæ conantur. Utque hæc radix has proprietates habeat, oportet eam certis ceremoniis erui: neque radicem eſſe fatentur, ſed puerum viventem, extractum è profundo telluris ſub patibulis. Hoc modo: Præparant ſe per aliquot dies jejuniis, aſperſione luſtralis aquæ, & obmurmuratis certo numero precibus: poſtea conſecratas ſecundo die Februarii, die Purificationis cereos accendunt, & ad patibula ſuſpenſorum die Sabbathi ſub noctem ſe conferunt: ſcrobem profundam effodiunt ligone, donec tantum profunditatis ferè attigerint, quantum intervallum judicatur eſſe à ſuperficie terræ, uſque ad caput patibulo ſuſpenſi, vel rotæ impoſiti: cumque foſſor exiſtimat ſe proximè veniſſe ad locum, ubi res quæſita latere dicitur, adhibet canem priùs edoctum terram fodere, quem immittit in ſcrobem aſperſam ſanguine proprio, decocto murum & veſpertilionum, aliarumque herbarum ad hoc opus conducentium: ut canis eo odore magis incitetur ad ſcalpendam humum: oportet interim eum, qui talia procurat, obturatis favo recenti, vel cerâ ſacrâ auribus procul aufugere. Quia ſub terrâ exiſtimant latere monſtrum vivens formâ infantuli vivi & nigri, qui ad aſpectum lucis vocem emittit acutam: hanc quicunque audit, aut ſubitò exanimatur, aut rabie malâ corripitur. Hujus argutæ vocis indicium facit canis latratus lethifer, & circumvolutio per multos gyros donec expirârit: quo perſpecto foſſor ſine periculo ad ſcrobem accedit, monſtrum hoc vivens extollit, multis priùs recitatis precibus, & crebrò ſigno crucis admoto fronti & pectori. His ceremoniis erutum portentum, (quod Diabolus perſuadet generatum ex ſacro Chriſmate, quod is qui eſt ſupplicio affectus accepit in baptiſmate) domum deferunt involutum lineo ſtrophio mundo, illum veſtibus amiciunt, cibis & potu fovent: non ſecus ac ſi infans eſſet ſive mas ſive fœmina: Quia impoſtores iſti Magi ad pecuniam emungendam ita præparant Mandragoræ radicem in formam infantuli ſemicubitalis, ut alterutrum ſexum deſignent. Et effodiendo ſcrobem in eam conjiciunt hoc effictum ſimulachrum (quod quia ſine vitâ & ſenſu invenitur; non poteſt animal vivum ex radice fieri) non deſinunt religioſè id tollere, & quod à vivo non potuerunt, id à mortuo extorquere. Quòd ſi mandragoræ radix deſit, ſtatuam hanc effingunt ex radice Brioniæ: id quod ego vidi Patavii apud quendam Pharmacopolam: & utriuſque radicis eædem ſunt vires & efficacia, Diabolo omnia perficiente, & procurante omnia, quæ ad miſerorum hominum ruinam & perditionem faciunt: Nam certum eſt perſæpe in ejuſmodi rebus accidere mirandos effectus, & omnem fidem ſuperantes.

DE

DE MAGIA
& MAGICIS PRÆSTIGIIS & IMPOSTURIS.

CAPUT I.

MAGI ſecundùm Porphyrium & Apulejum, vel *Maguſci* ſecundùm Suidam, idem ſignificant quod Sacerdotes, Sapientes, vel Philoſophi: Ii namque à Græcis Sophiſtæ, ab Italis Sapientes, ab Æthiopibus Gymnoſophiſtæ, ab Indis Brachmanæ, ab Ægyptiis Sacerdotes, à Cabaliſtis Prophetæ, à Gallis Bardi & Druydæ, & Semnothei, ab Aſſyriis Chaldæi vocati ſunt.

Magi primi apud Indos originem traxiſſe crediti ſunt à poſteris Abrahami, qui illi ex concubinis nati erant. Hi acceptis à parente donis ad Indos ſeceſſerunt, ubi in hodiernum uſque diem vivere poſteritas eorum creditur in Provinciâ Maabas, margaritarum capturâ celebri. Et ii cetos maximos incantationibus effaſcinant, ne cui nocere poſſint. Noctu verò eos relaxant, ne furibus & pyratis latrocinandi detur occaſio. Lege de iis *M. Paulum Venetum lib. 3. rerum Orientalium cap.* 23.

Ex horum numero fuerunt tres illi *Magi*, quos ex oriente veniſſe Bethlehemum ad adorandum Chriſtum natum, produnt Sacræ literæ. Cujus adventum ex Prophetiis præſciverant, ideò per ſtellam ducti ſunt in Palæſtinam. Conſtat eos olim vixiſſe ſummâ in ſimplicitate, & integritate vitæ, abſtinentiaque mirabili: utpote qui nihil præter farinam, & olera agreſtia comedebant: *ut refert Cælius Rhodiginus lib.* 13. *lectionum antiquarum, cap.* 25. Vitam hanc hominis quendam vivum eſſe conceptum dicebant, mortem verò nativitatem ad veram & felicem vitam, iis qui rectè Philoſophati eſſent: idcirco multa exercitatione uſi ſunt, ut ſe ad mortem præpararent, *teſte Strabone lib.* 15. contemnentes omnem luxum, & ſuperfluos bonorum terreſtrium uſus: contenti iis, quæ à naturâ præbentur ad hanc vitam conſervandam: dantes aſſiduam operam Philoſophiæ, & ſtudio Aſtrologiæ, cognitionique creaturarum Dei.

Magiæ ſpecies prima, eſt ſumma, perfecta, & conſummata cognitio Philoſophiæ naturalis, in ſuis operibus miraculoſis adjuta à notitiâ intrinſeca, & occulta rerum notitia: quæ adplicata ſubjecto convenienti, parturit miracula in rerum natura. Unde Magi tanquam diligentiſſimi Naturæ exploratores, cognoſcentes ea quæ à natura præparata ſunt, & tempeſtivè activa cum paſſivis convenienter adplicantes, ſæpius ante ſtatutum tempus, & à Natura ordinatum, producunt effe-

ctus, qui vulgo miracula judicantur, cùm ſint opera Naturæ; neque interveniat aliud aliquid, quàm anticipatio temporis. Ut ſi quis roſas florere faciat menſe Decembri, frondere arbores Januario, matureſcere uvas Majo, movere pluvias in aëre, vel tonitrua, proponere videnda animalia diverſi generis: *ut docet Joan. Baptiſta Porta Neapolitanus libro ſecundo de Magia naturali*, ubi infinita traduntur miraculoſa in Naturâ. Idem quoque facit *Rogerius Bacconius*. *Julius Camillus* homo fide dignus aſſerit ab amico ſuo per allembicum formatum fuiſſe infantem, cui vitam aliquot horarum tribuit. Res mira, ſi vera ſit. Sed quæ iſti tradunt, referta ſunt multâ vanitate, & mendaciis: & fortaſſe profana, & impia cenſeri debent, atque à Chriſtianâ traditione aliena: cùm præſtigiis plena ſint, & illuſionibus Diabolicis: quibus adplicantur vapores, perfumigia, luminaria, cerei, ligamenta, ſuſpenſiones annulorum, imagines, ſpecula, medicamenta, & ſimilia inſtrumenta Magica; de quibus *Jamblichus* ait: *Res quæ à præſtigiatis videntur, non habent eſſentiam in actione, ſed tantùm imaginationem.* Quia finis hujus Magiæ non eſt, ut ſimpliciter res fiat, ſed ſimilitudinem rerum oculis proponat. Quod fecerunt olim *Numa Pompilius*, *Pythagoras*, *Hermes*, *Belenus*, *Nymphodorus tantùm à Duri commendatus*, & *Diophytis Locrus à Phanedemo*, *Scymmus Tarentius*, *Philiſtides Syracuſanus*; *Heraclius Mitylenæus*, præſtigiatores excellentes. Neque abſimiles judicari debent *Zamolxis Thrax*, *Zoroaſtres Oromaſi* filius apud Perſas & Bactrianos, *Budas* apud Babylonios, *Hyarchas Brachmana* apud Indos, *Theſpion* Gymnoſophiſta apud Æthiopas; *Cratiſthenes*, & alii, ut *Bocus*, *Zenotenus*, *Almadel*, *Thetel*, *Archindus*, *Ptolemæus*, *Geber*, *Zaël*, *Nazabatub*, *Thebith*, *Berich*, *Oſias Chaldæus*, *Aſtophanes*, *Hipparchus*, *Alcmæon*, *Eudoxus*, *Plotinus*, *Edeſius*, *Sopater*, *Euſtathius*, *Proclus*, *Jamblichus*, quorum omnia ferè opera interierunt. Inter recentiores ab aliquibus recitantur *Albertus Magnus*, *Raimondus Lullius*, *Roggerius Bacconus*, *Arnoldus de Villa nova*, *Petrus de Albano*, *Antonius de Fantis*, *Lucas Thronus Venetus*, & *Scotus Placentinus*, *Bartholomæus Cocles*, *Antiochus Tibertus*, *Gerebertus Rhemenſis*, & alii.

Infans vivus arte Magicâ factus.

Præſtigiatores excellentes.

Architas, olim fabricaſſe columbam dicitur, quæ ſuâ ſponte volabat: cujus mentionem facit *Favorinus Philoſophus in A. Gellio.* Statua Mercurii articulatâ voce locuta perhibetur. *Franciſcus Georgius lib. de Harmoniâ mundi teſtatur* Albertum Magnum conflaſſe caput aheneum, quod vocem diſtinctis & intelligibilibus verbis protulerit.

Magiam hanc *Naturalem* multi admittunt, tanquam ſcientiam ſecretorum Naturæ: quæ non niſi viris piis, bonis, & eruditis à Deo conceditur. Sed hi viderint quibus rationibus ſuam aſſertionem tueantur. Curioſa ſunt hæc, & non neceſſaria: quæque ſectatorem paulatim, & per gradus inducunt ad pejora: in quę ſi quis ſeſe vel modicè intruſerit, cùm volet, illi inde pedem referre non licebit. Videtur tamen hæc non improbare *Origenes*, *tractatu 5. ſuper Matth.* ubi ait: *Ars Magica non mihi videtur alicujus rei ſubſiſtentis vocabulum: Sed & ſi ſit, non eſt operis mali, nec quod haberi poſſit contemptui.* Cujus opinionem amariſſimè reprehendit *Theophilus Alexandrinus libro ſecundo Paſchal.* qui Origenis fuit inimicus acerbiſſimus. Idem *Origenes* 23. *Homilia ſuper Numer.* de Magia Naturali loquitur, eam diſtinguens à Dæmoniacâ, fallaci, & impiâ, quam damnat & improbat: quâ uſus fuiſſe dicitur *Apollonius Tyaneus*: licèt alii Naturalis tantùm Magiæ ſcientiam exercuiſſe aſſerant: *de quâ Philo Hebræus lib. de legibus* ita ſcribit: *Veram Magiam, hoc eſt perſpectivam ſcientiam, per quam opera Naturæ clariùs cernuntur, ut honeſtam expetendamq; non plebeji tantùm, ſed etiam Reges Regum maximi, præſertim Perſici tam curioſi harum ſunt artium, ut regnare non liceat, niſi familiariter verſato cum Magis.*

Magia Naturalis.

Magia inventum eſt Chaldæorum, Perſarum, & Ægyptiorum. Cujus auctorem primũ fuiſſe dicunt *Zoroaſtrem* Bactrianorum regem, Oromaſi filium, ſecundũ *Plinium lib.* 30. *cap.* 1. Et is Nini Aſſyriorum regis tempore vixiſſe perhibetur, ante bellum Trojanum quadringentis & ultrà annis. *Suidas* ſcribit: illum reliquiſſe libros

A quibus inventa ſit Magia.

bros quatuor *de rerum Naturâ, de lapidibus preciosis librum unum*, & alium *de Astrologiâ. Plinius lib. 7. cap.* 16. narrat, *eum eodem quo natus est die risisse; cùm reliqui omnes homines risum differant ad sexagesimum secundum diem.* Neque desunt qui *Zoroastrem* asserant fuisse *Cameſem* Noæ Ogygis prisci filium, qui artem Magicam ante diluvium didicerat: ideò patri ebrio illusisse, viriliaque ejus contractando incantatione detestandâ reddidisse sterilem, ne postea gignere posset: propter quam causam à patre Noâ expulsus ad Ægyptios fugit, ubi homines impiis traditionibus corrupit: atque inde extorris in Italiam trajecit, Aborigenumque animos ita pervertit, ut nihil intentatum, aut inausum relinquerent: postremò se ad Bactrianos recepit, quibus imperavit.

De hac Naturali Magiâ mira tractantur in libro qui *Arbatel* inscribitur. Is continet tomos novem *Aphorismorum* septies septenorum: Primus dicitur *Isagoge*, seu liber institutionum Magiæ.

Secundus vocatur *Microcosmica Magia*, quæ operatur per Spiritus, sive Genios à nativitate homini attributos. *Arbatel tractatus Magicus.*

Tertius dicitur *Olympica Magia:* quæ docet, quomodo per Spiritus Olympi agat & patiatur homo.

Quartus est *Magia Hesiodica & Homerica*, quæ operatur per eos Spiritus, qui *Cacodæmones* nominantur.

Quintus est *Romana*, sive *Sibyllina Magia*; quæ agit per Spiritus tutelares, & dominos, quibus distributus est terrarum orbis:

Sextus est *Pythagorica doctrina*; quæ tantùm agit cum Spiritibus, qui docent *Physicam, Mathematicam*, & *Alchimiam.*

Septimus est *Apollonii*; quæ continet *Microcosmicam* & *Romanam Magiam:* peculiare tamen habet, quòd potestatem nacta sit super Spiritus humano generi adversantes.

Octavus est *Hermetica* sive *Ægyptia*; quæ non multùm differt à Divinâ Magiâ. Ea producit in medium Deos omnis generis, qui in templis habitant.

Nona est omnium excellentissima dicta *Prophetica Sapientia*; quæ ex solo verbo Dei dependet.

Monstrosa sunt planè quæ in hoc libro continentur: & mirum est inveniri hodie homines doctos, & qui pietatem sequi se profitentur, qui harum nugarum, vel ut meliùs dicam, impietatis sectatores sint: quique se trahi & agitari patiantur à Satanâ, qui tam cautè *se in Angelum lucis transformat*, ut homines seducat & in perditionem attrahat. Tam bellè, tam artificiosè suas imposturas tradit, ut videantur Dei summi mandato contineri: easque non nisi piis, castis, & religiosis hominibus committi. Quòd si in ejusmodi traditionibus non semper arti respondeat eventus, statim objicit Diabolus, Magum aliquo peccato irretitum, & alienatum à Spiritibus illis cœlestibus, qui non nisi sanctificatis se communicant, doctis, & intelligentibus secreta Naturæ. Ideò *Joan. Baptista Porta lib. 1. cap. 2.* ait: *Jure quidem primùm, qui tantâ debet majestate pollere, exactum & consummatum in Philosophiâ, rerumq; Naturæ disertissimum optarem. Causas enim, principia, & rerum elementa rimatur, mirificas earum dotes depromit, mutuum elementorum nexum, combinationem, unde mixtorum scaturigo & interitus, meteoriam, maris æstus, cæcos motus terram concutientes, animantium quadrupedum videlicet, aërivagorum, aquatilium, & omnium vitâ fruentium, & metallorum naturas, loca, & nomina: in quibus oportet multùm versatum esse: Neque enim id artifici inconvenientiùs, quàm instrumenta ignorare, quibus operatur. Medicinæ quoque non ignarum esse decet: & mathematicas disciplinas noviſſe: & Opticam facultatem illum tenere necesse est: ut oculos subinde fallat, visiones in aquis, procul, in speculis, in orbem conglobatis, concavis, extensis, diverseq; efformatis: & qui hæc ignorarit penitus hinc secludendus est: nec Magum quempiam existimandum nisi disciplinis his insigniatur. Nam si inscius fallitur, arti non vitio vertat, sed suam culpet inscitiam.* Lege plura a- *Qualem esse oporteat Magiæ studiosum.*

pud eundem ubi docet, qualem oporteat esse Magiæ studiosum. Quàm speciosa tractatio & institutio, quàm egregio palliata prætextu! Sed audi quid addat liber Arbatel.

In septenario tertio, Aphorismo 15. *tradit: Spiritus Olympi eos esse, qui in Firmamento, & Astris habitant. Quorum officium est fata decernere, & fatales casus administrare. Hoc eorum quislibet agit & docet, quod ejus astrum, cui addictus est, portenderit. Quia solus Deus illis dat posse & efficere.*

Septem Gubernatores Olympi.

Ejusdem septenarii Aphorismo 16. *ait:* septem *esse* Gubernatores, *seu officiorum differentias* Olympi: *per quos Deus voluit omnem mundi machinam administrari. Horum astra visibilia his nominibus nuncupantur* Arathron, Bethor, Phaleg, Och, Hagith, Ophiel & Phul. *Et horum quislibet habet sub se militiam firmamenti multiplicem.*

Arathron *præest provinciis visibilibus quadraginta novem.* Bethor *triginta duabus.* Phaleg *triginta quinque.* Och *viginti octo.* Hagith *viginti uni:* Ophiel *quatuordecim.* Phul *septem. Hoc modo in universum, provinciæ Olympi erunt centum octoginta sex: quæ gubernantur ab his septem Principibus sive Gubernatoribus: qui ad colloquia accersuntur certis diebus & horis.* Arathron *in Sabbatho horâ primâ diei: & dat responsa de suis provinciis & provincialibus. Quilibet enim præest annis quadringentis & nonaginta. Principium anomaliæ simplicis Anno* 60. *ante Christum natum est principium administrationis* Bethor: *& duravit ad annum Christi* 430. *Cui successit* Phaleg *usque ad annum* 920. *Deinde* Og *ad annum* 1410. *Secutus est* Hagith, *cujus potestas hodie viget usque ad annum salutis* 1900.

Septem hæ potestates sive Principes Magicè evocantur simpliciter eo tempore, die, & horis, quibus præsunt visibiliter, aut invisibiliter. Per sua nomina & officia, quæ Deus illis dedit, proposito ejus charactere, quem vel confirmarint, vel ipsi dederint.

Arathron.

Arathron *habet in sua potestate ea quæ in Astronomiâ Gratiæ Saturninis viribus adscribuntur. Quæ verò voluntate liberâ facit, sunt hæc:* Primò: *Quævis potest in lapidem convertere, etiam momento, veluti animal aut plantam retinentem eadem objecta visus.*

Secundò *convertit thesauros in carbones, & contra carbones in thesauros.*

Tertiò, *dat familiares Spiritus cum definita potestate.*

Quartò, *docet Alchimiam, Physicam, & Magiam.*

Quintò, *conciliat homini Pygmæos, homines pilosos.*

Sextò, *facit invisibilem.*

Septimò, *infœcundum reddit fœcundum, & donat longævitatem.*

Character est ejusmodi.

NB. Ordo horum Characterum incuriâ Sculptoris à sinistra ad dextram est inversus.



Bethor.

Habet sub se quadraginta novem reges, quadraginta duos Principes, triginta quinque Satrapas, viginti octo Duces, viginti unum ministros coram se stantes, quatuordecim familiares, septem nuncios. Imperat legionibus triginta sex millibus. Legio est numerus 490.

Bethor Jovi adscribitur. *Vocatus citò advenit. Quem suo charactere dignatur, ad maximas dignitates evehit: objicit thesauros, conciliat Spiritus aërios, qui vera dant responsa: de loco ad locum transportat quasvis res, lapides pretiosos, ac medicinas miraculosas docet cum suis effectibus. Dat etiam familiares Spiritus Firmamenti: & potest vitam hominis producere ad annos septingentos, si Deus volet.*

Ejus character.



Habet sub se quadraginta duos reges; triginta quinque Principes, viginti octo Duces:

viginti

viginti unum consiliarios. Quatuordecim Ministros; & septem Nuncios. Imperat 29000. legionibus spirituum cæli.

Phaleg *præest Marti: Pacis est Princeps. Cui tribuit suum characterem, hunc evehit ad summas dignitates in re bellicâ. Characteris ejus hæc est figura.* Phaleg.



Och *Solaribus præest: dat 600. annos cum firmâ valetudine. Largitur sapientiam: dat Spiritus præstantissimos: docet perfectam Medicinam: convertit omnia in aurum præstantissimum & purissimum, & lapides preciosos generat. Concedit aurum, & crumenam auro pullulantem. Habet sub se Legiones 36536. Solus administrat omnia. Illiq; inserviunt Spiritus per centurias. Quem suo charactere dignum duxerit, eum facit tanquam aliquod numen cæleste, coli à regibus, & principibus mundi. Characteris ejus hæc est figura.* Och.

Hagith *gubernat Venerea. Quem suo dignatur charactere, eum reddit formosissimum, gratiis & præcipuo decore ornatum: Cuprum momento convertit in aurum; & contra aurum in cuprum. Dat spiritus, qui fideliter inserviunt iis, quibus addicuntur. Habet sub se Legiones 4000. Spirituum obsequentissimorum. Singulisq; millenis præficit Reges statutis temporibus. Ejus character talis est.* Hagith.



Ophiel *est Gubernator Mercurialium: dat eloquentiam, & verba composita ad persuasionem: subtilem reddit animum, & promptum ad diversa fingenda: argentum vivum momento convertit in Lapidem Philosophicum. Spiritus ei subjecti accedunt ad Legionum centum millia: concedit facilimè Spiritus familiares aptos ad omne figmentum, & præstigias: Ejus character est ejusmodi.* Ophiel.



Phul *omnia metalla convertit in argentum dicto & facto. Gubernat lunaria: sanat hydropem: dat aqueos Spiritus, qui inserviunt homini, corporali, & visibili formâ. Producit vitam ad annos trecentos: Et hoc gaudet charactere.* Phul.



Secreta Magiæ *diversa sunt: inter quæ* præcipua *sunt hæc.* Primum *est curatio omnium morborum septem dierum spatio, vel per characteres, vel per naturalia, vel per superiores Spiritus.* Secundum *est posse producere vitam in longum tempus: & hoc primi Patres habuerunt ante & post diluvium.* Secreta Magiæ magnæ 7.

Tertium *est habere obedientiam creaturarum in Elementis, quæ sunt in formâ Spirituum personalium. Item Pygmæorum, Saganarum, Nympharum, Dryadum, & sylvaticorum hominum.*

Quartum, *posse colloqui cum intelligentiis omnium rerum visibilium & invisibilium; ac de quâvis re audire, & scire quid cui præsit, & conferat.*

Quintum, *seipsum posse gubernare ad finem à Deo sibi præfixum, & ad eum se præparare.*

Sextum, *nosse Deum, & Christum, ejusq; Spiritum Sanctum: illi Triadi Sacrosanctæ inservire, modo & ritu ab eâ ordinato: & hæc est perfectio Microcosmi.*

Septimum *est regenerari, & sanctificari perfectissimè: ut sit* Henoch *rex inferioris mundi.*

Secreta septem mediocria.

Alia sunt Magiæ secreta *septem, quæ* mediocria *dicuntur.*

Primum *est metallorum transmutatio, quæ vulgo Alchimia vocatur. Et hoc arcanum paucis peculiari gratiâ conceditur.*

2. *Est curatio morborum per metalla, aut per magnalia lapidum preciosorum, aut lapidis Philosophici.*

3. *Est posse præstare miracula Astronomica, & Mathematica, ut sunt machinæ Hydraulicæ: & administrare negotia pro cœli influxu.*

4. *Exhibere naturalia Magiæ opera.*

5. *Scire omnes Physicas propositiones & prævisiones.*

6. *Cognoscere ex fundamento omnes artes, quæ manibus exercentur, & corporis muniis.*

7. *Cognoscere omnes artes, quæ per Angelicam hominis naturam exerceri possunt.*

Secreta septem minora.

Secreta minora *etiam septem numerantur.*

Primum, *rem graviter facere, & multum pecuniæ corradere.*

2. *De humili statu ad dignitates, & honores ascendere: novamq; familiam fundare, quæ sit illustris, & res magnas gerat.*

3. *In re militari excellere: res magnas feliciter & animosè perficere: esse capitis caput Regum, & Principum.*

4. *Esse bonum patrem familiâs, tam ruri, quàm in urbe.*

5. *Esse Philosophum, Mathematicum, Medicum.*

6. *Esse Theologum præstantem.*

7. *Esse Mercatorem fortunatum in negotiatione.*

Spiritus aut sunt ministri verbi Divini, aut Ecclesiæ membrorumq; ejus: aut sunt inservientes creaturæ in rebus corporalibus, partim ad salutem corporis & animi, partim ad interitum.

Ex utero matris ad Magiam aptus producitur homo, qui verus Magus esse debet. Alii qui se ad hoc officium suâ sponte non vocati ingerunt, vani sunt, & infelices.

Omnis character à Spiritu datus, quâcunq; ratione suam habet efficaciam in eo negocio ad quod datus est in tempore præfinito. Est enim eo utendum horâ & die Planetariâ, qua datus est.

Qui expetit familiariter conversari cum Spiritibus, sese custodiat oportet ab omnibus enormibus peccatis, & diligenter assidueq; oret pro custodiâ altissimi. Et cùm Spiritus Olympici evocandi sunt, observandus est ortus Solis, de cujus natura Spiritum Magus desiderat.

Judicium Autoris.

Nonne hæc sunt mysteria horrenda, & detestanda? quæ tantæ impietati Sacrosanctum Dei Nomen, cœlestiumque Angelorum munia immiscent, & profanant. Cumque Magum hæc præstare necesse sit (si ad perfectionem tantæ artis velit pertingere) quàm doctus, quàm Sapiens, qui hæc omnia ignorat, abominatur, & fugit! cùm horum ignorantia summa sit scientia. Qui plura scire expetit, perlegat librum illum Arbatel, ex cujus copiosis blasphemiis pauca hæc excerpsimus in gratiam pii lectoris, qui ex his cognoscere potest, quantis imposturis & do-

lis

lis Cacodæmon transmutatus in Angelum lucis decipiat miserum & obcœcatum Magorum genus, ut eos in perditionem pertrahat æternam.

CAPUT II.

Ordines Spirituum.

COEleſtes Genios, intelligentias, & Spiritus *Porphyrius*, *Proclus*, *Jamblichus* & alii *Theurgici* dividunt in duos ordines. Alii dicuntur in cœlo habitare, ut *Dii*, *Archangeli*, & *Angeli*. Alii ſunt inferiores, ut *Dæmones boni & mali*, *Heroës*, *Principatus*, *Principes*, *Animæ puræ & impuræ*.

Dæmones boni, *Heroës*, *Principatus*, *& animæ puræ* habitant in aëre. *Dæmones mali*, *Principes*, *& animæ impuræ* locum habitationis ſortitæ ſunt in ſuperficie terræ, deſertis, ſylvis, ſpeluncis, & in barathro ſubter terram.

Cæleſtes Spiritus apparent in igne cœleſti ſplendentes ut *Sol*.

Aërii ſe præbent videndos ſicut *luna & aſtra*.

Terreſtres in igne terreſtri nigro, ſicut *luna quæ patitur Eclipſin*.

Cæleſtes ſpiritus evocati apparent diverſis formis: & animæ ſiderum movent eorum aſpectum certis modis.

Dii apparent uniformes, & ſimpliciter.

Archangeli, uniformes quidem, ſed minùs quàm ſimpliciter.

Angeli autem minùs quàm Archangeli.

Porphyrius tradit formam corpoream Angelorum mutabilem in ſuâ apparitione non poſſe dici corpus: non magis quàm corpus naturale mutabile in omnes figuras. Quia qualitates corporis alterari non poſſunt ſine corruptione & privatione ſubjecti. Homo autem ſemper conſideratur lineamentis & habitu membrorum humanorum: quæ ſi tollantur, homo ampliùs dici non poteſt, ſed alterius ſpeciei.

Dii inferiores Angelis ſunt *Dæmones*, qui diverſificantur magis quàm Angeli.

Principatus magis ſunt varii quàm Dæmones ordine variationis admirabilis.

Heroës non multo abſimiles ſunt Principatibus, magis tamen variæ ſunt eorum formæ, & inordinatæ.

Animæ capaces ſunt omnis figuræ.

Dii, dum apparent evocati ſalutares ſunt. *Archangeli* ſunt horrendi ſimul & mites. *Angeli* Archangelis leniores. *Dæmones* ſunt ſemper metuendi. *Heroës* paulò minùs. *Principatus* admirabiles. *Principes* noxii & malefici. *Animæ* ſimiles ſunt Heroïbus, licèt inferiores ordine.

Deorum imagines apparent immutabiles magnitudine, formâ, figurâ & actione. *Archangelorum* & *Angelorum* mutabiliores ſunt: ſed tamen proximè accedunt ad immutabilitatem Deorum. *Dæmonum* imagines magnitudine ac formâ mutabiliores ſunt: diſcerni tamen poſſunt ex eorum mutatione. *Principatuum* immobiles ſunt. *Heroum* ferè ſimiles Dæmonum imaginibus. *Animæ* Dæmonibus mutabiliores.

Dii apparent quiete & ordine ſtabili. *Archangeli* proximè hos ſequuntur, ſed efficaciam majorem adjiciunt. *Angeli* quieti, & ordini Deorum ſeſe accommodant, ſed addunt motum ordinatum, & moderatum. *Dæmones* turbant ſuum ordinem & quietem. *Principatus* conſtantes, & ſtabiles in ſeipſis deprehenduntur. *Heroës* ſe leviter movent, & magnâ celeritate. *Principes* moventur non difficili modo neque diſſimili ab Heroïbus, ſed id fit cum tumultu, & ſtrepitu vario. *Animæ* procedunt ferè ſicut Heroës, ſed multò minore cum ſtabilitate.

Deorum

Deorum pulchritudo inæſtimabilis, incomparabilis & admiranda ſeſe oculis repræſentat, & mirificè oblectat. *Archangelorum* & *Angelorum* forma proximè ad Deos accedit: ſed in ſuo gradu, qui aliquam recipit mutabilitatem. *Dæmonum* & *Heroum* ſecundùm ſuas ſpecies determinata apparet pulchritudo. *Heroum* quidem ſpecies ſecundùm ſuas actiones ſunt pulchriores. *Principatuum* forma excellens, & læta. *Principum* falſa, fucata, ficta & elaborata. *Animarum* pulchritudo conſiſtit ratione terminatâ, & magis divisâ, quàm Heroum, quæ tamen comprehenditur iiſdem fere formis.

Deorum actiones magis ſunt ſubitæ, & promptiores, quàm intelligentiâ comprehendi poteſt: per ſe tamen ſtabiles ſunt. *Archangelorum* celeritas miſcetur actionibus cum omni efficaciâ; *Angeli* motum habent proprium cum ſuâ celeritate: differunt tamen ab Archangelis, & Diis, cùm perficere non poſſint quicquam verbo. *Dæmonum* actiones videntur celeriores, quàm effectu eſſe poſſint. *Heroës* procedunt audacter quidem, & promptè in ſuâ actione, ſed perficiunt tardiùs, quàm Dæmones. *Principatus* procedunt auctoritate ſingulari, & majeſtate, imperioque ordinato ad effectum veniunt. *Principes* oſtendunt quidem aliquam majeſtatem extrinſecam, dum rem aliquam aggrediuntur, ſed effectus plerumque non ſubſequitur. *Animarum* actiones magis moventur, quam Heroum, ſed ſunt debiliores.

Deorum magnitudo, dum apparent, totum cœlum videtur occupare, & dum incedunt, non videntur poſſe ferri ab univerſa terra. *Archangeli*, dum ſe manifeſtant, pars quædam mundi ſimul videtur moveri, & lux in ſe diviſa apparet: & pro magnitudine dominationis, lumen & formam oſtendunt excellentiorem. *Angelorum* lumen mirum eſt. *Dæmonum* lux & magnitudo debilior eſt quam Angelorum. *Heroum* virtus eſt imbecillior ſuperioribus: aſpectu tamen ſunt magnanimi & illuſtres. *Principatus* vaſti & excellentes. *Principes* inflati, ſuperbi, & inſolentes. *Animarum* effigies inæquales ſunt & minores, quàm Heroum. Et unusquisque pro latitudine ſui Imperii, & amplitudine ſuæ poteſtatis forma auguſtiore apparet, & plus luminis ſecum trahit.

Deorum aſpectus clarum ſe præbet hominibus, & excellentia luminis perfectiore, & admirabiliore. *Archangeli* videntur in luce perfectiſſima, & indeſinente. *Angelorum* lux non eſt abſimilis: ſed in eo deficere videtur, quòd in ſua plenitudine diſcerni & cognoſci nequit. *Dæmonum* aſpectus minùs patet, eſtq; magis caducus. *Heroum* eſt imperfectior. *Principatuum* apertior, & diaphanus. *Principum* obſcurior, licèt imperioſior. *Animarum* tenebris denſioribus, & umbris obſcurior.

Deorum imagines ſunt perlucidæ & ſplendidiſſimæ. *Archangelorum* lucidæ quoque ſunt: ſed *Angeli* ſplendore iis ſunt paulò inferiores. *Dæmonum* lumen eſt tanquam ignis perturbatus. *Heroum* tanquam lumen eſt mixtum multis luminibus. *Principatuum* imagines tanquam in lumine puro videntur. *Principum* tanquam in lumine confuſo, & multis diſſimilibus luminibus, & contrariis invicem mixto. *Animarum* verò imagines videntur in igne diviſo, & diverſi generis luminum.

Dii ſe præbent in igne non diviſo, neque diſſipato, ſed admirabili, & qui videtur complere mundum univerſum. *Archangelorum* ignis non quidem ſegregatus, aut diſſipatus eſt, ſed ſecum ante ſe, & poſt ſe comprehendit ingens ſplendoris & luminis ſpatium. *Angelorum* diviſus eſt quidem, ſed ejus ideæ ſunt perfectæ, & omnibus modis abſolutæ. *Dæmonum* ignis eſt magis circumſcriptus & diviſus: ideò faciliùs concipitur viſu eorum, qui contemplati ſunt ea, quæ ſunt ſublimiora & altiora. *Heroum* ferè ſimilis eſt: inæqualitatem tamen quandam in ſe complectitur. *Principatuum* ignis admodum clarus eſt, & fulgidus. *Principum* continet neſcio quid obſcuritatis, & umbræ ingratæ. *Animarum* maximè diviſus eſt, diverſiformis, & mixtus naturæ univerſi magis diverſę.

Deorum ignis radios promittit ſtabiles & permanentes. *Archangelorum* par-

ticeps

ticeps est hujus stabilitatis: & *Angelorum* ignis movetur stabiliter. *Dæmonum* magis est instabilis. *Heroum* subitus & festinus. *Principatuum* provenit sensim, & quietè. *Principum* tumultuarius est: *Animarum* transmutatur facilè, & in diversos motus figuratur.

Dii purgant animas perfectè. *Archangeli* rapiunt animas in sublime. *Angeli* liberant vinculis corporis. *Heroës* deducunt animas, & præcipitant in curas rerum sensibilium. *Principatus* eas rebus mundanis præsidere faciunt. *Principes* explicant earum studia rebus materialibus. *Animæ* ad desideria generationis pelliciunt.

Sed quia visûs humani acumen ferre non potest horum Spirituum aspectum, *Sapientes* hi utebantur unctionibus bdelii, gommi certarum arborum, thuris, & Tarri: vel utebantur certis trociscis medicatis, ad recipiendum lumen divinum, quod alioqui non communicabatur oculis corporalibus, nisi priùs purificatum esset corpus, & unctum adcuratis ceremoniis, adjectis quibusdam characteribus ad hunc usum accommodatis. Strabo scribit apud Persas moris fuisse, dum divinandum esset & evocandi essent Spiritus, ut carnes sacrificiorum imponerent virgultis lauri & myrthi, quas simul comburebant addito oleo cum melle & lacte. Dumque hæc fiebant, fasciculos maricæ colligatos manu tenentes, preces fundebant. Et iisdem ferè ceremoniis utebantur *Magi*, quotiescunque divinandum erat per *Sideritem* lapidem. Id fiebat noctu ad lucernam, sed oportebat eum, qui lapidem hunc tractaturus erat, purificari exquisitè ab omni corporis immunditiâ, ut esset vultu velato: & fusis ad diversos motus precibus, characteribusque certo ordine dispositis, sentiebat lapidem *Sideritem* per se moveri, & gracili tenuique murmure responsa dare. *Preparatio Magica.* *Divinatio per Sideritem.*

Non est mirum profanos illos Philosophos multa ratiocinatos fuisse de ordinibus, functionibus, & dominatibus Angelorum & Spirituum, cùm à Christianâ religione alieni non potuerint veritatem rerum à falsitate discernere. Et cùm egregias de hac Hierarchiâ distinctiones & distributiones excogitaverint, nihil præter meros Dæmones cognoverunt, qui ut rebelles à principio fuerunt Spiritus, semper inviderunt felicitati Electorum Dei, qui Malorum Angelorum sedilia in cœlis complere debent: ideò conantur quacunque possunt ratione eos ab electione deturbare, & eos maledictioni involvere, ut socios habeant æternarum pœnarum, quibus adjudicati sunt cum Leviathan, & omnibus malis. *Judicium Autoris.*

Proclus tres Angelorum Triadas constituit. *Primæ* Triadis Angelos vocat νοητὰς qui dicuntur *Intelligentiæ.* Triadis *secundæ* Angeli sunt νοητοὶ καὶ νοεροὶ *Intelligentes* & *Intellectuales.* *Tertiæ* Triadis sunt νοεροὶ μόνον *Intellectuales tantùm.* *Primæ* Triadis Spiritus Christiani vocant *Cherubinos* & *Seraphinos.* *Dionysius Areopagita*, qui Hierarchiam, & ordines cœlestes conscripsisse creditur, *Novem* Angelorum facit ordines, qui conferuntur cum novem gemmis, de quibus loquitur *Ezechiel cap.* 28. harum gemmarum nomina sunt. *Pyropus, Topasius, Jaspis, Chrysolithus, Onix, Smaragdus, Beryllus, Carbunculus, & Saphyrus.* Angelorum nomina sunt *Seraphin, Cherubin, Dominationes, Throni, Potestates, Principatus, Virtutes, Archangeli* & *Angeli.* Ex his quidam ordinati sunt, ut perpetuò assistant præsentiæ Dei: alii ut agitent, & moveant orbes, & sphæras cœlestes, gubernentque universam mundi machinam: Alii ut præsideant toti piorum Ecclesiæ: alii uni regioni, custodiæ adhibiti sunt, alii uni civitati, & alii singulis hominibus. Ex omnibus his ordinibus consensus Theologorum tradit, aliquot myriades defeciisse à summo Deo, statim à principio creationis, dejectosque in tenebras abyssi cum defectionis duce *Behemot* sive *Leviathan.* Et dejectorum loca iterum implenda esse numero electorum: quod ubi factum fuerit, mundus finem accipiet. Sed de hac Theologi judicent boni, & sapientes, quibus datum est plus Sapientiæ. Reliqui puri Angeli, (qui in sua perfectione perseveraverunt) remanserunt in cœlo, suosque servarunt *Tres Angelorum Triades.* *Novem ordines Angelorum secundùm Dionysium.*

ordines, *teste Dionysio libro cœlestis Hierarchiæ cap.* 20. Alii altiore loco constituti proximi Divinæ essentiæ : Et hi Angelicas essentias inferiores corroborant luce divinitatis , cùm magis illustrati sint, quàm inferiores intelligentiæ. De hac Hierarchiâ *curiosus Lector* perlegere potest integrum *Dionysii Areopagitæ* tractatum.

Plato de Angelis.

Plato in Timæo introducit supremum illum & æternum DEUM loquentem cum cœlestibus suis *Angelis*, quos omni perfectione creatos sibi assistere voluit: ideò illos Plato vocat Deos creatos: & quia creati sunt, secundùm opinionem Philosophi immortales & indissolubiles esse non possunt: nunquam tamen Fatum mortis sensuros secundùm Dei summi ordinationem asserit: cùm ab ipsa creatione vinclis, & nodis indissolubilibus à Deo generati sint : qui tamen voluit omne creatum aliquando interire. Ideò illos creationis universorum animalium mortalium socios esse sibi voluit: Quæ si principium suæ essentiæ sumpsissent à summo & immortali Deo, non possent morti subjici. Propterea voluit Deus omne animalium genus ab Angelis creari, ad imitationem virtutis divinæ. Hinc Dei secundi vocantur à summo Deo creati: & Elohim quoque in Scripturis sacris dicuntur.

Orpheus ad Musæum sex genera Dæmonum constituit. Alii *Cœlestes* sunt, alii *Aërii*, alii *terrestres*, *Ignei*, *Aquatici*, & *subterranei*.

Opinio Orphei de Dæmonibus.

Δαίμονας ἀερσίους, καὶ αἰερίους, καὶ ἐνύδρους,
Καὶ χθονίους, καὶ ὑποχθονίους πυριφοίτους.

Cœlestes genii sive *Angeli* sunt ii, qui habitant in supremâ parte cœli, Dei assessores. *Ignei* sunt in parte superiore igneâ, quæ dicitur *Æther*. *Aërii*, teste Platone, sunt in Aëre præsides Divinationis, miraculorum, & Magiæ Chaldaicæ. *Terrestres* & *subterranei* vocantur canes, vel hirci: quia formâ horrendâ apparent hominibus, moventque libidinosos affectus, & ad omnia mala mortale genus impellunt.

Simplicius ex opinione *Jamblichi* dicit *Dæmonas esse animalia invisibilia.* Ἀλλὰ ὁ μέγας Ἰάμβλιχος πολλὰ τὰ ἀφανῆ ἡμῖν οἴεται εἶναι ζῶα δαιμόνιά τε καὶ τὰ κρείττω: Sed universus Christianorum consensus asserit omnes Angelos, tam bonos quàm malos, substantias esse segregatas à corporibus. Quamvis *Augustinus lib. 2. super Genesim ad literam* dicat, *Dæmonas esse animalia Aëria, quia corporum Aëriorum indigeant, ut nobis appareant.* Et *Philo Judæus* eos vocat *Spiritus volantes.* ὃς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, Μωσῆς ἄνωθεν ὀνομάζειν ἀγγέλους. Εἰσὶν οὖν ψυχαὶ κεχωρηκυῖαι τὸν ἀέρα πετόμεναι. Et *Diogenes Laërtius* eos de vitâ Philosophorum lib. 1. ait, *esse idola & umbras, quæ influunt oculis, veluti fumus, & subtilis quædam evaporatio.*

Plutarchus quoque libro de oraculorum defectu, testatur, se agnoscere Angelos esse tam bonos quàm malos: Cùm dicat *se invocare idola pura, & ab omni contagione abstracta:* Hinc arguit se credere alia esse impura & inquinata.

Aristoteles lib. 4. metaph. ita scribit de iis. Οὐσία λέγεται πάντα ἀπλᾶ σώματα, οἷον γῆ, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα: καὶ τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα ζῶά τε καὶ δαιμόνια. Ubi *corporeos Dæmones* vocat, cùm à corporibus abstractos constet. Licèt *Origenes*, & alii plurimi illis aëria attribuant corpora. Sed *Dæmones* vocat Aristoteles tam bonos quàm malos Angelos. Christiani tamen Dæmonum nomine non intelligunt nisi malos Angelos, malorum omnium & calamitatum, quæ in hac vitâ eveniunt, auctores: Quod *Porphyrius* non ignoravit, licèt impius, & idolis serviens. Ait enim libro de abstinentia animalium: Οὗτοι ἄπιοι γιγνόμενοι τοῦ περὶ τὴν γῆς πάθημάτων: οἷον ἀνέμων, λιμῶν, λοιμῶν, σεισμῶν, αὐχμῶν, καὶ τῶν ὁμοίων. Et *Arnobius* lib. 8. contra Gentes dicit *Dæmones spiritus esse immundos, vagos, & gravatos fœditatibus, cupiditatibusq; terrestribus, neq; quidquam retinentes de vigore cœlesti.*

Dæmones omnium malorum auctores.

Per Dæmonem intelligitur ille *Ophioneus serpens* antiquus, qui insurrexit

in

in *Saturnum magnum*, hoc est in *Adamum* primum hominem, qui serpentis dolo peccavit, & mandato Dei creatoris non obedivit, ideò à priore gratiâ dejectus, morti adjudicatus est. Hęc est illa Athe Dea nocumentorum, quam Juppiter à cœlo exulare perpetuò jussit, ut testatur *Homerus Iliados* τ. *Athe pulsa cœlo.*

Χωόμενος φρεσὶν ἦσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον
Μήποτ' ἐς Ὄλυμπόντε, καὶ ἐφετμὸν ἀστερόεντα
Αὖτις ἐλεύσεσθαι Ἄθλων ἣ πάντας ἀάσαι. *Dæmones puniuntur in hoc mundo.*

Et *Apollo* ipse non inficiatur Dæmonas cœli aditu excluſos, & contrarios omnibus elementis repelli, & rejici:

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι θοὰ χθόνα, καὶ θοὰ πόντον
Ἀκάματοι δάμνανται ὑπαὶ μάστιξι Θεοῖο.

Et de his Dæmonibus hoc modo loquitur *Empedocles*:

Αἰθέριον καὶ βαρὺ φερεμόρου πόντος ὑπ' ἰωκή,
Πόντος δ' ἐς χθόνος ἔδας ἀπέπαλυστε: γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
Ἠελίου ἀκάμαντος. ὁ δ' Αἰθέρος ἔμβαλε δεινὰς
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται: συγέουσι δὲ πάντες.

Angeli boni, quos Deus creavit, & ordinavit ut hominibus inserviant ad Dei gloriam, & eorum salutem, ii aliquando mortalibus apparent assumpto corpore, quotiescunque volunt, aliquando etiam præsentes adsunt invisibiles, & mortales, qui eorum tutelæ commissi sunt, protegunt & defendunt instruuntque & docent internis quibusdam instinctibus de iis quæ gerenda sunt, excitant pietatis ardorem in animis fidelium, corroborant patientiâ admirabili in afflictionibus, & firmam spem vitæ æternæ illis tribuunt. Horum exempla nobis dant plurima literæ sacræ. Tres Angeli apparuerunt Abrahæ, ante destructionem Sodomęorum. Angeli duo ex Sodomis eduxerunt Lothum cum familiâ. Genes. 19. Angelus visus est Esaiæ. Helisæus, & ejus servus viderunt innumerum exercitum Angelorum in monte. Helias ab Angelo pane nutritur in monte Oreb, & ab eo jubetur redire ad Achabum, & illum suæ impietatis monere. Tobias junior deducitur ad Raguelem, ut Saram ejus filiam uxorem ducat, idque Raphaëlis comitatu, qui Asmodeum expellit in deserta Ægypti. Exercitus Sennacheribi funditur ab Angelo: Abacuc Propheta portatur ab Angelo ex Judæâ in Babylonem ad specum Leonum, ubi dejectus erat Daniel. Judæ Machabæo ab hostibus oppresso quinque Angeli equites auxilium tulerunt: ab eodem Judâ iterum visus est eques aureis armis ornatus, qui illi suppetias tulit. Heliodorum à Seleuco missum Hierosolymam, ut thesauros Sanctuarii auferret, eques horrendo aspectu humi prostratum attrivit: Duo Angeli eundem Heliodorum virgis ferè usque ad mortem ceciderunt. Ante destructionem Hierosolymæ Angelorum voces auditæ sunt *exeamus hinc:* nempè cùm scirent Deum curam Sanctuarii reliquisse, propter impietatem Judæorum. Antipater cùm se adorari pateretur ab Angelo percussus periit: Angelus in templo visus est à Zacharia patre Joannis: Gabriel Archangelus annunciavit Mariæ virgini conceptum Christi Servatoris. Angeli à pastoribus auditi sunt noctu annunciantes nativitatem Jesu Christi: Magi, qui ad adorandum Christum venerant in Judæam, moniti sunt ab Angelo, ne ad Herodem redirent. Josephus monetur ab Angelo, ut cum Maria uxore, & puero Jesu fugeret in Ægyptum; & eodem jubente post Herodis mortem rediverunt in Judæam. Christus in deserto post tentationem habuit Angelos, qui illi inservierunt. Et in monte Oliveti angelus illum consolatus est, antequam pateretur. Post resurrectionem apparuerunt Angeli mulieribus ad monumentum, *Boni Angeli à piis sæpè videntur.*

qui dixerunt Christum resurrexisse. Dum assumptus esset in cœlum: Angeli visi sunt ab Apostolis, qui asseveraverunt illum in cœlum conscendisse. Apostoli in vincula conjecti ab Angelo liberati sunt: Petrus è carcere Herodis ab Angelo est eductus. Philippus ab Angelo transportatus est in eum locum, ubi Eunuchus Candaces reginæ Æthiopiæ carpento vehebatur, illum baptizavit, & iterùm reportatus est. Cornelius Centurio jubetur ab Angelo, ut ad Apostolum Petrum veniat, & ab eo instruatur.

De his apparitionibus, qui admiranda cognoscere cupit, legat *D. Hieronymum* in vitâ Pauli Heremitæ, *Basilium* Sermon. 40. *Abdiam, Socratem, Sosomenum, Nicephorum, Theodoretum, Calixtum, Eusebium,* & reliquos qui Ecclesiasticam historiam tractaverunt: ubi tam boni quàm mali Spiritus apparuerunt Sanctis illis Patribus, qui Heremos incoluerunt, dediti vitæ monasticæ, propter persecutiones Imperatorum, & Principum Ethnicorum, qui œstro Diaboli perciti Christianam doctrinam delere conabantur.

Panis Magni mors.

Ad hunc locum non incommodè referri poterit historia memorabilis, quam *Plutarchus* refert libro de Oraculorum defectu: *Epitherses Grammaticus,* inquit, *pater Æmilii Rhetoris ex Græciâ trajecturus in Italiam, ingressus est navim onustam mercibus, & multis hominibus, qui eandem navigationem susceperant. Ii dum prope Echinadas insulas pervenissent, venti subitò subsederunt, navisq; per æquor delata cum magnâ difficultate pervenit ad Paxos. Quò cùm appulisset, dormirentq; aliqui, alii vigilarent occupati rebus suis, intempestâ nocte, profundoq; silentio vox audita, quæ diceret* Tamous Tamous: *(erat enim Tamous nomen Gubernatoris navis, Ægyptii natione) Is cùm non statim responderet, secundò ac tertiò vox illa nomen illius ingeminavit. Respondens Tamous, quid sibi vellet ea vox incognita: Jussus est postquam ad Palodes venisset, annunciare clarâ voce:* Pana Magnum mortuum esse. *Ad hanc vocem omnes qui ea navi ferebantur terrore ingenti ac metu consternati sunt, dubii an deberent obtemperare mandatis, nec ne. Tandem Tamous statuit, postquam ad Promontorium Palodarum appulissent, si secundi flarent venti, iter cœptum taciti persequerentur, sin minùs, ipse annunciaret, quod vox illa Genii incogniti præceperat. Cùmigitur ad Promontorium adpropinquassent, subitò subsedit ventus, & navis quasi immobilis mediis undis adhæsit. Tunc Tamous è prorâ quantâ potuit voce exclamavit,* Pana Magnum mortuum esse. *Vix ultimam pronunciarat syllabam, cùm ex continente auditi sunt clamores, & ejulatus quasi innumeræ multitudinis. Subitoq; vento secundo navis delata pervenit in Italiam. Rumor ejus rei, quæ omnes mirificè terruerat, illico per totam Italiam divulgatus, Romam usque perlatus est, Imperante Tiberio Cæsare. Is ut certior de re tota redderetur, Ægyptium navis gubernatorem jussit ad se venire, & ab eo ordine didicit, quæcunque in eâ navigatione contigerant. At postquam à viris literatis, & Philosophis diligenter perquisivisset, quisnam esset Pan ille Magnus, illi dictum est Pana Mercurii & Penelopes filium fuisse.*

Quidam existimant vocem illam locutam fuisse de CHRISTI Servatoris morte: cùm audita sit anno decimo nono Imperii Cæsaris, quo Christus crucifixus est. Et hunc credimus universæ Naturæ & totius mundi Dominum & formatorem, verum verbum Dei, per quod Deus omnia creavit. Et ipsi Arcades *Pana* vocarunt τὸν τῆς ὕλης κύριον: non solùm sylvarum Dominum, sed universæ substantiæ materialis Dominatorem, (ut scribit *Macrobius:*) cujus materiæ vis universorum corporum, seu illa Divina sint sive terrestria, componit essentiam. Ideò Pan dictus est Deus universi.

Neque malè suspicantur multi vocem illam, (sive fuerit Angeli boni, sive Dæmonis alicujus) per Pana magnum intellexisse JESUM CHRISTUM, qui sub Tiberio passus est. Nam & Dæmones sæpius vera solent proloqui, verbis tamen ambiguis, ut homines magis ac magis in errores inducant.

Cùm igitur de Angelis bonis & spiritibus loquuti simus, quos Deus præfecit Regnorum tutelæ, Regionum, urbium, vel etiam singulorum hominum, juvabit intel-

intelligere quid Cabaliſtæ de iis ſentiant: *Capnion* lib. 1. partis Cabaliſt. ex commentariis lib. Jethzira aſſerit cum Cabaliſtis, Priſcos illos Patres habuiſſe peculiares Genios cuſtodes, à quibus ſervabantur, & ſecreto inſtinctu docebantur in pietate, & rerum cognitione. Angelus Adami vocabatur *Raziel*. Semi *Jophiel*. Abrahami *Zadkiel*, qui prohibuit, ne filium Iſaacum ſacrificaret. Iſaacus habuit *Raphaëlem*, Jacobus *Pelielem*. Et hic corroboraſſe creditur Jacobum in pugnâ contra Angelum fratris ſui Eſau ad torrentem Jaboc. Moſi datus eſt Angelus *Mitathron*; qui illum deduxit ante faciem Dei altiſſimi. Helias habuit *Malthielem*, qui illum cum omni fiduciâ objecit Achabo, ut illius idololatriam cum omni audaciâ reprehenderet.

Joannes Trithemius Abbas libro de poteſtate ſeptem Spirituum, multa comminiſcitur ad imitationem Cabaliſtarum de Angelis, qui præſunt ſeptem Planetis, inſtillantque in homines & animalia, resque terreſtres, tempore ſuę gubernationis qualitates, influentias, proprietates, & accidentia Planetarum quos regunt. Aſſerit enim præfixum illis eſſe à Deo tempus certum, quo planetarum orbes regant; nempè trecentos quadraginta tres annos ſingulis eſſe determinatos, ut per vices illa aſtra gubernent. Neque deſunt viri docti, qui à Chriſti paſſione uſque ad finem ſęculi *ſeptem* faciunt *ætates*, quæ per ſeptenarium numerum formantur. *Prima* ætas eſt à Tiberio uſque ad Conſtantinum Conſtantini Magni filium. *Secunda* ab hoc Conſtantino, uſque ad Conſtantinum Pogonatum, vel Juſtinianum ſecundum: *Tertia* ad Conradum Suevum, vel ad Henricum ſecundum: *Quarta* ad Carolum quartum. *Quinta*, *Sexta* & *Septima* ad finem mundi extendentur.

Gubernatio ſeptem Angelorũ.

Septem ætates.

Secundùm eundem Trithemium *Gabriel* noſtro tempore præſidet *Lunæ*. Hinc fit ut ſub ejus gubernatione ſcientiæ liberalium artium iterùm ſuſcitentur: hęreſes pullulent, bella injuſta, & latrocinia exerceantur: mulieres dominentur: Artes Magicæ, ſortilegia, & alia flagitia ubique impunè regnent. Sed hæc ſunt commenta vanitate plena, neque admittenda inter Chriſtianos. Qui ſciunt Deum ſedere in altiſſimo cœlo, & ejus potentiam diffundi per univerſum mundum: movere Solem & Lunam, aſtraque reliqua, totumque cœlum: cauſam eſſe conſervationis, & ſalutis omnium viventium: neque indigere induſtriâ & labore alterius, ſicuti Principes & Gubernatores terræ.

CAPUT III.

DE Spiritibus ſatis dictum eſt: Nunc de *Magiâ* nobis pauca dicenda. Eam duplicem faciunt Philoſophi. *Prima* Divina eſt, quæ creaturis lucis communicatur. *Alia* eſt Dei quidem, ſed provenit à creaturis tenebrarum, quæ ad bonum finem, vel malum confertur. Magia quoque vel operatur inſtrumentis inviſibilibus per inviſibilia, vel viſibilibus per viſibilia: vel ſolius Dei invocatione perficitur (quę Prophetica vocatur, & Philoſophica,) vel per invocationem Spirituum: ſicut eſt opus Mercuriorum. Quædam etiam cum Spiritibus perficitur: alia per ſomnia, & auguria captatur.

Magia duplex.

Cùm *Magia* verſetur *in ſcientia boni & mali*, *Boni ſcientia* eſt, vel *Theoſophia*, vel *Anthropoſophia*. *Theoſophia* eſt notitia verbi Dei, & juxta verbum Dei inſtitutio. Vel eſt notitia gubernationis Dei per Angelos, quos Scriptura vocat *Vigiles*: & intelligere Angelorum miniſteria. *Anthropoſophia* docet ſcientiam rerum naturalium, & prudentiam rerum humanarum. *Scientia mali eſt*, vel *Cacoſophia*, vel *Cacodæmonia*. *Cacoſophia* complectitur contemptum Verbi Dei, & ordinationem vitæ ad voluntatem Diaboli: vel ignorantiam gubernationis Dei per Angelos, contemptumque cuſtodiæ Angelorum, & ſocietatem inire cum Dæmonibus: ea inſtigat ad Idololatriam & Atheiſmum: *Cacodæmonia* tradit ſcientiam veneficiorum in naturâ, & eorum uſum. Docet & prudentiam in omnibus malis artibus ad per-

niciem humani generis: & earum usum adplicat in contumeliam Dei, & ruinam hominum.

Magia illa quæ *Theurgia*, vel *Goëtia*, & *Pharmacia Ceremonialisq;* vocatur, impia semper & abominanda bonis omnibus judicata est: quòd præstigias tantùm, & phantasmata porrigat: quorum paulò post ne vestigium quidem remanet. Licèt *Theurgiam Porphyrius* referat ad Deos: quorum instinctu & inspiratione multa fiunt, & prædicuntur. Et per eam scientiam animæ disponuntur, & reddunturidoneæ ad recipiendum Numen Divinum, si conservetur munda, & purificata sacrificiis oblatis, & iis quæ circa corpus adplicantur, (ut in mundatione cutis, vestimentorum, habitationis, vasorum, & supellectilis) oblationibus, & precibus: quibus alliciuntur Dii, & influxus cœlestes. Nam, ut ait *Pythagoras, Dii voluntariò, neq; suâ sponte se nobis communicant, nisi adstringantur, & cogantur virtute hujus Magiæ.*

Necromantia. *Goëtia*, sive *Charontica*, & *Necromantia* versatur circa invocationem Spirituum immundorum: plena est incantationibus, exorcismis illicitis, & evocationibus mortuorum, ut in historia Regum legimus de *Pythonissâ*, quæ animam *Samuelis* defuncti suscitavit, ut *Saulus* Rex Israël ab eâ disceret eventum pugnæ diei sequentis, in quâ occubuit. Et apud Heliodorum in historia Æthiopicâ, anus illa Ægyptia verbis magicis reduxit animã in corpus filii sui, paulò antè prælio cœsi: utrobiq; legimus tam in populo Dei, quàm apud Gentes eam *Necromantiam* fuisse detestandam. Licèt multis in locis non defuerint, qui *animas Heroum* consuluerint cum religione, & prætextu pietatis, ut *Amphiarai, Tyresiæ, Mopsi*, & aliorum. *Homerus Cimmerium*, & *Avernum Lacum* in Campaniâ Parthenopæâ celebrat hac ratione, quòd ad eos conveniebant vates, ut illic animas defunctorum evocarent, à quibus futuros discerent casus. *Cimmerii* enim populi erant in Italiâ incolentes Bajanum sinum, prope Avernum Lacum, habitantes in speluncis subterraneis, victum quærentes ex metallorum effossione, & Divinationum mercede, *ut ex Ephoro scribit Strabo.* Penès illos antrum fuit ingens, erroribus diversis inextricabile; illic quoque sacra nemora, fluminaque, & fontes nativo horrore venerati, specus & voragines profundæ, & obscuræ; per quas & aditus in Inferos patere credebatur: & in quas se demittere nulli fas erat, nisi priùs sacrificio placatis Manibus: *Homerus Odyss. 2. & Verg. Æneid. 6. Necromantæ* quidem existimant, se mortuorum animas ab inferis evocare, cùm umbræ defunctorum, quæ apparent, sint Dæmoniaci Spiritus, qui formam, vocem, & habitum evocati assumunt, ut illudant Magis, eosque decipiant. De his *Aulus Prudentius* Canonicus regularis Lateranensis Ecclesiæ, loquens de Mercurio ita scribit:

Samuel suscitatus 1. Sam. 28. vers. 7.

Consulti mortui ad lacum Cimmerium.

Cimmerii ubi habitarint.

Traditur extinctas sumpto medicamine virgæ
In lucem revocasse animas: & paulò post:
Murmure nam Magico tenues excire figuras,
Atque sepulchrales scire incantare favillas,
Vitâ etiam spoliare alios ars noxia novit.

Quis fuerit Samuele vocatus. De animâ Samuelis à Pythonissa evocatâ, *Augustinus* asseverat fuisse Dæmonem, qui similitudinem, & formam sancti Prophetæ assumpserat, ad decipiendum regem impium Saulem. Licèt *Nicolaus de Lyrâ*, & *Thomas Cajetanus* viri graves non dubitent fuisse veram Prophetæ animam, quæ divina permissione Sauli apparuit, ut illi suum exitum à Deo ordinatum propter impietatem prædiceret.

Animarũ supplicia apud inferos. Apud antiquos hoc erat persuasum animas hominum, posteaquam ex corporibus emigrassent, ad inferos deduci, sive à *Mercurio Psychagogo*, sive à *Geniis* duobus, quos custodes Natura attribuerat homini recens nato, ubi trajectâ palude Stygiâ, *Charontis* cymbâ exceptæ sistebantur coram *Plutone*; qui eas committebat judicio *Minois, Rhadamanthi*, & *Æaci*. Apud hos pro ratione anteactæ vitæ adjudicabantur *Campis Elisiis*, & quieti blandæ, si benè vixissent: Sin malè, demergebantur *Cocyti barathris*, flamma & sulphure stagnantibus; aut pœnis diversis exercebantur, supplicia-

pliciisque libratis cum gravitate admissorum criminum. His instabat *Nemesis* sive *Adrastia*, *Jovis* & *Necessitatis* filia, quæ cavebat ne quâ effugeret, aut pœnas declinaret, donec repurgatæ essent à labe contracti peccati. Reliquæ, quarum scelera expiari non poterant, tradebantur *Erinnybus* excarnificiendæ in omne ævũ. Nam coràm incorruptis judicibus testimonium reddebant vitæ anteactæ *Genii* illi duo custodes, qui *Manes* vocabantur: unde *Anchises* apud Vergil. ait, *Quisq; suos patimur Manes:* hoc est secundùm Manium testimonia tractamur apud inferos. Ideò apud antiquos tanta fuit cura placandorum Manium, ut sacrificia illis fierent religiosissimè, ne nimium duriter animam commissam tractarent. Alii existimarunt animas errare super terram, elevari in aërem, & illic agitari ventorum turbinibus, devolvi deorsum procellis, & tempestatibus, tamdiu donec à peccatis repurgatæ, traducerentur in quietem Camporum Elisiorum, ubi epotâ Lethes undâ, præteritorum malorum oblitæ, rursùm in corpora humana redire desiderabant: & hoc erat Metapsychia. Pythagorici existimabant animas defunctorum migrare in corpora brutorum, quorum naturam propiùs attigissent in vitâ: ut feroces crudeles & sanguinarii in leones, tigres, ursos, & similia migrabant: stupidi in asinos; pusillanimi in cervos, lepores; malicioſi in simios, serpentes, vespas, & crabrones, & ita de similibus, donec à contractâ labe purificatæ rursùm in humana corpora redirent. Hinc parentationum ritus religiosi sunt observati, ut ceremoniis, precibus, & sacrificiis adjuvarentur: quorum tam accuratæ & sollicitę fuerunt observationes, ut piaculum summum fuerit aliquid omittere, quod ad hæc facere crederetur.

Metapsychia.

Muſulmanni, *Turcæ*, *Mauri*, & *Arabes* existimant defunctorum animas vagari post mortem in terris circà sepulcra: & apparere etiam viventibus. *Mahometes* in libro suarum traditionum (quem *Alfurcannum* vel *Alcoranum* vocant) introducit Deum in hæc verba loquentem: *Quamvis Angelos meos, & mortuorum animas communicare sinam cum incredulis, quibus fruitionem rerum terrestrium, & omnis generis voluptatum liberaliter indulgeo, nemo tamen illorum ad mei cognitionem poterit pervenire sine meâ voluntate: quia major eorum pars brutis non est absimilis.*

Opinio Turcarum de animabus.

Idem quoque *Mahometes* tradit animas post obitum cum corporibus cruciari in sepulcro: ut legimus in brevi illo tractatu, quem scripsit *Joan. Baptista Alfaqui Maurus*, ex Mahometano sacerdote factus Christianus, quo refutavit absurdam Alcorani doctrinam, eo loco qui *Zuna* dicitur. *Postquam*, inquit, *defuncti corpus humatum est, duo Angeli nigri eò accedunt* (hos Arabes Munguir & Nequir appellant,) *quorum alter clavam, alter hamos & harpagines ferreas manu gerit. Jubent mortuum exsurgere, & in genua procumbere: corpori interim superinducunt animam tanquam indusium. Tunc Angeli interrogant tanquam redivivum, an fideliter crediderit in Mahometem Dei amicum, & magnum Prophetam, & ejus leges & decreta observaverit: an per bona opera vitam anteactam exercuerit, an fuderit preces* (quas Zala vocant) *devoto cordis affectu, & jejunaverit mense Ramadan: an solverit decimas sine fraude, an elargitus fuerit Eleemosynam indigentibus, & pauperibus: Quòd si defunctus rationem anteactæ vitæ integram reddiderit, ac benè piéque vixisse judicatus fuerit, duo hi Angeli nigri nullo illato damno placati discedunt: in quorum locum duo alii subeunt albi tanquam nix purissima, vultúque blando annuunt mortuo, & illum in bonam spem erigunt: Ex his unus assidens caput defuncti, & cervicem brachiis expansis molliter excipit, & in suum gremium reclinat: alter pedes sublevat, & fovet, totúmque corpus tanquam dulci somno sopitum mulcent, & felici quiete usque ad extremum judicium beant. Si verò defunctus incredulitatis, infidelitatis, & vitæ depravatæ convincatur, Angelus niger Munguir clavâ ingenti ferreâ caput illius ferit, & tanto impetu in illud impingit, ut contusum corpus violenter detrudat in profundum ad ulnas septem: alter Nequir harpagine & unco acuto arreptum rursùm extrahit: atque ita invicem duo isti Angeli per indesinentes cruciatus effodiendo & retrahendo miserrimè torquebunt infelicem hominem sepultum, usque ad diem judicii, quo pœnis*

Jo. Baptiſt. Alfaqui.

Munguir & Nequir Angeli inquiſitores.

alter-

æternis damnabitur; Hæc occasio movet Musulmannos, ut suorum sepulcra concava & spatiosa extruant, ea intrinsecus tabulatis & asseribus compingant & fulciant, quò facilius erigi possit corpus: idq; involvunt albâ sindone, cui inserunt schedulas quasdam, & characteres mysticos croco conscriptos, capite & pedibus nudis & detectis. Pœna sepulcri usque adeò eos terret, ut nemo sit viventium, qui ad horum cruciatuum mentionem nõ totus horreat, & contremiscat. Ideò in matutinis & quotidianis precibus hæc verba cum lacrymis adjiciunt. O alla hume negine mi Zuelli almelegueni guaminha debi al Kabri guazuyalmacer. *Hoc est*, Libera me, Domine, ab interrogatione & inquisitione Angelorum, à tormento sepulcri, & via mala. *Utq; hæc mala mitigent & minuant suffragiis, crebrò ad mortuorum monumenta conveniunt, preces fundunt, gemitibus & lacrymis mortuos consolantur, Eleemosynas omnis generis elargiuntur, in homines, & bruta etiam animalia: nam & beneficia in hæc collata Deo grata esse existimant: ideò avibus, piscibus, jumentis, reliquisq; brutis cibos offerunt: qui sunt opulentiores, ii erigunt in viis publicis diversoria, quibus excipiuntur peregrini (Non enim apud eos sunt hospitia, ubi alantur & tractentur hospites more nostro) Homines constituunt, qui utribus aquâ plenis potum dent sitientibus qui occurrunt, camelis etiam, asinis, & jumentis, quibus peregrinantes vehuntur: existimantes ejusmodi charitatis opera plurimùm prodesse tam viventibus quàm defunctis: erga quos Deum reddunt placatiorem benefactis: Et hoc munus maximè committitur mulierculis: quæ pauperibus dona erogant, ægros invisunt, carceribus & vinculis arctatos pascunt & consolantur: & multa alia humanitatis officia miseris præstant, ut orent pro salute & quiete vivorum & mortuorum. Et hæc mulierum bona opera imputantur viris vel parentibus. Existimant enim Musulmanni in extremo judicio, non resurrecturum quicquam, nisi quod sit creatum. Masculum solum Adamum à Deo creatum, Evam fœminam ex Adami costâ factam: in resurrectione nullas fore fœminas: sed filias in corporibus patrum resurrecturas, & quæ nupserint, & per matrimonium corporibus maritorum insertæ fuerint, in eorundem carne suscitandas. Propterea quæcunque in vitâ gesserint sive benè sive malè, ea imputatum iri patri vel marito. Hinc fit ut viri qui militiæ vacant, vel aliis commerciis occupantur, neque illis semper licet benè agere, defectum bonorum operum, quæ tot occasionibus occurrentibus impediuntur, suppleant obedientiâ & pietate filiarum & conjugum, quarum virtutes & merita, ut dicunt, viris attribuuntur, non secus ac si eadem præstitissent. Cumq; indifferenter bona hæc opera mirificè conducant ad salutem omnium, ad defunctorum quietem magis facere creduntur: cùm viventes novis supergestis transgressionibus meritorum dignitatem quotidie imminuant; mortui opus habent solâ expiatione peccatorum in vitâ commissorum, cùm post mortem peccare amplius non possint. Et inter eos pro quibus existimant suas preces & Eleemosynas valere, imbecilli, meticulosi, & pusillanimi primi numerantur, potissimum qui formidine imbelli perierunt in bello, & patriæ principiq; inutiles extiterunt. Hos Mahometistæ credunt justè perimi ab Adriele Angelo mortis: & eorum animas indicibilibus tormentis cruciari post obitum, tam in hoc mundo, quàm in futuro sæculo, nisi viventium suffragiis adjuventur, & amicorum bonis operibus. Animas illas infelices vagari errabundas circa sepulcra, agitari in aëre per Dæmones, qui in eas furenter sæviunt: trudi huc & illuc à violentia ventorum: sursum elevari, fulminibus deorsum rotari, rupibus illidi, & omnibus angustiis, & doloribus vexari usque ad diem judicii: Quando ab Adriele mortis Angelo mortalium omnium animæ occidentur, & rursùm ab eodem pristinæ vitæ restituentur, & corporibus excitatis, & restauratis iterùm unientur: non quidem omnium, sed solorum piorum, & justorum. Nam peccatorum rebellium & infidelium animæ, meticulosorumq; pusillanimorum (qui bonis operibus ab interitu non fuerint redempti) æternæ morti obnoxiæ tenebris inferni, & lacui ignito demergentur, supplicia per omne ævum atrociissima sensuræ.*

Musulmanni pro defunctis orant.

Adriel Angelus mortis.

Mulieres non resurgent in die Judicii ex opinione Musulmannorum.

Hæc sunt Musulmannorum deliria, & fabulæ stoliditate refertæ: ad quarum narrationem tantoperè pavent, ut nihil intentatum relinquant, quod faciat ad liberationem, & quietem defunctorum procurandam: quorum animas exigere suffragia suorum credunt, & execrabilem coram sanctis Angelis eum putant, qui negligenter, vel oscitanter illis postremum hoc pietatis præstat officium. Eas gemere,

mere, tumultuari, & ſuſpirare circum monumenta, & ſæpè ſe viſibiles viventibus præbere pallidas, triſtes, horridas, & ſqualido ſitu obſitas, potiſſimùm animas eorũ quæ condemnationi æternæ non ſunt deſtinatæ, ſed quæ aliquibus peccatis preſſæ detinentur compedibus dolorum ſuper terrâ: donec eorum ſcelera pœnis prę-ſcriptis à Deo, ſuffragiis bonorum, & precibus Taliſmannorum ſacerdotum eluantur. Horum anima in cœlum recipitur ad Deum ſuum conditorem: ſed quędam umbra ſuperſtes remanet doloris particeps cum corpore ſepulto: & hæc eſt quæ redire dicitur, & apparere viventibus. Sequuntur enim Sacerdotes hi, potiſſimùm Arabes, opinionem *Cabaliſtarum*, qui tres animæ partes faciunt. *Prima* illis dicitur *Neshama* planè Divina, abſtracta & ſeparata à corpore. Hanc *Vergilius* Æneid. 6. vocat *Auraï ſimplicis ignem*. *Secunda* nominatur *Ruah:* ea eſt anima rationalis, quæ participat cum Divinitate & corpore, conjũgens utrumque ſimul, harmonia mirabili, dat vitam corpori, & efficit ne abhorreat à carne fragili & mortali in qua habitat. *Tertia* pars animæ eſt ea, quæ hanc harmoniam diſſolvit, eſtque tanquam idolum, ſimulacrum, umbra, & veluti ſquama à corporis ſuperficie abſtracta, eam Cabaliſtæ nominant *Nephes:* vagatur circà ſepulcra, nonnunquam etiam viſibilis, ſed oculis illorum, quos Deus illuminat. Hanc animæ partem *Horatius* lib. 1. Odarum vocat *Animam magnam:* ubi inquit *Animæq; magnæ prodigum Paulum. Vergilius verò magnam imaginem:* ut 4. Æneidos.

Tres animæ partes, ſecundùm Cabaliſtas.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Homerus in Odyſſ. hanc idolum nominat.

Τὸν ῥ' μὲν εἰσενόησα βίλῳ Ἡρακλείλῳ
Εἴδωλον, αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι Θεοῖσιν
Τέρπεται ἐν θαλίης, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

Poſtea, (nempè apud Inferos) *animadverti vim Herculeam Idolum: ipſe verò* (hoc eſt, ejus animæ pars melior) *cum Diis Immortalibus fruitur lætitia, & habet formoſam Heben.*

Et hæc *Nephes* eſt capillus ille fatalis in vertice capitis hominum, *Plutoni* & *Proſerpinæ* devotus, qui antequam abſcindatur, & avellatur à vertice, anima non poteſt à corpore ſeparari. Ita quoque hæc *Nephes*, niſi abſtracta ſit, quaſi ſquama à ſuperficie, homo vitam hanc deſerere nequit. Si quis de hac materia plura cupit diſcere, legat *Loyeri* tractatum de Spectris, qui fuſiſſimè narrat, quæcunque ad hanc rem pertinent.

Atque hæc animæ pars ea eſt, (ſi Cabaliſtarum doctrinæ credamus) quæ à Magis & Necromantis evocatur, Plutone & Proſerpinâ primùm placatis: Quæ ſi corpora ſua priora induiſſent, habitumq; qualem in vita geſſerant ſumpſiſſent, reſponſa earum νεκυομαντεῖαι vocabantur. Dumque eas evocarent Magi, aras geminas, & pares ſtatuebant, quas vittis nigris, vel cœruleis ornabant, adhibitis Cupreſſi, vel Taxi ramis. Ad aras immolabant pecudes; quarum ex jugulis effluentem cruorem excipiebant pateris, & infundebant in ſcrobem aggeſtæ terræ; illique miſcebant vinum, lac, & mel: viſcera verò mactatæ victimę igne incenſo ter circùm aras geſtabant: quibus peractis animæ mortuorum carminibus Magicis obmurmuratis credebantur ex imis inferis protrahi, & aſſiſtere evocantibus: Si tantùm evanidis & tenuibus apparerent umbris reſponſa earum σκιομαντεῖαι dicebantur. Tum libatis poculis, inſperſo rogo, & ſepulchro, nigram victimam immolabant, & ejus viſcera oleo conſperſa injiciebant in pyram; quam ſtructam oportebat ex lignis ſterilibus, vel ex fragmentis capulorum, feretrorum, & ſandapilarum, quibus corpora defunctorum ſepulta erant: ea quoque ſacra ſub veſperam, vel noctu peragebantur. Id fiebat *Romæ* ter quotannis: poſtridiè *Vulcanalium*, ante ſexto eidus Novembris, & ante tertiononas Octobris, idq; in *Campo Martio* loco apellato *Terentum*. Quæ ſacra feruntur inſtituta à *Sibylla Cumæa*; ad ripam Tyberis, loco ſub terram abdito; ubi ara *Diis Manibus* erat ſacrata, & *Summano Plutoni*; quibus ſacrificabatur victimis, mero, & epulis: & id atro die fieri non erat permiſſum, ne *Manes* infeſti redderentur.

Evocatio animarũ.

Hæc opinio de animarum reditu noſtro quoque tempore apud diverſos populos ita retenta eſt,& in animis hominum ſtabilita,ut plerique exiſtiment eas per viſiones multis apparere, rogareq; ut certis ceremoniis illis parentetur, quò à tormentis,quibus infeſtãtur, poſſint liberari. Apud *Græcos* multis in locis ad mortuorũ ſepulchra conſtitutis anni certis diebus conveniunt amici, & conſanguinei, ut ſuis defunctis parentent: adferuntur catini pleni obſoniis,juſculis,pulmentis, & carnibus,cum aliquot vini puri cantharis. Ex iis partẽ aliquam ſibi ſeligit, & ſeponit ſacerdos; reliqua recitatis precibus, & aqua luſtrali conſperſa conſecrat, ſtatuitq; ſuper ſepulchrũ defuncti: Adſtant cognati, & amici pullis amicti ſyrmatibus; mulieres potiſſimùm,quæ planctu,& ejulatu leſſum miſerabilẽ ducunt, ſacerdote ſacras preces ex libro recitante, & crebra luſtralis aquæ conſperſione impedito: interim anima defuncti,(quã circum ſepulchrũ volitare vagabundã credunt tantiſper, donec ſuffragiis,& precib.amicorũ luſtretur, & repurgetur à delictis & peccatis, quæ in vita cõmiſit) in his cibariis ſeſe refocillat, & aliquantulùm reficit,ſolamenq; non mediocre recipit,in ſuâ triſtitiâ,& anguſtiis: quod ſæpè verbis expreſſis teſtatur,apparens ſub formâ mortui, vel nutu geſtúve exprimit, & declarat bene ſecũ agi, recipiq; à Deo in æternam quietem. His peractis,pauperes, qui ad exequias convenerunt,in ciborum catinos involant,& omnia devorant,benedicentes mortuo,& pro ejus quiete,& pace precantes. Nam de iis,quæ conſecrata ſunt animabus, non licèt ſacerdoti quicquam deguſtare; ne eorum eſu polluatur ordo ſacerdotii: propterea ante conſecrationem partem vini, & ciborum ſeponit in ſuum uſum.

Parentatio Græca.

Hecla mons Iſlandiæ.

In *Iſlandia* Inſula maris Septentrionalis mons eſt *Hecla* nomine, ubi immane barathrũ profunditatis horrendæ conſpicitur: deſcenſum ad Inferos illinc patere credunt incolæ: propterea quod aſſiduis ejulantiũ planctibus, & miſerabilibus lamentis locus ille perpetuò perſonet,& remugiat ululatibus: ita ut voces plorantiũ, & horrendo boatu clamantiũ ad milliare integrũ exaudiantur. Tunc autem maximè augentur iſti ploratus & tumultus,circa hanc infernalem voraginem, quotieſcunq; pugnæ,& prelia cõmiſſa ſunt in externis regionibus,etiam in diverſis mundi partibus,vel cædes,cruentęq; lanienæ,naufragia,& ejuſmodi clades publicæ, quibus multa hominũ millia intereunt: Tunc ad hoc barathrũ catervatim confluunt ſpectrorũ multitudo infinita,& in voraginem præcipitantur. Incolæ his viſionibus monentur,alicubi clades,& cędes accidiſſe longo tempore antequã per tabellarios certiores reddi poſſint. Horrẽda illa abyſſus circumquaq; cincta eſt proceris arboribus,& lucis denſiſſimis,in quib. nidificare putantur aves nigræ vulturũ magnitudine, quæ circumvolitant loca longè latéq; dirâ crocitatione cõplentes. Mons undiq; mari cingitur,arcta tantùm ſemita à cõtinente porrecta,iter ad eũ prębet. Sed nemo ad eum montẽ acceſſiſſe unquam ſine certiſſimo vitæ periculo viſus eſt: & ſi quæ navis fortè eò tempeſtate acta deveniat,naufragio,& turbinib.perit: Ideò fugitur ab omnibus,non tantùm incolis, ſed etiam ab ipſis peregrinis,qui loci horrore,& perpetuâ nubium denſarum caligine tecti metuunt propiùs accedere. Aves illæ plerunque tantâ multitudine in aërem volatu elevantur, ut inſtar denſæ nubis ſolis jubar offuſcent, & obſcurent: Neq; ſine causâ incolæ illius Inſulæ eſſe eum locum deſcenſum ad inferos credunt,avesq; illas atras voce,colore, magnitudine,& formâ ab aliis differentes eſſe Dęmones,& Spiritus infernales,qui ſub his figuris apparent. Iis in locis videntur ſæpiùs hominum agmina pallore & macie horridorum, qui cum ploratu, & lamentabili ejulatu tanquam deſperabundi ad illam voraginem ſe conferunt; coacti,ut præ ſe ferunt, urgenti neceſſitate. Inter quos plurimi agnoſcuntur ab iis,qui ſunt in vicinia, ſi qui ex eorum agnatione, vel amicis paulò antè mortui ſint. Plerumq; etiam mandata dant obviis, ut filiis, conjugibus, agnatis,aut amicis renũcient,quæ fieri velint,ut liberentur à pœnis,quibus exercentur. Hæc veriſimile eſt contingere operâ,& præſtigiis Dæmonum, qui in iis *Septentrionalibus* locis maximè regnant, ſpectraque exhibent varia populo, cui imponunt.

Spectra in Heclâ.

Ex

Ex eodē monte duos fontes erumpere ſcribit *Olaus Magnus*: quorū alter frigiditate intolerabili & lethifera, alter æſtu, & fervore ſupra omnē elementalē calorē.

His præſtigiis ita faſcinati, & obcœcati ducuntur illi *Septentrionales* populi, ut certò exiſtiment phantaſmata hæc Diabolica (quæ illis ſub hominum ſpecie apparent,) eſſe defunctorū animas: ideò voluntariè illis occurrunt, & ſciſcitantur ab illis de rerum futurarum eventu: ultrò compellant, & ad colloquia provocant, & quæcunq; ab iis didicerunt, ſummo ſtudio, & cura exequuntur. Quin & in mari glaciali vicino fama eſt, certis anni temporibus horrendas cieri tempeſtates eximo pelagi, quibus impetu citato congelatum mare diſrumpitur, fragmentaque glaciei immani magnitudine, & craſſitudine ventorum violentiâ agitata ſurſum ſupraq; deturbari, & concuti cum pavendo ſonitu: exaudiri inde voces, & clamores hominū, qui diſcerpi, & excarnificari horrenda illa colliſione creduntur: neq; ſolùm auribus percipi eorum gemitus, ſed etiam corpora conſpici rotari, & immergi ſpumātibus undis, in altum extolli à fragminibus glaciei, ſubitoq; cum impetu violento præcipitari, ac rursùs in profundum demergi. Ea res tanto metu concutit incolas, ut nihil omittant inexcogitatum, aut intentatum, quo miſerorum hominum animas à tam horrenda carnificina liberent.

Phantaſmata maris glacialis.

CAPVT IV.

ANtiqui omnes ſanæ mentis defunctorū animas crediderunt poſt corporis interitum manere ſuperſtites, acutiusq;, & perſpicaciùs omnia intueri, & cognoſcere; quę antea corporū terreſtrium ſenſu obtuſo, & hebete non potuerunt aſſequi: proq; integritate vitæ anteactę cœlo recipi, frui beatitudine, & felicitate æternâ, aſſidere Deo ſummo, & mortales adjuvare in afflictionibus. Sed qui inter antiquos fuerunt imperitiores, & ſuperſtitionib. magis addicti, exiſtimaverunt animas mortuorū redire evocatas, & monere homines de iis quæ futura eſſent: ideò multa ſunt commenti ad has ſuperſtiones promovendas: cui rei Dæmon ſe facilem præſtitit, ut mentes hominū à Deo averteret, eaſq; ad ſui cultum adduceret: propterea multis in locis legimus voce articulata locutos Spiritus evocatos, & ad interrogata reſpondiſſe: apparuiſſe corporibus humanis, aut aliorum animantium veſtitos; vel tenuibus, & evanidis umbris oculos mortalium perſtrinxiſſe, & multa prædixiſſe de futuris, & incertis caſibus. Hanc *Necromantiam* quidam acceptam ferunt à *Zoroaſtre* (ſive fuerit *Chemus* Noæ filius, ſive *Chemi* nepos, Oromaſi filius *Bactrianorum rex,*) qui hanc artem ab avo traditam ab *Agonate* didicerit, ut tradit *Plinius lib.* 30. *Zoroaſtres centum millia* verſuum in ea arte ſcripſiſſe traditur, quos *Hermippus* doctiſſimis illuſtravit commentariis. Poſt hos ſecuti ſunt *Apaſcorus* & *Zorates Medi*, *Marmaridius Babylonius*, *Hippocus Arabs*, *Zarmocenidas Aſſyrius*, & *Hoſtanes Perſa*, qui *Xerxem* in bello contra Græcos ſecutus eſt, ſuaque arte multos vita privavit. *Curtius* libro ſexto mentionem facit cujuſdam *Cobari Medi*, celebris Magi tempore *Alexandri Magni*, dum bellum gereret contra Bactrianos.

Zoroaſtres Magiæ auctor.

Magi præcipui.

Pharmacia circa philtra, & potiones verſatur, quæ animos hominum ad amores pelliciunt, vel in odium, aut furorem concitant. Utitur etiam unguentis, & pulveribus Lethiferis ad morbos, ulcera, paralyſes, artuum contorſiones, & mortem per infinitos languores promovendam: venefici qui hac utuntur, non tantùm circa perniciem hominum, & brutorum occupantur; excitant incendia, movent tempeſtates, turbines ventorum, & grandines fulguraque, quibus animi mortalium percelluntur, occiduntur animantia quæque, ſubvertuntur montes, turres, ædificia; concutitur terra; fruges telluris, & fructus corrumpuntur, inficiuntur aquæ, vitiatur aër, infinitæque calamitates, & damna perrumpunt in humanum genus operâ *veneficarum*, *Lamiarum*, *Strygum*, & *Sagarum*: ideò juſto populorum omnium judicio igni cremandæ condemnantur.

Pharmacia.

Clavicula Salomonis.

Ex iis quidam ad movendos in animis hominum amores sceleratos, & impuros utuntur ea *Magia*, quam *Claviculam Salomonis* vocant: Ad quam impietatem baptizant lapidem *Calamitam*, eumque suis applicant incantationibus. Ea usum *Aaronem* ferunt Judæum: qui lectis adjurationibus & exorcismis eo libello contentis, catervas Dæmonum visibilium ultrò ciebat, & illis præcipiebat quæ fieri vellet, obsequentissimos ad sua jussa sæpiùs Dæmonas expertus.

Lapis Calamita baptizatur.

Lauri incantatæ.

Alii *cereas imagines*, vel *Lauros* incantatas servant ad eundem effectum: de Lauro apud *Theocritum* legimus, *Simetram* quandam *Daphnim*, quem ardebat affectu impotenti, ad insanum amorem pellexisse sacrificiis, & verbis Magicis.

Urit me Daphnis, uro hanc in Daphnide laurum:
Et velut hæc stridet flammis succensa, nec usquam
Cernimus è tenui cinerem supereſſe favillâ,
Sic paribus flammis tabescant Daphnidis artus.

Ligulæ nodus Magicus.

Similes his sunt, qui *ligulam nodare* dicuntur: hoc est incantationibus profanis impediunt congressum viri cum uxore: quorum numerus frequentissimus est in Gallia; non solùm inter plebejos, & perditæ vitæ homines; sed hanc impietatẽ noxiam exercent etiam viri, & matronæ honestæ; neque putant hoc tam enormi facinore Deum offendi: quòd id impune patrent omnes, & doceant: eaque execranda incantatio excipiatur ubiq; risu, & joco populari: quamvis excellentia matrimonia sæpiùs hac Magia solvantur, & conjugale vinculum à Deo institutum labefactetur. Ac ne in hæc discrimina multi veniant, procurant, ut ante lucem advocato Sacerdote sacra fiant, & matrimonii ceremoniæ, in quibus hæc committitur profanatio, perficiantur. De his *Paulus Guirlandus* mentionem facit, *tractatu de Sacrileg.* & *Petrus de Palude lib.* 4. *dist.* 34. *Bonaventura* Doctor Seraphicus *quæst.* 2. *artic.* 2. *Thomas Aquinas part.* 1. *quæst.* 8. *Thomas Brabantinus tractatu de apibus. Alfonsus de Castro*, *Joannes de Turrecremata*, & alii. *Herodotus lib.* 2. tradit *simili incantatione victum fuisse Amasin regem Ægypti, & impeditum, ne rem haberet cum Laodice uxore sua, donec esset solutus carminibus, & precibus contrariis.* *Paulus Æmilius* in vita *Clotarii* secundi scribit, *Theodoricum à suis concubinis eodem modo ligatum, ne posset congredi cum Hermemberga conjuge.* De his maleficis *Canon.* 33. *quæst.* 8. loquitur his verbis: *Si per Sortiarias, & maleficas artes occulto, sed nunquam injusto Dei judicio permittente, & Diabolo procurante, concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrendum.* Hodiernæ quoque Ecclesiæ hoc statutum observant, *ne fascinationes ejusmodi contrariis solvantur incantationibus, etiam si fieri posset; sed Dei optimi providentiæ id relinquendum.* Multa de his leguntur apud *Bodinum lib.* 2. *Dæmonomaniæ cap.* 2. Hæc res multos reddit anxios, vix sibi persuadentes, ut viri boni talibus veneficiis sint obnoxii, cùm iniquum censeant, tantum potentiæ concedi maleficis & sagis: Sed experientia quotidiana nimis verum esse probat, quod scriptis antiquarum, & recentiorum historiarum memoriæ proditum est. Sive id accidat herbarum succis, sive lapidum virtute, aut potionibus ad id compositis, sive solis verbis pronunciatis (quod inter Gallos fit) dum Sacerdos ex verbis Domini dicit, QUOD DEUS CONJUNXIT, HOMO NON SEPARET: Scelerati isti homines contraria quædam obmurmurant, ligulámque ad hoc maleficium præparatam in nodum connectunt: cujus implicatione impeditur mariti novi cum uxore congressus, Dæmone relaxante nervum, & efficiente ne arrigatur, vel reprimente calorem naturalem, & virtutem calefactivam; nonnunquam obturando vasa seminaria, ne exonerari possint, aut discutiendo vigorem, & spiritus, qui eas partes inflant, & arrigunt: aliquando interponendo corpora aliqua aliundè assumpta, ne vir mulieri jungi possit. Nam hoc eveniſſe mulieri nobili scio, quæ asseverabat aliquid fuisse interpositum, quo minùs viri contactum sentiret: ideò divortium auctoritate Principum factum est, ut ea nubere posset iterùm: vir illius primus adhuc superstes cælibem agit vitam, & ex concubinis filios tres suscepit. *Joan. Baptista Porta Neapolitanus lib.* 2. Magiæ naturalis

ralis multa de portentosis ejusmodi incantationibus scribit, *in tractatu de Lamiarum unguentis*: quæ monstrosa præparant pharmaca ad nocendum, & vexandum genus humanum, instigante & propellente Diabolo, cujus servitio sese mancipa-runt.

Quæ & quanta *Magi* exsequantur, & perficiant, satis testatum habemus ex antiquorum & recentiorum auctorum libris. Ut de *Autolyco* Mercurii filio furacissimo homine: qui non tantùm subtilissimis modis res alienas à possessoribus subtrahebat, sed & subtractis aliam tribuebat formam, ne agnoscerentur. Et de *Pasete* legitur, qui cùm unicum haberet obulum, eo omnia emebat necessaria, & statim cum re empta obulus in crumenam Domini redibat: unde natum est proverbium PASETIS OBULUS. De Circe venefica, nota sunt quæ ab *Homero* & *Vergilio* dicuntur: *Autolycus.* *Pasetis obulus.*

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam:
Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Et apud *Ovidium* venefica quædam his verbis de se loquitur: *Medea.*

Cùm volui, ripis ipsis mirantibus, amnes
In fontes rediêre suos; concussaq; sisto,
Stantia concutio cantu freta; nubila pello,
Nubilaq; induco; ventos abigoq;, vocoq;:
Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces:
Vivaq; saxa suâ, convulsaq; roboraterrâ,
Et sylvas moveo, jubeoq; tremiscere montes,
Et mugire solum, Manesq; exire sepulchris.
Te quoq;, Luna, traho: & quæ sequuntur.

Hæc omnia carminum superstitiosorum, & incantationum nomine fiunt, conceptis aut prolatis verbis; quibus Diabolus vim, & energiam tribuit, aliquando re vera, nonnunquam fascino, præstigiisque, vel etiam ludibrio. Solet enim evocatus apparere aliquando, vel motu, & signo aliquo annuere, vel articulata voce non visus docere, aut perficere postulata. Idque fit non simpliciter, sed carminibus certo ritu pronunciatis; vel superstitiosa observatione circumstantiarum temporis, locorum, personarum; certaque præparatione per cerimonias impias, jejunia, abstinentiam vel usum ciborum, qui inserviunt ad eliciendos Spiritus familiares. Ex vellicatione plantarum, præfixis anni temporibus, ex formatione imaginum ex cera, ligno, vel metallis; quas efformant, & consecrant ad præfixos, & observatos cœli, & astrorum positus: His monstris dolores, cruciatus, languores movent in absentibus, vitam etiam nonnunquam terminant. Notum est, quid ante paucos annos scriptis mandatum sit publicè *à Marchione Badensi*, de statua illa cerea consecrata in ejus perniciem à duobus Italis, qui supplicio publico affecti sunt. Quid dicendum est de *Carolo nono Galliarum rege*, qui creditur simili modo interemptus, incantationibus magni cujusdam viri, postquam præparasset statuam magicam ad hunc usum consecratam? Horrenda sunt hæc, & fidem omnem superantia, nisi vera esse doceret quotidiana experientia: DEO hanc potestatem tribuente Spiritibus malignis, ut malos puniat; bonorum patientiam probet, & exerceat. *Quo modo spiritus evocati veniant.* *Cerei imagines Magica.* *Marchio Badensis.* *Carol. IX. Galliæ Rex.*

His non absimile exemplum legimus de *Meleagro* Oenei Calydoniæ regis filio, quem propter interfectos avunculos *Toxiteum*, & *Plexippum*, *Althæa* mater diris, & inusitatis cruciatibus absentem confecit: imposito nempe flammis ardentibus *stipite fatali*, quem adcuratè servaverat à momento nativitatis filii *Meleagri*. Dum enim pareret visa est sibi videre tres *Parcas* igni assidentes, & manibus titionem ustulatum, & è foco extractum versantes, æqualemque puero cum stipite vitam, & conservationem adsignantes. Cumque recessissent Deæ, Althæa Titionem confestim sustulit, diligentique cura asservavit: donec in venatione apri *Calydonii*, à *Titio Meleagri.*

Diana immissi ad devastandos agros, *Meleager* caput feræ occisæ dono dedit Athalantæ, virtutis præmium, quòd prima aprum sagittâ vulnerasset: Sed dum Principis avunculi invidiâ moti, ferre non possent, puellam præferri tot juvenibus robustis, & magnanimis, donum puellæ ademerunt: qua re irritatus *Meleager*, utrumque trucidavit. *Althæa* mater doloris impatientiâ in furorem acta, fratrum cæde nunciatâ, stipitem fatalem in ignem conjecit: dumque is flammis paulatim torreretur, & consumeretur, *Meleager* diris excarnificatus cruciatibus, consumptis omnibus visceribus, & intestinis miserrimè vitam finivit. Dubium non est illum titionem à *Sagis*, & *veneficis* mulieribus, quæ Dearum forma apparebant, foco assidentes, fuisse incantatum, & magicis verbis consecratum, ut cum eo superstes vita *Meleagri* servaretur.

Nemo dubitat omnibus sæculis maximam fuisse *Magorum* potentiam, indulgente iis Deo maximo, propter peccata, & impietatem mortalium: ad quos puniendos frænum relaxat Dæmoni, ut sæviat in malos: eo tamen modo, ne limites sui furoris à Deo præscriptos excedat. Quod clarè testatur historia JOBI. *Vergilius Æneid.* 4. introducit *Didonem Annæ* sorori dicentem, (cùm cuperet se amore *Ænææ* liberari) sacrificia se velle Magica instaurare, & pyram excitare, qua memoriam viri fugitivi consumeret, Illa ait:

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos:
Hæc se carminibus promittit solvere mentes,
Sistere aquam fluviis, & flumina vertere retrò:
Nocturnosq; ciet Manes. Mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Augustinus lib. *de Civitate Dei*, loquens de his veneficis, inquit: *Hæ elementa concutiunt, turbant mentes hominum; & sine ullo veneni haustu, violentia tantùm carminis interimunt.* Idem *Lucanus* asserit:

Mens hausti nullâ sanie polluta veneni
Incantata perit.

Et *Tibullus* de quadam venefica ait:

Hæc se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit; atq; aliis duras immittere curas:
Sistere aquam fluviis, & vertere sidera retrò.

Et *Ovidius* de *Mycale*.

Mater erat Mycale: quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.

De *Circe*, de *Medea* infinita ejusmodi produntur apud auctores, quæ fidem omnem superant. Quibus etsi pleraque fabulosa immixta sint, certum est tamen illas *arte Magica* sibi nomen celebre parasse.

Curas animis immittere.

Quod autem superiùs in versu *Tibulliano* diximus:

Ast aliis duras immittere curas.

Constat hodiè carminibus multos ita fascinari, ut noctes integras exigãt insomnes, summa inquietudine animorum & corporum: qui quamdiu sortes istæ Diabolicæ durant, membra huc & illuc sine intermissione versando defatigati anxietate animi torquentur, neq; ullo pacto possunt quiescere: & hoc dicunt *dare alicui malam noctẽ*: Id quoq; exerceri superiori anno animadverti à *Vestalib. virginibus* per jocum: quo Deum seneutiquã offendere putant, propterea quòd inter multos id in usu receptũ vident: ita edoctæ à vetulis mulieribus, insciæ & imprudentes gravissimè peccant.

Dare malã noctem.

Porphyrius introducit *Proserpinam* his verbis dicentem:

Proserpinæ simulacrũ magicum.

Quale mihi facias simulachrum, adverte, docebo.
Sylvestri cape nata loco, atq; absynthia circùm
Ponito: tunc totum celato & pingito mures,
Qui soleant habitare domos: & paulò post:

Tunc

Tunc myrrham, thus, ſtyracem, ipſorumq́ cruorem
Conterito murum ſimul; & ſacra deſuper inde
Verba cane. Tot verò adhibe, muresq́ repone,
Quot mihi tu eſſe vides formas. Tunc ſumito laurum,
Exq́ ejus trunco vaginam aptato, piasq́
Tunc effunde preces ſimulachro, & debita ſolve
Vota. Hæc ſi facies, per ſomnum meq́ videbis.

Hoc mandatum eſt Dæmonis, quo imperat ſibi ſerviri, ſibi ſupplicari, & ſe invocari, ut per ſomnum appareat, ſupplici oſtendat, & doceat quæ facienda ſunt: quo modo hominibus noceat, mentes eorum turbet, & infinita flagitia admittat.

CAPUT V.

AD Magiam pertinent *Characteres* diverſi, incantationum nomina monſtroſa & inuſitata; quæ omnia collo, vel manibus infirmorũ adplicata, morbos depellunt, à periculis eximunt, gladiorum aciem retundunt, ne iis impetiti vulnerentur. Horum amuletorum præbitores φυλακτήριοι dicuntur, vincula quædam ex filis ſericis contexta (περιάπτα vocantur) complicant, & iis ſcripta, vel characteres indunt, colloque adpenſa proſunt ad omne noxium vitandum: de quibus *Theod. Balſamon in Synodum 6. in Trullo* diſſerit. Apud *Suidam* legitur jam indè à *Minois* tempore fuiſſe homines, qui verbis, & ſacrificiis morbos curarent. Et apud *Homerum* traditur, *Autolycum* à profluvio ſanguinis fuiſſe verbis liberatum. Ejus farinæ ſunt ſchedulę *membranis virgineis vel ſecundinis* deſignatæ, quibus *Embrionis* caput in utero matris involvitur. Hæ ſervatæ, & filamentis in certos nodos implicatæ, pectori adhærentes, efficax amuletum præbent. De his *Gregorius cauſa 26. quæſtione 5.* inquit: *Si quis Ariolos & incantatores obſervaverit, aut phylacteriis uſus fuerit, anathema ſit.* Sunt qui adhibitâ gladii cuſpide ſeræ alicui, duobus digitis cruce capuli ſuſpenſa, & pronunciatis aliquibus verbis, repagula ſcrinii, vel januæ ſubitò relaxant, & aperiunt: Alii equo cui velint clavum indunt, ne progredi poſſit eques: Vel ſi equus punctură clavi à fabro ferrario malè in ſoleam injecti claudicet, ſolo verbo puncturam levant. Hoc eſt factum cuidam amico meo, dum *Spiram Nemetum* veniſſet, & prandio eſſet occupatus, juſſit famulis ut ephippia reſarcirentur, longo uſu jam attrita: Ephippiarius neceſſaria procuravit, ſed Domino menſæ aſſidente, precium non eſt ex tempore perſolutum: quare domum reverſus expectavit donec laboris merces illi daretur.

Φυλακτήριοι.
Περιάπτα.
Characteres.
Morbi ſolis verbis ſanati.
Membranæ virgines.
"
"
Gladius faſcinatus.
Clavum indere calci equi.

Abſoluto prandio viatores itineri ſe dedunt: cumque jam urbe exceſſiſſent, Ephippiarius mercede ſe fruſtrari ægrè ferens, pronunciatis aliquibus verbis effecit, ut equi omnes claudicarent: Urbemque citato curſu egreſſus, invenit bonos viros circa jumenta eſſe non mediocriter occupatos: apud quos conqueſtus, quòd non ſolutâ laboris mercede diſcederent: illi excuſantes factum, famuli oblivionem, Dominus ſervorum negligentiam, ſolverunt liberaliter precium. Artifex, Bono animo eſtote, inquit: ſalvi ſunt equi veſtri, & valentes: abite in bonam rem, & fideliter, quæ debetis, deinceps ſolvite. Factumque eſt, ut equi reſumptis viribus alacres ad viam redditi ſint. Et puella oculorum lippitudine laborans, cùm conſuluiſſet virum bonum de remedio: ſchedulæ inſcripſit verba Germanica, quæ Latinè hoc ſonant: *Diabolus eruat tibi oculos, & concavitates eorum concacet*, involutamque ſchedam ſerico panno, juſſit eam applicari collo puellæ: ſtatimque lippitudo ceſſavit. Quam cùm tollere juberetur à parentibus, in morbum relapſa eſt. Rursùm ſchedulâ cùm uteretur ad præſcriptum tempus, ægritudine levata eſt. Aliquanto poſt, puellæ parentes cupidi ſcire quid ſchedâ contineretur, cum admiratione, & ſtupore legerunt verba illa fœda & turpia, tantam in ſe continere energiam: ſive id ex perſuaſione

Ephippiarii Spirenſis incantatio.

Puella lippitudine laborans ſanata.

puellæ

puellæ contigerit, ſive ſcripto illi vim aliquam occultam tribuerat Diabolus. Qualiscunque ſit horum ratio, & cauſa, mirùm in modùm afficit mentes piorum: qui cùm hæc omnia refugiant, & abominentur, tanquam Diabolica, & verbo Divino contraria, animadvertunt tamen miros effectus quotidiè ex his incantationibus procedere: quorum cauſam in malitiam Dæmonis referre coguntur.

Diverſas materias corporibus humanis inſeri,

Inveniuntur & venefici, qui corporibus hominum inſerunt clavos, calculos, ſetas, pilos, acus, ſpinas, & alia ejuſmodi cuti neutiquam læſa: his maleficiis uſque adeò anguntur, & cruciantur ægroti, ut diſcerpi, & laniari aſſiduis planctibus ſe conquerantur, tamdiu donec incantationibus contrariis adjuti, excernant ea ferramenta cum copioſis excrementis purulentis. Accidit in *Germania* ſuperioribus annis, ut anus mendica petiverit panis fruſtillum ad ſedandam famem: ancilla præ foribus ſedens cultro repurgabat rapas, ad Domini prandium: illa moroſiùs, & duriùs quàm par erat anum mendicam excipiens, illam juſſit ſe inde movere, verbera minitans, niſi ſe ociùs reciperet. Atque, reſpondit mulier, tu temeritatis tuæ pœnas brevi dabis: ita diſceſſit à conſpectu ancillæ graviter indignata. Quæ circa ſe verſans oculos, nuſquam ſuum cultrum invenit. Sed latus intorquens tanquam vulnere accepto flebiliter querebatur. Ingraveſcentibus doloribus, & ſummo cruciatu debilitatâ puellâ, medici advocantur, qui de morbo judicarent, & illi mederentur. Alii *pleureſin* eſſe aſſerunt, alii ulcere aliquo maligno vitiata viſcera: adhibẽtur fomentationes, & emplaſtra neceſſaria: dolor nullo modo compeſcitur, ſed in dies magis ac magis aggraveſcit: & jam locus læſus apoſtema indicabat: reſolvitur tumor, apertaque cute ſeſe exerit cuſpis cultri fœda rubigine infecti: extrahitur à medicis: & agnovit ægra puella eum eſſe cultrum, quo ante multos dies rapas repurgaverat, dum illi repulſam dolens mendica minitata fuerat ultionem. Quid hic dicendum ſit neſcio. Niſi fide digni auctores id ſcriptis affirmarent, & experientia verum eſſe oſtenderet, fidem omnem ſuperare videretur: cui ratio nulla reddi poteſt, niſi Cacodæmonem, qui mille nocendi artes tenet, & exercet, materias hujuſmodi reſolvere, ut cute hominum inoffenſâ eas ingerat, & inſinuet ſubtiliter inter muſculos, aut ſubter cutem, poſtea ingeſtas rurſùm ſolidet, & in integrum reſtituat.

Culter lũbis ancillæ inſertus.

Præſtigiatores.

Huc quoque referendi ſunt *incantatores illi*, qui præſtigiis ita effaſcinant oculos ſpectantium, ut videantur videre, quæ non vident, de quibus *Joan. Baptiſta Porta* mentionem facit *lib. 2. Naturalis Magiæ:* ubi inter cætera modum lychnorum præſcribit, quibus aſſidentes videntur equorum, vel aliorum animalium capita humeris geſtare: Quomodò cœnacula, vel cubicula diverſis tincta coloribus appareant: Domus argentea, & luminoſa fulgeat: formoſa facies macillenta & pallida; adſtantes ſine capitibus: ad lucem lampadis ſuſpenſæ ranæ ſileant noctu: homines gigantum altitudine, & vaſtitate ſpectentur: aſtra vagari, & ſuo loco moveri exiſtimentur: & alia plurima: ut ſomnos conciliare etiam invitis, dementes reddere, corporis ſuperficiem lepræ forma inficere: ſolo tactu plagam, vel ulcus inducere: mulieribus lotium compeſcere: convivas accumbentes ab eſu impedire: furtum cognoſcere: canes à latratu arcere: grandines, & tempeſtates imminentes abigere: homines longa ſaltatione torquere: ut gallus gallinaceus quaternis alis, & totidem pedibus naſcatur: ſomnia inducere clara, obſcura, læta, triſtia, metu plena. Hæc ad naturalem Magiam referunt ingenioſi iſti homines: affirmantq; conſtanter, & perſuadere ſtudent nihil in iis impoſturæ, nihil faſcinationis, aut præſtigiarum ſubeſſe, ſed naturales iis cauſas tribuunt: quas quia pauci intelligere poſſunt, eos ignorantes, ſtupidos, & ſecretorum naturalium imperitos vocitant: imò ſpeciali gratia ſe à Deo donari aſſerunt, & à Geniis cœleſtibus doceri, & inſtrui volunt.

Lychni incantati.

Rana ſilent ad lampadis flammam.

Diverſa præſtigiarũ genera.

In Luna ſcribere.

De iis qui in *orbe Lunæ ſcribere* plurima ſe profitentur, quæ ab aliis longo terrarum intervallo diſſitis legi poſſunt, idem eſt ſentiendum. Neque mihi hoc quiſquã

per-

persuadebit aut fieri posse (quod tamen olim à Pythagora factitatum legimus,) vel si fiat, sine milleartificis Diaboli industria fieri. Et hujus tam excellentis scientiæ ignarus esse malo, quàm naturæ secretorum peritus, cum suspicione Magicæ impietatis, inter homines in admiratione haberi. Ego non dubito magnos olim Philosophos vixisse, qui miraculosa, & prodigiosa hominibus exhibuerint plurima: sed de iis judicium ferant alii.

Trithemii Steganographia.

Joannes Trithemius Abbas Monasterii S. Jacobi *Herbipolitani*, & Præsul divi Martini in *Spanheim* Maguntinæ Diœcesis, homo doctus hæc de se scribit: *Anno Dominicæ nativitatis* 1499. *indictione Romanorum secunda, sciscitanti per Epistolam Arnoldo Bostio Carmelitæ Gandavensis oppidi, quid novi ederem, quibus vé studiis occuparer: cui cùm rescripsissem, literæ meæ in Bostii manus non pervenerunt, mortui paulò antè: ita factum est, ut literæ publicatæ, me in suspicionem adduxerint, aut mendacii, vanæq; jactationis, vel communicationis cum Dæmonibus: propter admiranda quædam, quæ in ea Epistola continebantur: de quibus ibidem his verbis. In manibus jam habeo grande opus: quod si unquam fuerit publicatum, quod absit, totus mundus mirabitur: cujus primi libri titulus est* STEGANOGRAPHIA. *Erunt autem quatuor libri: quilibet ad minus centum capitulis distinguetur. Maxima docet, omnibusq; nescientibus stupenda, & incredibilia, quæ à sæculo nunquam sunt audita.*

Quid libri Steganographiæ contineãt.

Primus enim liber continet plusquam centum modos occultè scribendi quicquid velis, sine omni suspicione, sive literarum transpositione, sine omni timore: ita ut non sit homo in mũdo, qui naturali industria scire, vel suspicari quidem possit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex me.

Secundus liber continebit per ignem conceptum mentis declarare absenti, & longo terrarum intervallo dissito, ad centum milliaria etiam, aut ampliùs, sine verbis, sine scriptis, sine signis, per nuncium, qui meam mentem ignorabit. Possum & amico homini profundo carcere concluso significare quæ volo, modò artem noverit, etiamsi remoto, & secreto loco detineatur, idq; sine superstitione, aut Spirituum adjumento.

Tertius docet, qua ratione homo rudis & idiota duabus aut tribus tantùm horis possit discere linguam Latinam, Græcam, vel aliam quamlibet, ita exactè, ut facilè intelligi possit à doctis.

Quartus continet multa stupenda, sed purè naturalia, ut mentem meam alteri declarem inter edendum, sedendum, vel ambulandum, sine verbis, signis, vel nutibus: & multa alia, quæ in publicum non sunt divulganda. Postea subjicit.

Hoc ideò dico, ut si forte aliquando rumor de me increbuerit, me miranda scire, & facere, ne me Magum existimes: cùm ea agam sine superstitione, aut arte Magica, sine invocatione, aut ministerio quorumcunq; Spirituum: Neu quod Alberto Magno profundissimo rerum Naturalium scrutatori contigit, ut propter miranda, quæ occulta virtute Naturæ operatus est, Magus à vulgò sit habitus. Si quæris unde hæc habeam? non ab homine, neq; per hominem ista didici, sed per revelationẽ, nescio cujus. Cùm enim in lectulo quiescerem, & meum conceptum, tanquã impossibilem, redirem, adstitit mihi quidam dicens: NON SUNT VANA, Ô TRITHEMI, QUÆ COGITASTI. *Et post multa colloquia de singulis per ordinem me docuit, ostendens quomodo omnia fieri possent. Possum autem ista omnia docere in omni lingua mundi, quam nunquam audivi.* Libros hos alibi scribit se ostendisse PHILIPPO PRINCIPI PALATINO ELECTORI: & illi omnia communicasse fideliter soli: quia periculosum esset in manus aliorum hominum venire, qui his arcanis Naturæ mysteriis abusi, per ea multa profana, multa impia, & proterva patrare possent. Postea amarè invehitur in quendam calumniatorem *Picardum Bovillium*, qui illum Magiæ per *Galliam* insimulabat: quod crimen procul à se repellit sacrosancto Jurejurando, & execratione, quâ se diris omnibus devovet, si cum malignis Spiritibus quidquam habeat commercii, aut Magiæ studio sese addixerit.

Visio data Trithemio.

De hac re suam ferat sententiam qui volet: Temerarium esset boni viri famã in suspicionẽ trahere non intellectâ arte. At *miranda sunt & stupenda rerum*, ut scribit, *ignaris.*

Revelationes multæ Philosophis datæ.

Certum est superioribus sæculis multa fuisse revelata doctis illis Philosophis qui speculatione & contemplatione rerum totam vitam occuparunt, abstrusi monasteriis, & collegiis Scholarum: inter quos multi fuerunt, qui curiositate non necessaria ducti, multa per visiones, & Geniorum apparitiones didicerunt: Nemo ignorat libros magicos fuisse servatos à multis; quorum operâ plurima gesta sunt, quæ hominum animos summa admiratione suspenderint, etiam nostro tempore: quod factitatum vidimus à viris illustribus, & pietatis studiosis.

Furtum detectum.

Hic addam quod gestum esse audivi à viro nobili: ut furtum incognitum retegeret: famulum habuit stabularium juvenem satis rusticum, qui Domini cubiculum ingressus, ut ab eo aliquid posceret, scyphum deauratum ex abaco sustulit absente Domino, insciisque omnibus: furtumque fimo stabuli abscondit: cùm paulò post instante cœnâ diu quæsitus non inveniretur scyphus, neque furti auctor cognosceretur: Dominus jussit omnes famulos in unum locum se conferre, secedensque in conclave, murmuratis verbis quibusdam, & adplicato clavo ferreo characteribus designatis, tribus mallei ictibus adhibitis totidem vulnera capiti inflixit stabularii absentis. Qui cùm exclamasset cruore defluente, neque percussor appareret: Dominus è conclavi prodiens, interrogavit, quid tumultus ederetur in ædibus? Narrarunt omnes quod contigerat. Dominus stabularium ad se venire jussit, mandavitque ut aqua fontana, sal, & panni linei illi adferrentur; dumque lavaret, & repurgaret vulnera, remotis arbitris, ne famam famuli læderet, Redde, inquit, scyphum, quem sustulisti: alioqui tot vulnera tibi infligam, donec furto ablatum restituas. Ita juvenis terrore motus reddidit furtum.

Furtum aliud retectum.

Idem post aliquot annos accidit *Heydelbergæ* cuidam amico meo docto homini, Philosopho, & Theologiæ studioso: (nomen hujus sicut & superioris taceo datâ operâ, quia noti sunt.) Hic ad cœnam vocatus cùm post cibum sumptum ad studia redire vellet; tempus erat obscurum, & pluvium: ut cum reliquis convivis retineretur, pallium & galerus in loco secreto absconditus est, mandatumque ne quis conviva illi tegumen præberet: ille per jocum inquit, Restituat mihi vestes ablatas quisquis abstulit, alioqui statim malè excipietur: Ridentibus omnibus, paulò secessit, obmurmuransque nescio quæ verbis summissis, unus è convivis qui vestes absconderat, Colaphis se impeti sensit, nemine adstante qui illum percuteret. Cui exclamanti adcurrens Theologus cum cachinno ait: Propera & pallium cum galero restitue, nisi pejùs excipi cupias. Factum omnes admirabundi spectavimus, & audivimus: Cumque non satis æqua fronte omnes exciperent, vir bonus tanquam ignaros, & imperitos nos coarguit: naturali magia id perfici asserens, quam artem albam nominabat, ad differentiam Nigræ, quæ Dæmonum opificio conficitur. Sed qualiscunque possit esse hæc ars, ejus ignorantiam salutarem, & laudabilem esse duco: & curiositatem nimiam perniciosam.

Fascinatores.

Fascinationem recipit *Magia*: quæ vel verbis, vel aspectu solo perficitur. Sunt enim quidam, qui solo intuitu, si intentiùs in pueros deflectant oculorum aciem, eos in cunis vagientes inficiunt & necant: idem quoque gregibus præstant: ut apud *Theocritum* & *Vergilium* legimus:

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Voce vel visu effascinati pueri, segetes, & arbores.

Isigonus & *Memphrodorus* tradunt in *Africa* suo tempore quasdam fuisse familias, quæ voce & linguâ effascinatos pueros, equos, pecudes, arbores, segetes interimerent & perderent: quod & *Solinus* testatur. Idem *Isigonus* tradit apud *Tribalos* & *Illyrios* quosdam esse, qui geminas in oculis haberent pupulas, atque visu quos diutiùs intuentur interimunt, iratis potissimùm oculis. Cujusmodi in *Scythia* mulieres quasdam esse scribit *Apollonides*, BITHIAS appellatas. Et *Plutarchus* de gente Thibiorum & Paletheobœorum scribit ad Pontum habitantium; quos non solùm pueris, sed etiam adultioribus exitio esse solo intuitu asserit. Alii in cunis vagientibus adhuc infantibus sanguinem exsugunt: quidam abortus procurant: a-

Bithia saga.

Thibii & Paletheobœi solo intuitu interimunt.

lii

lii serpentes incantant, ut ad verba pronunciata citissimè prorepant, & se tractari sine noxa patiantur. *Plinius lib.* 20. recitat quendam *Exagonum Cyprium* Oblogenorum Legatum *Romam* missum fuisse, qui in præsentia consulum permisit se includi vasi pleno serpentibus, à quibus licèt nudus nihil damni accepit, lambentibus illum anguibus. *Serpentum incantatores.* *Exagonus Cyprius à Serpentibus non læsus.*

Marsi populi Italiæ, qui à *Circe* venefica originem traxisse dicuntur, serpentes sine noxa tractabant. De quibus *Sillius Italicus:* *Marsi à Circe orti.*

Et Marsica pubes,
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem
Vipereumq; herbis hebetare & carmine dentem. Et alibi:
Nec non serpentes diro exarmare veneno,
Doctus Atyr, tactuq; feros sopire chelydros.

Magicis verbis multa præter naturam miranda exercentur: quorum ratio certa reddi neutiquam potest, sed ad præstigias Dæmonis referenda sunt. *Tuccia* Vestalis cribro aquâ è Tyberi in templum Vestæ gestavit, ut hoc miraculo suâ pudicitiâ vendicaret. *Æmilia* ignẽ sacrum extinctũ precibus suscitavit. *Claudia* cùm in stupri suspicionẽ venisset, simulacrũ matris Ideæ vado Tyberis inhærens, cingulo navẽ duxit, quâ multa hominum millia trahere nequibant. *Vestales* in genere certis precibus fugitivos servos, qui tamen ex ambitu mœniũ non excessissent, in urbe retinebãt. *Cæsar* verbis occultis efficiebat, ne excideret è curru, licèt everteretur. *Marcus Servilius* contra lippitudinẽ collo adpendebat chartulâ filo lineo alligatam, cui scriptæ erant hæ literæ ρ. & α. *Mutianus* Consul eandem lippitudinem timens, muscam vivam lineo panno involutam, & collo alligatam gestabat. *Tuccia.* *Æmilia.* *Claudia.* *Vestales fugitivos servos retinuerunt.* *M. Servilius.* *Mutianus.*

Sceleστissimi debent judicari, qui Magiam exercentes, humano sanguine sacra peragunt ad futuros rerum eventus perquirendos: *Maxentius* Imperator gravidas mulieres, maximè Christianas, dissecare solitus erat, ut ex earum utero fœtus eximeret, & cremaret: ex quorum cineribus magica sacra faciebat. *Sacra humano sanguine facta à Maxentio.*

Constantius bello Persico occupatus *Magnentium* fratris sui Constantii interfectorem, & Imperium apud Gallos usurpantem in amicitia retinere studens, illi Gallias concessit, si à bello abstineret. Sed *Magnentius* arti Magicæ confisus, à Magis, quos secum habebat, monitus est ne ab armis discederet: qua propter in sacris *virginem jugulavit*, cujus cruorem vino mixtum propinavit militibus: ut hoc potu animis excitatis in prælium viriliter irruerent, & de inimicis victoriam reportarent. auctor *Cuspinianus.* *Magnentius virginis usus est sanguine in Magia.*

Pergamenses à Saracenis obsessi tempore Theodosii, cùm hostium violentiam formidarent, Magi suasu gravidam mulierem inciderunt, & infantem materno ex utero extractum elixarunt, cujus cruore, & jusculo dexteras militum manicas tinxerunt, ut feliciùs pugnarent. *Paulus Diaconus lib.* 20. *Pergamenses gravidã sacrificarunt.*

Heliogabalus ille impurus, & *Julianus Apostata* multa sacra humano sanguine perfecerunt: nam paulò antequam in prælio confoderetur Julianus, dissecuerat mulierem, ex cujus fibris exitum belli Persici perquisiverat: cujus cadaver recens dissectum repertum est Carris, in Templi loco secreto, capillis è laqueari suspensum, & exenteratum; cum aliis multis hominũ calvariis, & ossibus, quos ad hunc usum Magicum immaniter trucidaverat. Et *Apollonius Tyaneus* apud *Domitianum Imperatorem* accusatus est, quòd puero *Arcade* sacra fecisset arcana, ut *Nervæ* adstrueret Imperium, cum quo illi arcta convenerat amicitia. *Heliogabalus & Julianus Magi.*

Magicam potentiam longè extendi constat. Apud *Suidam* leguntur versus *Empedoclis*, quos de seipso conscripsit:

Medicamenta, quæ & mala, & senectutem propulsant,
Audies. Tibi enim soli ego ista omnia conficiam.
Et sedabis indefessorum ventorum vires, qui in terram
Ruentes flatibus rura corrumpunt:

Et vicissim, si voles, reduces ventos adduces.
Et efficies ex imbre nigro tempestivam siccitatem
Hominibus: & efficies ex æstiva siccitate
Flumina fœcunda, quæ q; in æstate spirant.
Et reduces ex Orco defuncti animam viri.

Ventorum cohibitio.

De hac ventorum detentione, legimus *Sopatrum Apamensem* ventorum flatum continuisse, ne naves frumentariæ, quæ ex Ægypto Constantinopolim annonam advehebant, in portum adpellere possent. Qua de re certior factus *Constantinus Magnus* ex indicatione *Ablavii* Præfecti Prætorio, *Sopatrum* securi jussit feriri: post cujus necem venti propitii spirantes, in portum compulerunt naves cum frumento, quo plebs famelica refecta est. *Sigonius lib.* 4. *Imperii Occidentalis, ex Suida & Eunapio.*

Pilapii ventos venales proponunt navigãtibus.

Lapones, vel *Pilapii*, & *Finnii* Septemtrionales populi, Magicis artibus hodiè quoque addictissimi, ventos venales olim Mercatoribus, qui in Septemtrionem navigabant, vendere erant soliti. Tres nodos Magicis sacratos carminibus à loco quodam pendentes eis precio accepto dabant: quorum si primum solverent, placidos habebant ventos: si secundum, vehementiore flatu spirantes consequebantur: si tertium sævissimos & turbulentos obtinebant. Et hac arte utuntur contra navigantes, ut eos tempestatibus arceant dum libet, vel flatu secundo appulsos excipiant: tempestates turbinibus horrendis miscentes, vel æquor quietum incantationibus procurantes: *Olaus Magnus lib.* 3. *c.* 16. *& Zieglerus in Scandavia.*

Vlysses ventos ab Æolo accepit.

Simile aliquid traditur de *Ulysse*, qui ab *Æolo* ventos utribus inclusos acceperat: quos pro ratione navigationis solvebat.

Arnuphis Quados in fugam vertit Magiâ.

Arnuphis Ægyptius, dum Romani bellum gererent cum *Quadis* Marcomannorum regioni finitimis, (qui vel sunt *Bohemi* vel *Moravi*) cumq; incerta esset inter utrosque victoria, evocato Mercurio, & Dæmonibus aëriis, horrendam tempestatem ab iis impetravit: qua consternati *Quadi*, coacti sunt Romanis tergũ vertere. *Dion. Nicæus in Antonino.* Alii non Arnuphin Ægyptium, sed *Julianũ* quendã *Chaldæũ* dicunt fuisse horum imbrium, & tempestatũ promotorem. Quidam asserunt, bello contra Marcomannos legiones multa siccitate & æstu languidas defeciisse, sed precibus *Legionis Thebanæ*, quæ sacra nominabatur, & Christianæ religionis, ortas fuisse violentissimas tempestates & grandines, quæ horrendo fragore violenter in hostes vibratæ, oculos illis confodiebant, ac subitò densissimi imbres diffusi latè loca complerunt, ex quorum potu refecti Romani milites viribus resumptis in Marcomannos irruerunt, illosque in fugam verterunt.

Thebana Legio fulminatrix.

Biarmenses Arctici Magi.

Jacula Magica plumbea.

Biarmenses, qui polo Arctico subjacent, pugnaturi contra Regnerum regem Danorum, exercitum hostium primò malignis vexarunt imbribus, postea tanto tamque subito æstu torruerunt, ut à bello desistere coacti sint. *Olaus lib.* 3. *cap.* 19. Idem quoq; refert ejusdem lib. 17. cap. *Pilapios* & *Finnios* jacula Magica ex plumbo conficere: quæ mittunt arcu distento in loca longè dissita, contra eos, quos ulcisci volunt. Quique iis jaculis tacti sunt, oborto carcinomate, vel lethifero ulcere in cruce vel brachio, intra tres dies doloris vehementiâ exanimantur: idem asserit *Zieglerus in Scandavia.*

CAPUT VI.

Anima mortuorum suscitata.

ANimas mortuorum è sepulchris suscitare Magi creduntur: sed revera si quæ spectra incantationum carminibus exciantur, Dæmones sunt, qui mortuorum similitudinem, vocem, habitumque induunt, ad decipiendos mortales, qui his artibus se capi, & detineri patiuntur. *Appion Grammaticus Manes Homeri* evocavit, ut ab eo intelligeret qua patria natus esset, & quibus parentibus genitus. Non tamen ausus est profiteri, quid ab *Homero* sibi fuerit responsum. Et ad hanc evocatio-

Homeri Manes evocati ab Appione.

cationem usus dicitur herbâ *Cynocephalea*, quæ in Ægypto nascitur, vocaturque *Osirites*. Ea enim ad diversas res, potissimùm ad omnia veneficia maximè pollet. *Plinius lib.*30.*cap.*2.

Plotini Genius.

Plotinus (ut refert *Porphyrius* ejus discipulus) ab *Isidis* sacerdote invitatus est Romæ, cui promiserat se Genium proprium ostensurum. Cumque post consueta sacra, in medium productus esset Genius, subitò exclamavit Sacerdos: *Beatus es, Plotine, qui pro Dæmonio Genium habeas Deum. Cardan.lib.*16.*de rer.varietat.c.*93.

Canidia & Sagana venefica.

Canidiam & Saganam veneficas ita describit *Horat.*lib.1.Satyra 8.

Vidi egomet nigrâ succinctam vadere pallâ
Canidiam, pedibus nudis, passoq; capillo,
Cum Sagana majore ululantem (pallor utrasque
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram
Unguibus; & pullam divellere mordicùs agnam
Cæperunt. Cruor in fossam confusus, ut inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea: major
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, servilibus, utq;
Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera; sævam
Altera Tisiphonem. Serpentes, atque videres
Infernas errare canes; lunamq; rubentem,
Ne foret his testis, post magna latère sepulcra.

Mœris veneficus.

De Mœri loquitur his verbis *Vergilius* in Bucolicis:

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpè lupum fieri, & se credere sylvis
Mœrin, sæpè imis animas excire sepulcris
Atque satas aliò vidi traducere messes.

Quod *Maro* de *lupina forma à Mœri* induta loquitur, convenit cum historiis antiquorum, & recentiorum, qui homines in diversa animalia verti testãtur. *Crantz.l.*1.*Daniæ c.*32. & *Saxo Grammaticus* scribunt *Frothonis* tertii Danorum regis tempore fuisse veneficam, quæ sese in varias formas transmutaret, quoties liberet. Dumque jussu regis inquireretur, sese in equam transformavit, quæ inventa est pabulum sumere in via, & ita delusit insequentes. Id postquam innotuit, mandato regis missi sunt, qui illam apprehenderent, quamcunq; induisset figuram. Illa deprehensa ad littus sub forma bovis marinæ, ejusq; filii in vitulos mutati cum matre pascebant. Id admiratus *Frotho*, qui præsens aderat, circuiri monstra hæc imperavit, ut illis in mare reditus prohiberetur. Venefica furibundis oculis regem intuens, in eum protenso cornu impetum fecit, & illius dextrum latus transfodit. (Descenderat enim tunc è carpento:) Hoc vulnere graviter saucius vitam finivit. Regii interim ministri monstra hæc gladiis conficiunt, & consternunt mortua in littore: quorum cadavera formam receperunt humanam, capitibus ferinis.

Frothò III. Danorum rex à venefica interfectus.

Histrio in Asinum, à Sagis mutatus.

Vincentius in speculo historico scribit *Sagas* quasdam cauponarias *in Germania* fuisse, qui suos hospites in bestias diversi generis mutarent: inter quos *Histrio* quidã adolescens facetus & ingeniosus, cùm versus esset *in Asinum*, gesticulationibus, & corporis motib. plurimum voluptatis exhibebat advenis, & viatoribus: quem hospites ingenti sæpè precio sibi vendi postularunt, admirati in tã stupido, & socordi animali tã multa apparere vivacis ingenii signa: sagæ tamen illum vendere noluerunt: sciebant enim cum primùm fluvium aliquem contigisset, eum ad humanam formam rediturum: quod paulò post contigit: Nã Asinus se ex stabulo aperto propipiens, adcurrit in lacum vicinum, quò cùm se demersisset, ad pristinam figuram restitutus est. Hanc historiam recitavit *Petrus Damian.* vir celebris *Leoni* 7. *Pontifici*

maximo: Cumque seria de ea metamorphosi coram Pontifice mota esset disputatio, à viris doctis id fieri posse decisum est, tam antiquorum testimonio, quàm historiis recentiorum, qui diversa exempla proponunt.

Anglus miles in Asinum.

Gulielmus Tyri Archiepiscopus memorię prodidit *Juvenem Anglum*, qui militiam sequebatur, à venefica quadam Saga *in Cypro mutatum* fuisse *in Asinum*, qui cùm ad socios & naves redire vellet, cum risu fustibus repulsus est, & ad Sagam, quę illum sequebatur, recipere se coactus est: cui ferè triennio inservivit, ferendis sarcinis & oneribus: Sed cùm accidisset ut miserum hoc animal in templum obvium, & apertum (in quo Ecclesia convenerat frequens ad sacra) irrupisset, ingenua procidit, frequentibusq; suspiriis, & lachrymis ad adstantes conversus multa signa dedit, se opem divinam implorare, & hominum piorum auxilium requirere. Multi ex iis, qui aderant, animadvertentes multa ab Asino fieri, quæ à bruto & rationis experti exerceri non poterant, eum detinuerunt, contra voluntatem veneficæ, quæ suum jumentū reposcebat, injuriamq; sibi fieri dicebat. Sed ea quoq; capta, & ad magistratū perducta, ad quæstiones acta est: quib. crimen fateri coacta est, veneficiumq; solvere: demum supplicio publico affecta est, Anglo Juvene priori formę restituto.

Præstantii Pater in juvencum.

Divus August. lib. 18. de Civit. Dei cap. 17. dicit, se audivisse *à Præstantio*, ejus patrem sumptis cibis quibusdam præbitis à mulieribus veneficis, profundissimo statim somno obdormivisse, multisq; diebus eo fuisse sopitum: quo temporis spatio asserebat se jumenti formam habuisse, & sarcinas, frumentaque gestasse: cumque ad se redivisset, tempus, locum, modumque quo quid fecisset adnotasse, & postea narravisse adstantibus: veritatemque facti assertam fuisse ab eo, qui jumentum possederat, admirantibus omnibus, qui rem gestam audiebant.

Duo pastores in Lupos.

Vierus lib. 5. de Præstigiis Dæmonum, scribit in Archepiscopatu Vesuntino duos Pastores *Petrum Burgotum*, & *Michaëlem Verdunum* supplicio publico vivos fuisse crematos, quòd unguento à Dæmone accepto quotiescunque liberet sese linerent, & statim in Lupos verterentur, sævirentque in homines, & greges, quibus gravissima damna intulerunt, antequam agnoscerentur: idque accidit *anno salutis* 1521.

Lycaones diversi in Septemtrione.

Hæ *mutationes* & *metamorphoses in Lupos* hodierno quoque die frequentissimę sunt in *Prussia*, *Livonia*, & *Lithuania*, ubi magnus est veneficorum numerus: qui Dæmonum ministerio utuntur in omnibus operis domesticis exequendis: inserviunt in culina, tractant equos, sarcinas quò jubentur deportant, temporis momento literas in longinquas ferunt regiones, & responsa exhibent: sed inter alia homines hi, qui commercium familiare contrahunt cum Dæmonib. cùm volunt sese in Lupos transformant: vagabundiq; turmatim per pagos, & vicos irrumpunt ferino furore in casas, & mapalia rusticorum, infinitaq; mala inferunt hominibus & pecudibus. Singulis autem annis *in festo Natalis Christi*, acceptâ Luporum formâ innumera multitudine conveniunt in unum locum, qui est inter Livoniam, Curoniam, & Samogethiam, ubi mœnia diruta, & ruinę ostenduntur veteris cujusdam castelli inhabitati: illic erectus eminet paries reliquis ruderibus elatior, ad quem uniuscujusque Lycaonis probatur agilitas & promptitudo in transiliendo muro: Hunc qui non potest statim transiliendo superare propter corporis obesitatem (nam trãsformati in lupos retinent eandem corporis proceritatem & distentos pingui abdomine ventres) loris & scuticis acerbissimè mulctatur à Præfectis Dæmonibus, qui catervas illas lupinas cogunt, & agunt in ea loca. *Olaus Magnus lib. 18. cap. 45.*

Lycanthropi in festo Natalis Christi simul conveniunt in Livonia.

Lycanthropi Livoni multa immaniter patrant.

In *Livonia* quoq; asserunt viri graves, & fide digni sub finem *Decembris* Magos omnes & veneficos citari à Dæmonibus, & in certum locum destinatum conveniunt turmatim: quod quicunque cunctanter agit, à Dæmone virgâ ferreâ gravissimè punitur vibicibus lividis cũ summo dolore per multos dies ex contusione permanentibus. Præit Dæmon præfectus, illum sequuntur multa veneficorum millia urgentibus aliis Dæmonibus à tergo, qui tardos & reluctantes verberibus compellunt: postquam fluvium tranarunt omnes, & in adversam trajecerunt ripam,

in

in lupos transformantur, sæviuntque horrendum in modum in omnes obvios: ostia domorum rusticanarum effringunt, pueros laniant, pecudes trucidant: cibos devorant, & cervisiam discussis doliis epotant: neque ullum est damnum, quod truculenter non inferant miseris hominibus: Post duodecim autem dies simul gregatim flumen remeantes superant, & in pristinam restituti formam domum se recipiunt. *De* hac *Lycanthropia* lege *Casparum Peucerum, Theodorum Zvvingerum, Olaum Magnum, Thomam Garzonium, Zieglerum, Sprangerum, Vierum, Bodinum*, & alios qui infinitas de his veneficis collegerunt historias: quibus fidem abrogare insani esset hominis: licèt ea omnem causam naturalem non admittant: Sed quæ contra naturam fiunt, & quæ ratione probari non possunt, verisimilia multis non videntur. Stultum tamen est tantos viros mendacia asserere, quæ tot sæculis anteactis auctorum gravium auctoritate confirmata sunt & experientia quotidiana demonstrat esse vera. Quæ impudentia esset; *Olaum Magnum* ex Gotthia oriundum temerè fabulas effutire de iis regionibus, ubi Episcopatum gessit cum summa laude, & vitæ integritate? quem tamen tanquam fabulosum auctorem multi derident: non animadvertentes illum nisi vera scripsisset, habiturum inter suos infinita bonorum virorum millia, qui illi contradicerent, & ejus scriptis omnem auctoritatem, & fidem abrogarent. NOTA.

Herodotus de his Lycaonibus in hæc verba scribit: *Perhibentur à Scythis, & ab iis qui Scythiam incolunt Græcis, semel quotannis homines fieri lupos, & post aliquot dies in pristinum habitum rèdire, quod tamen dicentes mihi non persuadent.* Nihilominus tamen illi ajunt, atque hæc dicentes dejerant. De *Nervis* sive *Nerviis* loquitur *Herodotus*, qui *Livonienſium* oram extremam prope *Roxolanos* coluerunt. *Livonienses* dicuntur *Ptolomæo Igilliones:* quibus vicini sunt *Sudini*, & *Ganildæ*, ubi est hodie *Curorum* regio. *Herodot. de Lycaonib. Nerviis.*

Tradunt *Historici*, inter quos est *Garzonus*, magnum *Russiæ Ducem* jussisse sibi adduci captivum *Lycaonem*, qui multa damna rusticis intulerat: qui tandem captus, & catenis arctissimè vinctus in præsentiam Principis venit: à quo interrogatus verúmne esset, quòd in lupum transformaretur: illo affirmante verissimum esse: *Age*, inquit Princeps, *fac videam hanc metamorphosin.* Tunc ille veniâ datâ parumper secedens cum custodibus, in locum testibus remotis aliquamdiu sedens, peregit ea mysteria, quæ à Diabolo acceperat, statimque in lupum mutatus scintillantibus oculis, & exerto horrendum in modum rictu erectis in tergo setis sese obtulit custodibus, catenis tamen iisdem vinctus. Dux interea *Molossos* duos canes ferocissimos, & robustissimos accersérat, quos in lupinum hoc monstrum immisit: à quibus discerptus & dilaniatus est, antequam pristinam posset recipere formam. *Lycaon Russus, à Molossis discerptus.*

De his mihi aliquando colloquia habita sunt cum viro eruditissimo *Huberto Languete* populari meo, qui regiones illas Septentrionales peragraverat ex bona parte: & accuratissima indagatione mirabiles has, & præter naturam metamorphoses inquisiverat à viris fide dignis: erat enim omnium historiarum peritissimus, tam antiquarum, quàm recentiorum, si quis unquam nostro tempore exquisitus rerum gestarum toto mundo inventus est perlustrator. De his *Lycanthropis* infinita diversis locis exempla probata stupentibus omnibus producebat. Sed inter cætera narrabat se vidisse apud nobilem virum *Pruthenum* amicum suum, (cujus nomen reticeri volebat propter auctoritatem,) indumentum quoddam lineum, factum in indusii formam, sed perexiguum, quod Germanicè vocabat **Nothembd** / hoc est, *indusium Necessitatis.* Eo quicunque amictus esset, invulnerabilis reddebatur: neque illi obesse poterat vel ferrum, vel gladius, aliúdve telum, aut glans plumbea tormentis emissa. Neque solùm prodesse militibus credebatur, sed parturientium utero adplicatum, dolores sedabat, & partum facilem procurabat. Id nebatur, texebatur, & consuebatur à virginibus impollutis *nocte Natalis Christi* hoc modo: In tortione staminis, & fusorum revo- *Indusium Necessitatis textum à virginib.*

revolutione puellæ ſæpiùs repetebant, *invertimini fuſi agiles, linum torquete celeriter in nomine Diaboli adſiſtentis, qui ſtamen agat, moliatur, & perficiat: adſit Diabolus cœpti inchoator, adſit promotor, adſit perfector operis.* Filo præparato ſtatim ad texturam ſeſe accingebant virgines, ſæpiùs inſuſurrantes *in nomine Diaboli textum hoc inchoo: curriteradii in nomine Diaboli: quo promovente extendatur, elevetur, & deprimatur devotum ſtamen: is pectinem excipiat, comprimat, & revolvat. Pergite radii devoti nomini Diaboli, & abſolvite textum: Amen, amen, amen.* Textam & abſolutam telam ita ſimul conſuunt, ut induſii formam illi tribuant puſilli quidem (nam temporis breve ſpatium non permittit amplam carbaſum conficere,) ſemper invocantes Cacodęmonis nomen: in pectore veſtimenti hujus Diabolici duo aſſuunt capita; quorũ quod eſt dextrum, barbam gerit promiſſam, & illi tegumentum inſtar caſſidis adponitur: aliud caput, quod ad ſiniſtrum latus aſſutum eſt, horrendam præſe fert faciem, qualem Dæmonibus tribuunt pictores, coronâ tamen impoſitâ: ad utramq; partem diverſo ordine *ſigna crucis* deſignantur: His adjurationibus, invocationibus, & impietate execranda perfectum indumentum geſtatur à poſſidentibus, ſi quando per loca latrociniis in feſta peregrinandum eſt, in expeditionibus bellicis, in prę-liis, conflictibus, duellis, digladiationibus, & aliis locis, ubi pericula inſtant, cædes metuuntur.

Et hæc inſana impietas non ſolùm admittitur ab iis, qui Chriſtianam religionem colunt, volunt̃que videri boni, ſed etiam laudatur, & pro *amuleto ſacro* inter magnos viros recipitur: flagitium excuſantes, quòd ipſi autores texti non ſint, ſed culpam in textrices puellas rejicientes.

Amuletis ejuſmodi utuntur plurimi, non exiſtimantes Deum his offendi. Poſſum referre quod ego vidi. *Comes* illuſtris *Germanus*, vir non malus, qui majorem vitæ partem impenderat in comitatu *Caroli V. Rom. Imp.* cujus amplum dominium *cis Rhenum* extenditur, ſchedulam exhibuit mepræſente cuidam viro nobili, quem mittebat ad *Joan. Gulielmum Ducem Vimarienſem*, equitatum Germanicum ad *Carolum IX. Galliæ Regem* ducentem, qui eo tempore hærebat *Metis Mediomatricorum urbe:* cujus milites ſpoliaverant equis & veſtimentis tres Comitis famulos in Sylvis Auſtraſiis, inter Sarrapontum & Metas. Ut autem hic, cui ſchedula data erat, poſſet tutiùs ad Principem commeare, & inſidias *Saxonum* equitum vitare, ſcriptum in membrana ſecundinæ commiſſum erat tale: *In nomine Dei Patris omnipotentis, patris majoris circuli, qui me defendat ab omni gladio acuto, ſagitta venenata, ſclopeto ignito, verbere Lethali, & mortifero vulnere: Amen, amen, amen.* Membrana illa tribus circulis depicta erat, crebra crucis imagine, & characteribus incognitis deſignata, in quam *Comes* ille inſuſurrabat arcana quædam verba, & anhelitu capite in crucem rotato muniverat. Hac ſerico rubro involutâ, & filo ſerico puniceo adpenſâ è collo fultus vir ille miſſus eſt *Metas*, ad repetendos equos ab equitibus raptos: quos cùm in portarum exitu non inveniſſet, (nam ad quartam milliaris partem ponte *Moſellano* prope *Molinum* abducti flumen trajecerant,) juſſus eſt exercitum ſequi uſque *Cathalaunum Campaniæ*, ubi Matrona uno ponte ſuperanda eſt. Juraverat *Princeps Vimarienſis* ſe morte puniturum raptores, ſi agnoſcerentur: Cujus iram formidantes prope *Pagum Gravelotæ*, non procul ab urbe *Metenſi*, locis infractis, & difficilibus *Equites Saxonici* crebris ſclopetorum ignitorum ictibus, & exertis gladiis infeſto agmine obruerunt miſerum hominem, & ex equo diſcuſſerunt cum ſua ſcheda Magica: corruit ille quidem thorace plumbeis glandibus transfoſſo multis in locis, ſed illæsâ tamen cute. Cumque parùm fideret incantationi magicæ, metu conſternatus, converſo itinere ad Dominum ſuum reverſus eſt: illiq̃ oſtendit pectus duobus in locis gravi cõtuſione lividum, & vibices in brachiis crebras: quas neceſſe fuit ſanari chirurgorum ope, & ſcarificatione factâ multum ſanguinis purulenti inde eximere. Aſſeverabat *Comes* id eveniſſe ex defectu fidei: tantamque in ſcheda certitudinem ineſſe credenti, ut ea munitus poſſet plumbeos globos fragore

Amuletum contra vulnera.

fragore ignito è tormentis emissos ore aperto sine ullo periculo excipere; & nudum pectus omnibus inimicorum gladiis exponere sine metu. Imò & hoc addebat, si quis tormentum in eum exereret, posset́q; tubi foramen intueri antequam ignis adhiberetur, pronunciatis aliquot verbis, neque flamma sulphureum pulverē corriperet, immotaq; tormenti rotulâ, globus ultra tubi oram non posset exeri.

Mirum est astu Dæmonis usque adeò Christianorum judicium dementari, ut hæc flagitia nomine & prætextu fidei usurpent; asserantque, quia nomen DEI in his magicis incantationibus invocetur, & signa *crucis* characteribus monstrosis misceantur, *Dæmones* cogi ad ea quæ jubentur; & ab eis extorqueri, licèt invitis, quę impii *Magi* exigunt. Sed & hic Comes ex professo habebat *Spiritum familiarem*, quem asserebat esse ex *cœlestibus Geniis*, cujus consilio utebatur in omnibus, quę domi forisque peragenda suscepisset. *Mira amuletorum efficacia.*

Novum non est hæc exerceri ab iis, qui militiam sequuntur. Omnes ferè reges antiqui habuerunt in suo exercitu aliquos, qui *arte Magica* crediti sunt mala à militibus avertere, & damna hostibus inferre varia. *Erichtho Thessala* venefica in bello civili castra *Pompeji* secuta est. *Lucanus lib. 6. Martha Judæa Saga* Mario victoriam contra *Cimbros* pollicita est; quam tamen *Senatus* repulit, *ut testis est Dion*, & *Plutarchus in Mario*. *Demophon* vates *Alexandrum Magnum* monuit, ne temerè se opponeret hostibus *Indis*, in obsidione *Oxydracarum:* cui grave periculum instare prævidebat: Sed dum ejus consilium negligit *Alexander*, urbe expugnatâ vulnus accepit sub mammilla sagittâ ictus, quo ferè de vita periclitatus est. *Diodorus Siculus libro* 17. *Magi varii secuti Principes in expeditionib. Erichtho. Martha. Demophon.*

Bellephantes & *Nearchus Chaldæi Magi* eundem *Alexandrum* monuerunt, ne *Babylonem* introiret, nisi *Beli* sepulchro restaurato: quod dum Græcis contrarium suadentibus contemnit, mors illius, quæ subitò subsecuta est, testimonium certum dedit, *Chaldæos* vana non monuisse. *Diodor. lib.* 17. *Bellephantes & Nearchus.*

Salustius quidam vates *Julianum Imperatorem* deterruit ab expeditione *in Persas*, quam infaustam ex libris *Sibyllinis* prædicebat. Sed dum neglecto consilio progrederetur in incœpto deceptus ab aliis, conto transfossus ab ignoto inter pręliandum occubuit. *Cuspinianus.* *Salustius vates.*

Cobares Medus arte Magicâ celebris habitus est, dum *Alexander* bellum gereret contra *Bactrianos*. *Curtius lib.* 6. *Cobares.*

Thrasyllus Astrologus & *Magus* insignis fuit, multaque prædixit & monuit utilia *Tiberii Cæsaris tempore*. *Dion in Tiberio.* *Thrasyllus.*

Chrysamne sacerdos *Hecates*, & venefica famosa facta est dux exercitus *Cnopi Ionis* contra *Erythræos*; suaque *arte Magica* hostes in furorem induxit. *Pharmacum* enim furiosum præbuit tauro admodum procero, obeso, & formoso: qui in furorem actus, cursu præcipiti se in castra hostium proripuit. Eum *Erythræi* comprehensum, tanquam boni ominis causâ immolarunt: de quo post sacrificium quicunq; gustavit, ut sacri particeps esset, statim furore correptus est. Hocque modo mente alienati & tumultuantes à *Cnopi* militibus subita irruptione, facili negotio fusi cœsique sunt. *Polyænus lib.* 8. *Chrysamne.*

Cimbri in suo exercitu ducebant mulieres fatidicas zonis coriaceis incinctas, nudis pedibus, capillis canis, tunicis lineis, & alba veste amictas, quæ subtus fibulis annexa erat. Captivis per castra occurrebant, strictos gerentes gladios: Hos ad humum stratos, ad æreum craterem protrahebant, aq; in sublime elevatos alligabant, cultrisque miserorum jugulum aperiebant: & ex sanguine in craterem effluente de belli eventu vaticinabantur. Aliæ dissecto captivorum ventre, ex intestinorum & viscerum inspectione victoriam prædicebant. Dumque in prælio pugnarent *Cimbri*, illæ carrucarum tegumenta ex coriis boum facta crebris scuticarum ictibus verberabant, ut ingens strepitus cum horrore ederetur, metuq; hostium animos turbarent, & à pugna diverterent. *Aventinus in Annalibus ex Strabon. lib.* 7. Has *Alrunæ Cimbricæ magæ à Fulimero pulsæ.*

Alrunas, vel *Adelrunas* vocabant. Cùm autem *Gothi ex Scandiavia* insula cum suo *Rege Berico* egressi essent, sub *Filimero* quinto post *Berici* exitum rege *ad Mæotim* tandem pervenerunt, & loca finitima occuparunt. *Filimerus* novi regni in illis regionibus fundator, operę precium judicavit auspicia sui *Imperii* à morum correctione inchoare: Factâ igitur de moribus, & vita inquisitione, reperit in suo populo quasdam *Magas* mulieres *Adelrunas* appellatas: has de maleficio convictas *in Scythiæ* remotissimas oras abire coëgit, ne earum commercio reliqua gens contaminata in nefarias operationes prolaberetur, & corrumperetur. *Anton. Bonfinius lib.*1. *decad.*5.

CAPUT VII.

FErè omnes *Magi* post CHRISTUM eum sibi scopum proposuerunt, ut homines à Dei veri cultu averterent, & servitio Dæmonum per diversas superstitiones, profanationes, ceremonias, impiaque sacra, & idololatriam manciparent: ut statim Apostolorum tempore declaratum est in *Simone Samaritano Mago*. Qui ut in *Actis Apostolorum cap.*8. traditur, *dum videret ab Apostolis multa edi miracula, Spiritu sancto per eos operante; hanc Sancti Spiritus gratiam auro à divo Petro mercari conatus est: è quo audivit hanc suæ profanationis dignam sententiam*, AURUM ET ARGENTUM TUUM TIBI SIT IN PERDITIONEM. De hoc SIMONE JUSTINUS in apologia altera *ad Antoninum Pium Imperatorem* ita scribit: *Simon quidam Samaritanus, ex vico, qui Triton dicebatur, fuit. Qui Claudio Cæsare regnante, cùm arte Dæmonum multa opera Magica edidisset, in regia vestra Urbe Roma Deus judicatus est: eiq; statua in Tyberi inter duos pontes erecta est, cum hac inscriptione Latina:* SIMONI DEO SANCTO. *Omnes ferè Samaritani, & aliarum etiam nationum non pauci, eum tanquam primum Deum profitentes colunt, atque venerantur. Helenamq; quandam, quæ cum eo peregrinata est, primùm in tecto constituerunt, deinde ejus notitiam primam extitisse ferunt.* Eadem *Irenæus de Simone* testatur *lib.* 1. contra *Valentinum cap.* 20. in hæc verba: *Ille se Deum profitebatur, religionemq; suam ex Ethnicismo, Judaismo, & Christianismo conflârat; asserebatq; se in Samaria apparuisse, ut Patrem Deum omnipotentem, in Judæa ut Filium, inter gentes, ut Spiritum Sanctum, ac se de cœlo descendisse jactitabat: Ex se Enneam, sive Selenem, sive Helenam matrem Angelorum cœlestium prodiisse, & ex cœlo in terras venisse, ut ovem perditam liberaret. In Judæa se imaginariè tantùm fuisse passum: hominibus se præstare salutem per agnitionem suæ Helenæ, non per opera justa. Corpora penitùs interire; animam solam esse immortalem. Equum Trojanum dicebat esse ignorantiam omnium gentium.* Divus *Clemens Pontifex* dicit *Simonem* hunc convenisse *Neronem*, & ab eo petivisse, ut decollaretur: inque signum suæ divinitatis fore, ut tertio die ad vitam reduceretur: quod cùm fecisset *Imperator*, *Magus* humi stratus diligenter à custodibus adhibitis servatus est, præsentibusque plurimis, tertio die in vitam rediit. Miraculum hoc admiratus *Nero*, *Simonem pro* DEO habuit, illique statuam inter duos pontes locari jussit. Certum tamen erat ejus loco carnificem capite truncasse *arietem* in præsentia *Neronis*, qui Dæmonis operâ, & præstigiis Magi gerebat faciem; ipsum verò disparuisse, & se domi continuisse usque ad diem tertium, quo ad Imperatorem rediit, ariete sublato invisibiliter, fascinatis hominum oculis astu Dæmonis: *Simon autem dum in Samaria adhuc esset, simulavit se tantisper in Christum credere, donec Baptismum regenerationis à Philippo Diaconorum septem uno, accepit: quo sacramento postea abusus, multarum hæreseum causa fuit*, ut refert Bartholom. Platina. Ille animam pueri violenta morte interempti evocavit, eamque sibi assistere jussit, & per eam sibi relevari quæcunque vellet jubebat: Eadem arte effecit, ut canis loqueretur, & ad ea interrogata responderet articulatâ voce. De eo tractat *Ambrosius in Hexamerone*: *Clemens* hoc addidit, *Petrum Apostolum Romam* venisse, *ut Ecclesiam Christi* sibi commissam regeret: cui *Simon Magus*

Simon Magus.

Helena Simonis scortum.

Simonis profana religio.

Simon decollatus à Nerone tertio die revixit.

Simon à Philippo baptizatus.

Simonis miracula.

sese

seſe oppoſuit, qua potuit contrarietate; ut doctrinam de Deo uno vero, & Chriſto Servatore, quã ſanctus *Apoſtolus* proponebat, ſubverteret. Dumq; ad miracula perventum eſſet, *Magus* frequenti hominum turbâ ſpectante, in ſublime à Dæmone ſublatus eſt, tanquam ſi pennis extolleretur, eſſetq; à Capitolio in Aventinum volaturus: Tum divus *Apoſtolus* elevatis in cœlum oculis, ardenti prece DEUM rogavit, ut perditi hominis impoſtura manifeſtaretur, ne illius impietate populus à ſpe ſuæ ſalutis alienaretur. Subitò poſt conceptas preces, tanquam violento turbine involutus *Simon* ex aëre in terram magno fragore deturbatus corruit: ex quo caſu attritus, femur ſibi fregit, jacuitque ſemimortuus in omnium præſentia: Sed ejus corpus contuſum, & confractum *Ariciam* diſcipuli deportaverunt, ubi paulò poſt dolore maximo excarnificatus infelicem animam expiravit.

Simon Magus in aërẽ ſublatus.

Mænander Simonis diſcipulus, Magiſtro impoſturis & impietate nõ inferior, arte Magica poſt Præceptoris mortem multa edidit miracula; ut homines à Chriſti religione averteret. Erat enim & ipſe *Samaritanus*, & Simoni ſemper adhæſerat, ſectator & cultor ejuſdem impietatis. Dicebat Patrem ſummum eſſe hominibus incognitum, & inſcrutabilem, propter ejus Divinitatem infinitam, quæ univerſum mundum complebat, fovebat, & conſervabat in integrũ: Se autem eſſe vim quandam à Patre emiſſam. Magiâ ſuâ vinci *Angelos* cœleſtes, omnesque *Dæmonas* ſibi inſervire juſſos: Se miſſum ab inviſibilibus *Servatorem* pro ſalute hominum. *Baptiſmo* ſuo mortales immortalitatem corporis conſequi: & alia blaſphema & impia: quæ docuit & effutivit ore impuro *Antiochiæ*, ubi florebat regnante Romæ *Claudio Cæſare:* ejus & aliorum ſui ſimilium artibus recens nata CHRISTI *Eccleſia* in Palæſtina & Aſia graviter concuſſa eſt, abductis multorum animis in diverſas hæreſes, qui magis movebantur miraculis impoſtorum, quàm verbo *Euangelii*, quod *Apoſtoli* & alii pii viri per totum orbem terrarum magno cum fructu publicabant.

Mænander Simonis diſcipulus.

Magiæ hoc ſtudium impensè ſemper coluerunt *Orientales* populi *Perſæ*, *Chaldæi*, & *Hebræi Cabaliſtæ:* qui decem DEI nominibus & *Angelorum*, qui in ſacris literis nominantur, *Diabolo* operante, & DEO connivente, omnia opera Magica perfici aſſeverant. De quorum Magia librum conſcripſit *Coſta Ben Luca.* Ut refert *Vierus* de præſtigiis Dæmonum *lib.* 4. *cap.* 4. Hujusque Magiæ cultorem inſignem aſſerunt fuiſſe *Salomonem*, qui DEI judicio Sapiens dictus eſt. *Joſephus lib.* 8. *Judaic. antiquitatum cap.* 2. dicit: *illum Exorciſmis abegiſſe Dæmonas, qui humana corpora obſidebant, & illa morbis variis torquebant, Deo illi virtutem tribuente ad has peſtes advertendas. Nicetus lib.* 4. mentionem facit *Claviculæ Salomonis*, quam vocat *librum Salomonium.* Hunc *Aaron Magus* apud *Manuelem Comnenum Imperatorem Conſtantinopolitanum* legens, *Dæmonum Legiones* adducebat ſubinde interrogantium, cur accerſiti eſſent: offerentes ſeſe, ut alacriter juſſa exequerentur.

Hebræi Cabaliſtæ.

Clavicula Salomonis ad quem uſum.

Quòd autem *arte Magica* quoſdam corporibus mortuis motum & loquelam reddidiſſe legimus, niſi experientia verum eſſe probaret, difficilè eſſet credere. *Bononiæ* narratur vixiſſe *Cithariſtriam*, quæ ſuis civibus propter artem modulandi fuit cariſſima. Illa tandem morbo correpta, vitam cum morte mutavit, magno convictorum damno, & diſpendio: qui *Magum* conſuluerunt, qua ratione poſſet in vitam reduci. Ille quidem DEI munus eſſe vitam mortuis reddere dicebat, neque ad ſuam artem tantum opus pertinere; ſed poſſe ſe corpori motum, & loquelam reddere ad aliquod tempus: ita ut citharam pulſare, cantare, & choros ducere poſſet. Conventum eſt de precio: adhibitum faſcinum, & characteres magici ſub axillis puellæ: cujus cadaver erectum cœpit loqui, moveri, & ambulare, Dæmone intùs agitante: Factumque eſt ut hominum cõventus more ſolito frequentaverit, quam omnes valetudinẽ recuperaſſe gaudebant: Luſit, cantavit, & ſaltavit multis hebdomadibus, multumque lucri ex hac arte fecit. Cujus pars ad utilitatẽ *Magi* redibat. Accidit autẽ ut interjecto aliquo tẽpore *Magus* alter cœnaculũ ingreſſus, ubi

Citharistria Bononienſis faſcino admoto tanquam viva apparuit.

magna hominum frequentia choreæ à puellis & juvenibus exercebantur, oculos convertens in *Citharistriam*, eamque intensiùs intuitus animadvertit illam motu non naturali moveri, & Citharam agitare: quod cùm adstantibus aperuisset, jubente domûs Domino fascinum sustulit corpori adplicatum: subitoque Dæmon recessit, cadaverque exangue attonitis omnibus humi prostratum jacuit.

Puella mortua vita falsò restituta.

In eadem urbe ferunt *senem* quendam ante paucos annos vixisse, qui artes Magicas privatim domi suæ docebat. Cujus fama cum percrebuisset, *Juvenis* quidam *Scholasticus* ardenti amore puellæ captus, cùm nuptias sperare non posset, neque eâ potiri: ad *Magum* venit illius opem per omnes Deos implorans, ut puellam in reciprocum pelliceret amorem, vel quocunque modo posset fruitionem rei optatæ illi procuraret. Statuisse vel mori, vel ea potiri. Senex misertus illius promisit omne officium: Sed cùm res non succederet, extrema aggressus, effecit ut puella Dæmonis operâ è cubiculo materno dormiens ausportaretur, & amanti traderetur: quod die statuto, ut inter eos convenerat, effectum est. Illi cùm vim reluctanti intulisset juvenis, dolore & metu extincta est. Tum *Magus* crimen non impune mansurum animadvertens, statuit antequam illucesceret rebus suis compositis *Bononiâ* excedere: sed priùs imposito fascino corpus exsangue per *Dæmonem* domum remisit. Orto die portis elapsus fuga sibi consuluit: puella autem lectulo decumbens pallida præter modum, cùm interrogaretur à parentibus, num vellet surgere, respondit, se quidem id cupere; sed quia debilitata aliquantulùm esset valetudine, malle aliquamdiu lecto decumbere. Parentes adstant cubili anxii, pallorem vultus, totiusque corporis extinctum calorem admirantur: accersuntur Medici, qui de ægritudine judicium faciant. Illi constanter asseverant nullum in eo corpore vitæ signum apparere, sed esse mortuo non absimile. Dumque omnia accuratè lustrarent, perturbatis jam omnibus rei novitate domesticis, & rumore per totam urbem promulgato, animadverterunt *Medici* guttas aliquot sanguineas è cute læsa super cervice manare: locum indagant, cutem consciscam extollunt, & fascinum inveniunt: quo sublato statim corruit cadaver inter manus miserorum parentum, qui filiam invenerunt magno conamine violatam.

Puella aulica in Hispania fascino in vitam revocata.

Tale quid accidisse legimus in aula *Ferrandi Castilliæ* regis: apud quem puella nobilis è gynæcéo reginę mortua, per *Magicas* incantationes ad vitam revocata est: edens, bibens, ludens cum cæteris, & choræis aulicis indulgens per annum integrum: quod mihi non fit verisimile: nam *Cacodæmon* cùm possit quidem motum, & loquelam mortuo cadaveri agitato ad aliquot horas vel dies tribuere, corruptum tamen corpus integrum non potest tamdiu conservare.

Pugnæ Papiensis à mago repræsentata

Franciſco primo *Gallorum rege ad Ticinum* capto per *Carolum V. Imperatorem Romanorum*, fama est in aula *Hispanica* fuisse *Magum* celebrem, qui è turri Regii palatii ostendit puellis Gynæcéi conflictum in *Italia* habitum, & victoriam de *Gallis* Imperatori concessam: quod ubi innotuisset reverso *Carolo*, Magum jussit de medio tolli: ne in posterum ad hostes transfuga, posset indicare quæ ipse absens gereret.

Dæmones Incubi & Succubi.

Inter *Magos* turpissimi flagitiosissimique censeri debent, qui Dæmonibus *Incubis* & *Succubis* serviunt; iisque abutuntur ad abominandas libidines: de quibus apud omnes populos judicio publico supplicia sumuntur: cùm ferè omnes venefici, tam viri, quàm mulieres testentur, post datum nomen Diabolo, se cum eis misceri detestandis coïtibus. Exhibent enim, & sese commiscent suis illis mancipiis sub hominum forma ut plurimùm ornata & bella, & nomine aliquo hominibus usitato: ut sub similitudine viri robusti, & egregiè formati, si cum muliere Venerem exerceant: si cum viro, faciem assumunt mulièbrem, tam formâ quàm habitu cultissimam: sed omnes uno ore asserunt, parùm delectationis in his concubitibus percipi, propter frigiditatem, quæ coïtus desiderium evanidum reddit. Imò *Satanam* dicunt sæpissimè interrogare mulierculas, an velint ex iis concipere: quòd si assentiantur *Incubum* illum *Dæmonem* semen humanum aliundè assumptum, & in

suo

ſuo naturali calore aſſervatum transfundere in uterum mulieris, ex quo conceptus ille Diabolicus formari creditur. Sicuti fama receptum legimus de *Merlino*: quem omnes *Dæmonis* filium crediderunt: cui rei adſtipulatur *gloſſa* ſuper *Geneſin*. CÙM VIDISSENT FILII DEI FILIAS HOMINUM &c. ait commentator: *Non eſt incredibile quoſdam homines à quibuſdam Dæmonibus genitos, qui ſunt mulieribus improbi*: de quibus *Auguſtinus libro de Civitate Dei* 15. & *Scotus Sententiarum ſecunda, diſtinct.* 7. Hæc tamen interpretatio loci *Geneſeos* exploditur à *Theologis* doctioribus. Cùm aſſerant Spiritus cœleſtes *Angelos* concupiſcentiis carnalibus non tangi, neq; mortales homines ad pollutiones nefarias ſolicitare: quod credibile eſt fieri à malis Dæmonibus, qui fœdis his libidinibus veneficorum genus hoc perditum pelliciunt ad ſuum ſervitium, & à Dei cultu avertunt. Nam quod dictum eſt *Filios Dei vidiſſe filias hominum formoſas*, non de *Angelis* intelligendum, ſed de poſteritate *Sethi*, qui Deo ſummo inſerviebat, quorum filii duxerunt uxores ex filiabus *Caini*, reprobi, & à Deo alienati: alioqui ſequeremur opinionem *Mahometi*, qui ſcribit: *Babylone in puteo profundiſſimo vinctos detineri; propterea quòd cùm occurriſſent mulieri pulchritudine ſingulari prædita, ejus amore capti ſunt: Mulier angelorum amplexus admittere priùs noluit, donec edoceretur, quibus modis illi in cœlum aſcenderent, & in terras deſcenderent: Illi ardore impotenti æſtuantes, verba quædam illam docuerunt, quibus pronunciatis ſtatim in cœlos ſublata eſt.* DEUS *admiratus mortalem hominem ante obitum in cœlum penetraſſe, mulierem interrogavit, qua ratione id contigiſſet: illa rem totam ordine retexuit, & indicavit: quare Deus offenſus Angelos accerſivit, optionemq; dedit, ut mundo ſuperſtite punirentur, vel poſt mundi conſummationem ſuppliciis æternis afficerentur. Illi temporales pœnas elegerunt finem habituras in fine ſæculi: quare vinculis ferreis alligati, & palpebris oculorum ſuſpenſi in puteo profundiſſimo, frigidiſſimo, & obſcuritate horrenda metuendo gemunt, & plangent quamdiu mundus durabit: ſed judicio extremo, quod per Chriſtum fiet, liberati, tandem prioribus honoribus, & dignitatibus reſtituentur.* Hæc eſt illa *Theologia Muſulmannorum Sacerdotum* ſtolida, fabuloſa, & ridicula, quæ ex Alcorano ſive Alforcano Mahometi deſumpta eſt, ex interpretatione loci illius *Geneſeos* 6. *Cùm filii Dei vidiſſent filias hominum formoſas, eas ſibi adjunxerunt uxores.*

Merlinus ex incubo generatus.

Duo Angeli Babylone palpebris ſuſpenſi.

De *Incubis* & *Succubis Geniis* multa memoriæ prodita legimus apud auctores probatos: qui eos aſſerunt diverſa ſpecie & forma rem habuiſſe cum mulieribus: quibus turpiter immixti, eas pollutionibus inquinarunt, titillationibus, pruritibuſque libidinoſis ad infinita ſcelera nefanda propellentes. Omitto ea quæ fabulis continentur poëticis, *Semiramidem* equi concubitum admiſiſſe, *Paſiphaën* tauri, *Europam* quoque tauri, *Olympiadem* draconis, *Ledam* cygni, *Alcmenam* ficti *Amphytrionis*, *Danaëm* auri impluvii, *Egeſtam Crimniſi* ſub ſpecie canis, & omnes illæ matronæ, *nymphæ*, & *virgines*, quæ dicuntur à Diis cœleſtibus, terreſtribus Marinisq; violatæ, quis dubitat, ut multa allegorica & figmentis involuta eſſe fateamur, plura tamen impoſturâ Dæmonum contigiſſe, qui puellas ſimplices, ſive volentes ſive etiam reluctantes detinuerunt, & illis vim intulerunt? Scio *Mythiologos* cauſas alias horum figmentorum adferre: & adulteros plurimos Deorum aſſumpto nomine impoſuiſſe mulierculis credulis.

Fabulæ de multis mulieribus aſtus Dæmonum violatis.

Genios tamen antiqui affirmarunt mulierculis mortalibus adjunctos, ex quibus ſoboles ſuſtulerunt: ut de *Genio Sabino*, qui puellæ nobili *Cureti* è chorea raptæ vim intulit in templo *Quirini*, ex quo ſuſceptus eſt *Deus Fidius*, qui *Sanctus* dictus eſt, & *Semipater*, auctor *Curium* urbis *Sabinorum*: idem quoque cenſendum de cæteris tam *Diis*, quàm *Deabus*, quas coïviſſe cum mortalibus antiquitas credidit: procul dubio, quæ veræ inter has narrationes judicantur, de *Incubis & Succubis* intelligendæ ſunt.

Deus Fidius à Genio genitus.

Inter hos impudicos *Genios* primus ſemper datus eſt locus *Sylvano*: quem *Ælianus* in hiſtoria animalium ſcribit conceptum fuiſſe ex concubitu *Crathis Sybaritæ* cum capra. Ex ea natus eſt puer humano caprinoque corpore, ut umbilicotenus

Sylvanus incuborum primus Natus ex Crathide & capra.

vir esset, capite tamen cornuto, & labris prominentibus, cincinnulisque pendentibus sub mento, hœdorum in morem: reliquum corpus à pube desineret in hircum densis setis horridum, & pedibus ungulatis, bifurcatisque. Eum *Sybaritæ* inter suos *Deos* retulerunt, & vocaverunt *Sylvanum*: sive quòd in sylvis habitaverit, quò se recepit adultior, ut in iis more ferarum degeret: sive quòd hoc nomen adeptus sit ἀπὸ τῆς ὕλης, quæ *fex est omnium Elementorum*, hoc est, *ignis, aëris, aquæ & terræ* sordidioris: ex quibus omnia creata sunt. Unde etiam *Sylvanus* generationi rerum sese immiscere creditur: Estque prægnantibus molestus; quarum sanguinis fluorem in partu urgere dicitur: partes offensas libidinosè contractat, & sæpè in discrimen vitæ puerperas inducit. *Augustinus libro 6. de Civitate Dei cap. 9. ex Varrone* scribit, *ab antiquis mulieri fœtæ post partum tres Deos custodes adhiberi, ne Sylvanus Deus per noctem cubile ingrediatur, & puerperam vexet. Eorum custodum significandorum causâ, tres homines circumire limen domûs: Quorum primus securi limen ferit, alter pilo tundit, tertius scopis deverrit. Ut his datis culturæ signis, Sylvanus prohibeatur intrare.* *Quia*, inquit Varro, *neque arbores cæduntur, aut putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis.* Ab his tribus tres illi custodes Dii nomen habent: *Intercidona* à securi, *Pilumnus* à pilo, & *Deverra* à scopis: & hi averrunt vim *Dei noxii*, avertuntque & prohibent omnem injuriam, quæ à maligno *Sylvano* inferri solet. Hanc superstitionem adhuc hodie retinere videntur *Judæorum mulieres*: quæ existimant certos Genios malos & impudicos difficiliorem partum reddere, prægnantibusque esse graviter infestos. Ideò illos characteribus, adscriptis ad cubiculi parietes, ubi puerpera enititur, arcere conantur. Adscribunt enim in designatis circulis HUTZ LILITH. Atqui *Genios* hos noxios LILITH appellatos *Cabalistæ* dicunt à principio mundi in *Paradiso* fuisse genitos, ex profluvio seminis *Adami*, antequam cum *Eva* uxore congrederetur. Habere eos quidem corpus palpabile, & sensibus subjectum, sed aërium, subtile, & evanidum, quod aliquando videtur in speciem nubeculæ raræ & perspicuæ, quæ facilè cedit omnibus objectis, & evanescit in parietes impactum, vel in aërem sublatum. Horum vita est annorum mille: augmentum sumunt, & vegetantur, senescúntque more reliquorum hominum: propagatur eorum species pollutionibus nocturnis, & Veneriis virorum somniis: Libidinosi sunt, & plurimùm delectantur menstruorum fluxibus, quibus robur assumunt, & vitæ diuturnitatem confirmant: atque inter cætera defluxionibus sanguineis puerperarum sese immiscent, dejectionem secundinarum, vel provocant, vel prohibent sæpius cum magno mulieris discrimine. Accubant juvenibus, noctu titillant, spiritus genitales excitant, & vasa feminaria relaxant, ut sese his pollutionibus reficiant.

Lilith Sylvanus apud Judæos.

CAPUT VIII.

De Geniis quid sint.

DE reliquis *Geniis* diffusè satis tractavi eo *libro*, quem de *Genealogia, & imaginibus Deorum conscripsi tribus tomis, illustrissimo Principi Joanni Comiti Palatino Ducique Bavariæ dedicatis.* Ubi *Genius* Deus Naturæ ostenditur, qui omnium rerum gignendarum vim quandam in se habet: unde unicuique suus datur *Genius*. De quo ita *Servius: Genius Naturalis Deus est loci, vel rei, vel hominis. Varro Genium* appellabat *uniuscujusque animum rationalem; & ideò esse singulos singulorum, nascíque nobiscum, & nos suscipere dum nascimur, & unicuique nostrum custodem dari per totam vitam.* Et *Censorius*, *Genius*, inquit, *ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longiùs à nobis abscedat: sed ab utero matris acceptus, ad extremum vitæ diem comitatur. Genium* hoc appellari *numen* ait, *sive quòd in ejus tutela, ut quisque natus est, vivit; sive quòd, ut generemur, curet; sive quòd unà gignatur nobiscum; sive etiam quòd nos genitos suscipiat & tueatur.* Duos genios unicuique à *Natura* dari existimarunt antiqui (sicut & hodie non desunt inter Christianos, qui eandem opinionem asseverant; unde

Duo unicuiq; Genii à Naturâ dati.

natæ

natæ ſunt illæ preces quæ quotidiè recitantur à multis, ANGELE QUI MEUS ES CUSTOS PIETATE SUPERNA &c.) *Bonum & Malum.* De quibus ita *Servius. Cùm naſcimur, duos Genios ſortimur: unus eſt qui hortatur ad bona, alter qui depravat ad mala. Nec incongruè dicuntur Genii, quia cùm unuſquiſque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur: Quibus aſſiſtentibus poſt mortem, aut aſſerimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem.* Et alio in loco ita de *Geniis* diſſerit, de *Geniis* ſive *Diis Manibus* loquens: *Manium plena ſunt loca inter Lunarem & terreſtrem circulum, unde defluunt: dicti enim ſunt Manes à manando. Sunt enim præſides corporibus humanis attributi, qui ex parentum ſeminibus manaverunt, quo tempore prima fit conceptio: & ideò poſt mortem iiſdem corporibus delectantur, atque cum eis manentes, appellantur Lemures. Qui ſi vitæ prioris honeſtate fuerint adjuti, in Lares domorum, urbiumq; convertuntur. Sin autem depravati ſint in corpore, & vitiis criminibuſq; inquinati, corpore ſoluti; fiunt Larvæ, Mormones, Empuſæ, & terriculamenta nocturna.* Duorum igitur Geniorum nomina hinc colligimus, quorum alii *boni*, qui *Agathodæmones* ab antiquis dicuntur; alii *mali*, *Cacodæmones* appellati, qui domos incurſionibus infeſtant, Larvarum horribilium facie: boni verò domos tutantur, & familias incolumes ſervant. *Penatesq;* aliquando vocantur, ut ait *Cicero lib. 2. de natura Deorum*, quòd *penès nos nati* ſint; vel quòd *non longè abſint ab hac vita*; ſive quòd *penitus inſideant.* Penitiſſimi enim ſunt Dii, & proprii. Vel à *Penu* dicti, quod ſignificat omne id, quo homines veſcuntur. *Penates* enim *ſunt præſides domorum: per quos*, ut ait Macrobius, *penitùs ſpiramus; per quos habemus corpus; & per quos rationem animi poſſidemus.* *Geniis* olim ſacra fiebant ab unoquoque, die nativitatis, vino & floribus tantùm, non victimâ. *Varro* cauſam hanc affert: *Id moris inſtitutiq; Majores noſtri tenuerunt, ut cùm die natali munus annale ſolverent, manum à cæde, & ſanguine abſtinerent; ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent.*

Manes.
Lemures.
Lares.
Larvæ.
Empuſæ.
Mormones.
Agathodæmones.
Cacodæmones.
Penates.
Geniis ſacra fieri die natalis.

Neque mirum eſt eos ſæpè conſultos fuiſſe ab hominibus, cùm ſæpe apparuerint, eos de rebus gerendis monuerint, & gravibus pœnis ob admiſſa crimina afflixerint: quodque eos accuſatores, vel defenſores habituros ſe apud *Inferos* crederent: unde *Anchiſes* apud *Vergilium Æneæ* filio dicit. *Quiſque ſuos patimur Manes.* Mos hic à priſcis ſæculis ad noſtra uſque tempora protractus aſtu Satanæ uſque adeò invaluit; ut *à Magis* & incantatoribus evocentur; eorum conſilio & monitionibus multa procurentur. Cumque loca ſingula, montes, fluvii, fontes, lacus, ſpeluncæ, domus, & urbes ſuos haberent *Genios*, Magicis exorciſmis & adjurationibus evocari conſueverunt *Magorum* ſtudiis, adjuvante & promovente *Satana* ejuſmodi ſuperſtitiones. *Dæmon* enim ſpectrorum & Manium aſcititiâ ſpecie, monſtra admiranda molitur & perficit. Secutus exemplum conſuetudinis, & colloquiorum Dei cum ſanctis Patribus: Ut hujus imitationis, & colloquiorum occaſione ſeſe faciliùs inſinuaret in animos hominum, & eos alienaret à cognitione veri Dei. Ut mortales doceat petere & expectare *à Satana*, quę à ſolo Deo poſci & excipi debent.

Quiſque ſuos patimur Manes.
Manes evocantur.

Præterea profanum hoc *Magorum* genus, qui cereas imagines conflant, & conſecrant ſuis incantationibus in perniciem hominum, exiſtimant eas nullam efficaciam habituras, niſi abominandis illis exorciſmis evocent *Genium* illius, cui obeſſe velint. Cumque evocandorum *Geniorum* nomina propria, quibus compellari debent, ignorant, ea diſcunt per ſuperiores cœli poteſtates, ut ajunt, quorum imperio ſubſunt minores hi *Genii tutelares* animæ uniuſcujuſque: fitque ut *Genius* bonus ſubtractus à tutela hominis coërceatur tamdiu ſeparatus, donec homo alteri *Genio* noxio traditus in ſumma diſcrimina pertrahatur, etiam cum vitæ periculo.

Genii cuſtodes evocantur.

Neque ſolùm *Genii* hominum boni removebantur conjurationibus â tutelâ eorum, quos ſervabant ſub ſua protectione: idem quoq; fiebat *de urbibus.* Nam in oppu-

Genii urbium evocati.

oppugnandis urbibus Romani ſoliti erant per *Sacerdotes* ſuos evocare *Genium*, & *Deum tutelarem* urbis obſeſſæ: cui viſo ſacra faciebant, laudibus extollebant, & offerebant apud ſe (ſi emigrare vellet) eundem cultum, vel etiam ampliorem honorem, quàm apud obſeſſos haberet. Ideò tradit *Plinius* ſummâ curâ & induſtriâ occultatum fuiſſe apud *Romanos* nomen *Genii* urbis, (qui *Romaneſſus* vocabatur) neſi aliquando urbem cingi obſidione contingeret, hoſtes aliquid ſimile tentarent, & molirentur.

Raptus venefi orum violentus.

Quòd ad illum raptum violentum attinet, quo *Magi*, & *Venefici* ſe in loca longè diſſita deferri credunt, judicia publica, quæ de hoc miſero hominum genere ubique gentium fieri ſolent, ſatis nos docent vana non eſſe omnia, quæ de eo famâ ſparguntur. Cùm ipſi tormentis adacti uſque ad ultimum vitæ ſpiritum ſuſtineant & aſſeverent ita eſſe, ut à Dæmone cui inſerviunt, abripiantur, & in altiſſimos mõtes, deſertaque, ubi veneficorum fit ſynodus, deportentur. Quod confirmant infinitę hiſtoriæ à probatis auctoribus citatæ: quarum paulò poſt aliquot adducemus. Naturaliter quidem hæc fieri difficilè eſt credere, cùm humana corpora tam violentum motum ferre non poſſent, ſine ſuffocationis & mortis periculo. Sed *Satan mille artifex* & *impoſtor*, mentes hominum ita faſcinat, ut exiſtiment ſe abripi, & deportari in aërem, vectos canibus, felibus, arietibus, hircis, capris ſylveſtribus, & aliis ejuſmodi animalibus, quandoque ſcopis, quarum nullus adhuc in re domeſticâ fuerit uſus, aut in furcis, quibus ad fornacum ignes excitandos neceſſitas eſt. His geſtantur, inequitant, & ſuaviter deferuntur in ea loca adſignata conventibus: ubi epulantur, ſaltant, colludunt, omni libidinum, ſpurcarumque pollutionum genere ſeſe contaminant, Deum blaſphemant, Diabolo dant fidem, ab eo mandata accipiunt, ad mille damna hominibus inferenda. Qui id revera fieri credunt (ut multa exempla in utramque partem ab auctoribus proponuntur) adducunt in medium hiſtoriam *Habacuc*, ex Judæâ deportati ab *Angelo Babylonem*, ubi *Daniel* cõjectus erat in antrum Leoninum: Item raptum *Philippi Diaconi*, qui *Eunuchum reginæ Æthiopum* baptizavit in via, & rurſus à Spiritu Domini auſportatus eſt. Præterea raptum *Servatoris noſtri* JESU CHRISTI in montis altiſſimi cacumen, & rurſùs in pinnaculum templi: & alia ejuſmodi multa ſimul congerunt ad hunc finem, de quibus hiſtoriæ ſacræ certa teſtimonia perhibent. Sed quid oportet DEI omnipotentiam conferre cum illuſionibus, præſtigiis, & impoſturis *Diaboli*; qui ſtudet opera DEI imitari, ut cultum divinum ad ſe derivet, in hominum perniciem, & DEI ſummi contumeliam? Legimus quidem *Pythagoram* uno eodemque die viſum fuiſſe *Crotone* & *Metaponti*: & *Philoſtratus* ſcribit, *Apollonium Tyanæum* à preſentia *Domitiani* diſparuiſſe *Romæ*, paucisque horis deportatum *Puteolos*, quo triduum antè præmiſerat *Damidem* amicum & diſcipulum, peregrinationumque ſuarum ſocium.

Raptus Habacuc, Philippi, & Chriſti.

Pythagoræ & Apollonii raptus.

Laponum gens in Septentrione.

Scribunt recentiores Hiſtorici in *Scandiavia Peninſula* Septentrionali degere *Lapones* ſive *Pilapios*, qui propter aſſiduas nives agros non colunt, ſed vivunt piſcatione & venatione: qui trahis & rhedis ſine rotis utuntur ſuper glacie, (quâ aſtrictum mare, flumina, lacusque perpetuò rigent) tractis à quodam cervorum genere, quos *Tarandos* vel *Rangiferos* vocant; Ii merces commutant cum peregrinis eò navigantibus, ut pro farina, cerviſia, & aliis ad victum pertinentibus, viciſſim permutatione tradant piſces Aquilonibus exſiccatos & pelles *Lyncum* precioſas, *Marturium*, *Hermelinorum*, & aliorum animalium, cornua *Urorum*, eorundem tergora, & *Alcium*: item *ſuccinum*, quod copioſum legunt ad oſtia fluviorum, qui delabuntur in Septemtrionalem Oceanum. Miſera hæc gens, *Satanæ* hactenus poſſeſſio, pro Deo lignea, & lapidea portentorum ſimulacra coluit: ab aliquot tamen annis operâ *Suecorum* regum ad Chriſti cognitionem venire incipiunt, & ſacris Chriſtianis initiari: Sed quod eſt maximè admirandum, & dolendum: quicunque exiis, ſi potiſſimùm ſint adultiores, baptizentur, intra ſeptimum aut nonum à baptiſmo diem

Lapones poſt baptiſmum moriuntur.

diem moriuntur. Hinc fit, ut faciliùs Dæmonum ludibriis agitari se permittant; quàm admittant piorum Sacerdotum DE SERVATORE CHRISTO, & vitæ æterna beatitudinisque felicitate documenta. Inter eos quotidiè *Satan* exhibet infinita spectra, & phantasmata animarum, quas credunt esse suorum parentum, consanguineorum, & amicorum: à quibus monentur de omnibus, quæ requiruntur ad hanc vitam servandam: Spectra illa cum iis conversantur; & colloquuntur assiduò, neque arceri, aut abigi ullo modo possunt. Sed maximè infestantur spectris *Manium*, & *Larvis* cognatorum, defunctorumque parentum: Cui malo, ut medeantur, mortuorum cadavera sub foco defodiunt: quod dum negligunt obversantibus perpetuò defunctorum umbris terrentur, & molestantur. Cúmque habitent in locis palustribus, & uliginosis, difficilimum est ad eos venire, nisi gelu adstrictis ubique aquis. Æstate ad eos commeant *Pastores ex Finlandia*, *Midelpadia*, *Nortbotnia*, *Angermania*, *Helsingia*, vicinisque regionibus, qui eos orare, & CHRISTUM invocare utcunque docent: sed præceptores sæpè discipulos ignorantiâ & stupiditate superant: ideò *à Majorum* institutis facilè se dimoveri non sinunt; suadentibus id *Diis patriis:* quos consulunt in omnibus rebus: maximè dum piscationes & venationes publicæ suscipiendæ sunt. Tum certis invocationibus, & adjurationibus à suis *Diis* scisitantur, an opus, quod aggrediuntur, illis benè succedet? Si Dii loco suo moveri se patiantur, bonum successum promittunt. Si moveri non possint, iratos se offensósque significant. Et hos aliquo ritu, & ceremoniis placare necesse est. *Tympanum* habent ingens aheneum, in cujus fronte superiore plana depicta sunt quadrupedia aut volatilia, quæ in illis regionibus versantur. In medio tympani virga ferrea oblonga, & teres infigitur, cujus summitati rana ænea suspensa est ad perpendiculum. Incurvati circumquaque incantatores verba quædam ad numeros modulata obmurmurant, & tympanum feriunt: ad cujus sonitum rana delabitur; & in cujuscunque animalis figuram insidet, animal designatum disquirunt, & offenso Deo mactant: Cujus caput ex arbore sacrâ suspendunt, circumquaque tripudiantes choreas ducunt: reliquum corpus excoquunt, & amicis advocatis epulandum communicant: aut saltem, si animalis cæsi carnes esculentæ non sint, jure ollarum & decocto tanquam aquâ lustrali se omnes irrorant, & perfundunt: hocque sacro expiati, Deo se reconciliari putant, & ad destinatum opus sese alacriter accingunt.

Spectra Manium apud Pilapios frequentia.

Pilapiorum Deo qua fiant sacra.

In iis regionibus, quæ longissimè extenduntur versùs *polum Arcticum*, multi lacus amplissimi & piscosissimi videntur. Sub ipso ferè Polo lacus extenditur tantâ vastitate, ut mari *Caspio* latitudine non sit minor: multas enim alluit provincias, maximè *Moscoviam*. Sunt & alii in *Bothniâ* latissimi, piscatione, & aucupiis nobiles. Sed circa Polum tres potissimùm visuntur præter cæteros præstantes. Horum præcipuus vocatur *Vener*, suâ longitudine continens milliaria Germanica 130. & ferè totidem in latitudine. In eo aliquot prominent insulæ habitatoribus frequentes, qui venatione & piscatione, sicut & reliqui Septemtrionales, victitant. Hunc augent viginti quatuor flumina influentia: Cúmque ferè semper gelu sit adstrictus, appropinquante *Julio* mense, paulatim ebullit è fundo, & ita resolvitur glacies tanta celeritate, ut sæpiùs periclitentur ii, qui super eo equitant, ambulant, aut vehis trahisque sarcinas vehunt.

Lacus Arctici.

Vener Lacus.

Secundus Lacus appellatur *Melher:* cujus ripæ protenduntur inter Gotthiam & Sueciam metallorum feraciissimæ, potissimùm argenti: quo Principes eorum locorum locupletissimi evadunt.

Melher Lacus.

Tertius nomine *Vether* dictus, aquas habet limpidissimas, & purissimas: ejus ripæ versùs Septemtrionem, sicut & *Meleris*, abundant metallis. In eo lacu insula cæteris celebrior duo templa habet parochialia, & incolas frequentes. In altero horum templorum res admodum mira contineri dicitur. Cùm *Septemtrionales* populi *Magiæ Necromanticæ* sint ab omni antiquitate addictissimi, *Diabolus* sese horum

Vether.

Catillus Necromãta & Gilbertus.

ſtudiis accommodat, & eorum curioſitatem, & ſuperſtitiones quantum poteſt, promovet & in integrum retinet. In eâ inſulâ vixit ſuperioribus ſæculis *Catillus* quidam in *Necromantiâ* exercitatiſſimus. Is habuit ſectatorem diſcipulum *Gilbertum*, Præceptore in ea ſcientia non inferiorem: Qui dum ob intelligentiam *Magiæ* inſolenter ſuperbiret, ac ſe *Catillo* præferret; ingratitudine diſcipuli irritatus Præceptor, illum primò incantatione ita vinxit, & immobilem reddidit, ut tanquam catenis vinctus eſſet, loco ſe non poſſet movere: poſtea jactabundè perſeverantem in ſuperbia iratus detruſit in ſpecum templo illi vicinum; ubi adhuc hodie vivere perhibetur. Ad eum deſcendebant olim multi, ut rerum futurarum eventus ab eo diſcerent. Sed quia id plerumque fiebat cum præſenti vitæ diſcrimine, propter lethale frigus, & fœtorem qui inde exhalat, cautum eſt edicto ſevero, ne quis incolarum deinceps ſe in illam voraginem demittat, neve peregrinis advenis inviſendi locum auctor ſit: cùm Principes prudentiores non dubitent illic ſuperſtitem non vivere *Gilbertum Magum*, ſed ejus loco illic reſidere *Dæmonem*, qui *Gilberti* vultu, voce, & habitu vaticinia reddit: Cum *Diaboli* potentia longè extendatur, non poteſt tamen hominis vitam ultra terminos à Deo præfinitos producere. Sed infinitis preſtigiis imponit miſeris mortalibus, diverſis modis illorum oculos faſcinans & obcœcans: ut videre ſe credant quæ non ſunt, & iis rebus intereſſe, à quibus ſunt remotiſſimi.

Gilberti ſpelunca.

Enthuſiaſmus Magi Septemtrionalis.

Conſtat adhuc hodiè inter *Septemtrionales* hoc exerceri, ut ſi quis peregrinus ſcire velit, quid domi agatur, conveniat *Magum* aliquem, qui facili negotio illic invenitur (ex profeſſo enim eam artem tractant,) pactóque precio *Magus* recedit in cubiculum ſuum, ubi ranam, ſerpentem, veſpam, crabronem, vel aliud aliquod animal ex ære conflatum, & ad hunc uſum præparatum incudi imponit, malleoque repetitis ictibus ferit, verba quædam arcana obmurmurando: hinc & inde pedibus inſiſtendo, geſticulationibúsque indecentibus brachia lumbósque movendo, donec humi *Enthuſiaſmo* raptus, tanquam exanimis labatur. Ejus corpus oportet diligentiſſimè ab aliquo domeſtico cuſtodiri, ne vel à muſca prætervolante vel araneo inſidente contingatur. *Diabolus* enim ſeſe transformat in diverſorum ac minimorum animalium figuram, ut cuſtodes fallat, & corpus *Magi* ſuffocet, & ad vitam redire non ſinat: Qui poſt aliquot horas animum recipiens, longâ tanquam viâ & agitatione defatigatus extollitur, & ſellæ imponitur: ubi oculos circumquaque rotans, anhelitu ſucciſo & difficili hians tanquam reſpirare non poſſit, narrat ordine quæcunque viderit, & audiverit in remotiſſimis regionibus, magna omnium audientium admiratione & metu.

Henricus Sueciæ Rex Magus.

Neque ſolùm hanc artem exercent *Plebeji*: eâdem cum vulgo inſaniâ feruntur *Primores*, & *Magnates*. Legimus *Henricum Sueciæ Regem*, Principem alioqui cordatum, & prudentem, *Magiæ* ita indulſiſſe, ut pronunciatis tantùm verbis aliquot arcanis myriadem Dæmonum promptam ſemper & paratam ad omnia juſſa evocaverit: ita ut rotato pileo, quem gerebat, aërem turbaret, ventos violentos cieret, eosque in quamcunque vellet partem moveret: unde inter *Suecos* natum proverbium, dum ſubitis tempeſtatibus cœlum obtegeretur, horrendisque typhonibus aër perſtreperet. *Verendum*, ajebant, *ne Rex ventoſum ſuum pileum moverit, ut nobis perniciem aliquam, & calamitatem inducat.*

Ventoſus Henrici pileus.

Agaberta venefica.

Fuit in iis regionibus *Agaberta* quædam venefica, quæ nunquam conſpiciebatur naturali figura. Modò apparebat puſillæ, deformis, & languidæ anûs vultu, modò ſtatura corporis adeò procera, ut altas quercus æquaret altitudine: nunc in equam, vaccam, Tarandam, avem, vel colubrum mutabatur, vel phantaſmatis aut larvæ horrendæ induebat faciem. Ea credebatur *Solis* & *Lunæ* jubar offuſcare poſſe, rupes ſuo loco movere, mõtes deprimere, ſiſtere fluviorũ curſum: & alia ejuſmodi

modi admiranda, & omnem fidem ſuperantia præſtare, tantâ felicitate, ut videretur in omnes *Dæmones* habere imperium.

Hollerus Magus. Othin. Hadingum reducit in Daniam.

Idem memoriæ traditum eſt de *Hollero*, qui pro *Numine* aliquo à ſuis ob miracula ſemper eſt habitus. *Othinum* quoque narrant multa præſtitiſſe admiratione digna. Inter quæ hæc narratur hiſtoria. *Hadingus Rex Daniæ* propter crudelitatem & inſolentiam regno expulſus eſt : extorriſque patrio ſolo in *Sueciam* navigavit: Cúmque audiviſſet illic *Othinum* multa exercere; quibus omnes juvari, & promoveri poſſent, convenit hominem, precio & verbis demulcet: *Age*, inquit, *ô Rex, confidenti eſto animo: ego te in tuam Daniam reducam, dummodo te mihi committas, atque obſequentem reddas:* Cui cùm ſe paratum ad omnia experienda juraret, *Magus* in equum ſtaturæ egregiæ inſedit, juſſitq; regem exulem ſibi à tergo inſiſtere: hoc modo duo illi equites in aërem primùm ſublati, poſteà in Oceanum Septemtrionalem horrendis tempeſtatibus commotum deſcenderunt, ſuperantésq; medios turbines, & ſpumantes fluctus paucis horis *Daniam* contigerunt: *Rex* occultis colloquiis cum amicis & ſuæ factionis hominibus conferens, effecit ut populo reconliaretur, & priſtinæ auctoritati reſtitueretur. Cúmque paulò poſt in *Norvegiæ* regem arma moveret, *Othinum* ſibi *Conſiliarium*, & *Aſſeſſorem* elegit, expeditionisq; ſuſceptæ ſocium. Cúmque claſſes utriuſq; regis prelio navali decertaturæ eſſent, & pugnæ jam inſtarent, *Othinus* violentiſſimos ventorum turbines movit, mare undis & tempeſtatib. è profundo pelago concuſſit, ut omnia confundi, rumpi & dejici viderentur, deſuper cœlum nubibus obducebatur, undiq; crepitabant tonitruum horrẽdi fragores, reboantibus eximo fluctibus, coruſcabant torti fulminum ignes, imbres & grandines pavẽdo impetu rotabantur in *Norvegiorum* naves, quarũ pars naufragio abſorpta, reliquæ fugâ ſibi ſalutem acquiſiverunt, & victoriam *Hadingo* tribuerunt.

Othini Magiâ ſuperati ſunt Norvegi.

Spelunca Eſmellenſis.

In provincia *Eſmellen* vicina *Moſcoviæ* ſpelunca viſitur horrendo hiatu: in quã ſi quod animal conjiciatur, tantus fragor, boatus, & ſonitus præter naturam excitatur, ut nulla tonitrua, nulla tormenta, & machinæ bellicæ globorum ignitorum vomitione hunc æquare poſſint. Quòd niſi incolæ, ſi quando caſu equus, vel aliquod aliud animal in illam voraginem labatur, aures ſubitò cerâ xyloque diligenter obturarent, crepitibus illis ſurdi evaderent, vel mente capti, aut præſenti morte exanimarentur, vel morbis incurabilibus afficerentur. Propterea neceſſe fuit hoc antrum altiſſimo muro cingere, & locum portis & turribus munire, ne acceſſus eò liber permittatur: quarum claves aſſervantur à Præfecto urbis firmo præſidio munitæ. Ante aliquot annos, dum cives obſidione gravi cingerentur annonaque deficiente penuriâ victûs laborarent, & ad deditionem cogerentur, ſpecus hujus commoditate ad ſuam ſalutem uſi ſunt, hoc modo: Incolæ omnes ſeſe præparárunt obturando diligenter aures, & in cellis ſubterraneis latitando: Pertraxerunt aliquot boves ex armentis ſelectos procero corpore, quos in illum ſpecûs hiatum devolverunt noctu, hoſtibus ante urbem ſecurè degentibus. Tunc ſubitus de repente, tantúsq; exortus eſt fragor, loci concuſſio, terræ motus, & trepidatio, mugitus horrendi ex infima barathri voragine erumpentes, ut *Cocyti* fauces infernales omnes furias ſimul vomere viderentur. Hac re inſolitâ, inexpectatáque uſque adeò conſternati ſunt obſidentes, ut cœlo deſuper boante, tellure remugiente, denſiſſimis noctis intempeſtæ tenebris neſcirent, quid agerent, & conſiliorum dubii in faciem collapſi relictis armis, animisque dejecti tellure abſorberi ſe rerentur: Pars eorum metu exanimata, alii mente capti titubantes ſtare loco non poterant, plures ſurdi redditi, omnibúsque corporis partibus debilitati ſuccubuerunt, & proſtrati ſunt. Obſeſſi hanc occaſionem arripientes, ſubitâ irruptione in caſtra irruerunt, metu exanimatos aut inſanos facili negotio trucidant, impedimenta diripiunt, paucosque ſuperſtites fundunt, profligant, & in turpem fugam cum rerum omnium jacturâ vertunt. Nihil enim eſt quod iſti homines operâ Dæmonum, qui illic peculiare obtinent imperium, non poſſint perficere.

Sunt enim ut plurimùm altæ robuſtæque ſtaturæ, cute candidiſſimâ, membris validis, & nervoſis, ſed tardiore ſtupidioréque motu corporis, ſicut & animis obtuſioribus: Inter illos etiam frequentes inveniuntur *Gigantes*, corporum viribus & magnitudine admirandis, quod teſtantur *Saxo Grammaticus*, & *Olaus Magnus* Upſalenſis *Epiſcopus*. Qui monſtroſi roboris, & vaſtitatis referunt fuiſſe quoſdam *Artenin*, *Aſtarchetarem*, *Angrimum*, & *Arvedorum*: qui ſine difficultate bovem ingentem caudâ arreptum in humeros conjiciebant, & gerebant tanquam ovem: & hi omnes in genere tantam cum *Dæmonibus* habent familiaritatem, ut eorum ope nihil intentatum relinquant, quod ad *Magicas artes*, & *Necromantiam* facere poſſe videatur.

Gigantes Artenii, Aſtarchetes, Angrimus & Arvedorus.

Dum hæc ſcriberem, narravit mihi hiſtoriam mirabilem vir clariſſimus *Petrus Lepidus* Procurator regius apud *Mediatricos*, quæ contigit cuidam ex ejus amicis, viro nobili, & multæ auctoritatis. Is à ſuo Principe miſſus erat in *Sueciam*, ad tranſigenda quædam negotia cum rege. Duxerat uxorem illuſtrem, & formoſam menſes circiter tres ante ſuſceptam Legationem; cui diſcedens promiſerat reditum intra quatuor ad ſummum menſes, Deo iter ſoſpitante. Venit feliciter in Sueciam, res commiſſas cum rege optato ſucceſſu expedit: à quo veniâ acceptâ muneribúsque cumulatus cùm dimitteretur, in *Livoniam* vicinam transfretare ſtatuit, ductus cupiditate videndi ea, quæ famâ vulgabantur de iis regionibus: potiſſimùm de *Spiritibus familiaribus*, qui cum hominibus verſantur viſibiles, & illis officiosè inſerviunt. Eò poſtquàm adpuliſſet, aſſiderétque menſæ in diverſorio cum reliquis convivis cogitabundus, & ſubtriſtis, memórque ſe jam anno integro abeſſe abuxore, cui maturiorem juraverat reditum: In illum intuens hoſpita: Quid, inquit, mi homo: quæ te res adeò ſolicitum tenet? ut cæteris Genio indulgentibus, ſolus triſtis & cogitabundus videaris? Nonne te novæ nuptæ abſentia, & deſiderium plus juſto angit? de cujus valetudine, ut par eſt, & ſtatu ſollicitus es. Atqui, reſpondit hoſpes, Benè conjectaris: Illam enim animo gero: illam dies noctésque meditor, de eâ ſomnio; nihil oculis obverſatur, quod illius memoriam mihi non inculcet, & illius deſiderium ardentiſſimum non ſtimulet. Quin bono animo eſto, inquit mulier: Paciſcere mecum de precio aliquo; Ego dabo operam, ut antequam dies craſtinus illuceſcat, teſtimonium certum de illius ſtatu & valetudine tibi referatur, & illi renuncientur, quæ voles. Conveniunt de mercede: itur dormitum; quieſcitur. Poſtero die adeſt hoſpita cubiculum ingreſſa: Narrat hoſpiti ſuo uxorem valere optimè: deſcribit domum, habitum, formam, familiam, & quæcunq; præſens vidiſſet. Cúmque *Livonia à Rheno* longiſſimo terrarum intervallo diſſita ſit, vir hic mulierculæ verbis fidem adhibere non audebat: cùm exiſtimaret illam pleraque effutire, quæ antea ex alternis colloquiis in menſa dicta eſſent, vel quæ ab illius famulis potuerat percepiſſe. Tum illa educens è perâ annulum gemmatum, quem maritus nuptiarum die digito uxoris ſignum perpetui reciprocique amoris teſtimonium inſeruerat: Agnoſcis, ait, hoc pignus? & adhuc dubitas me peregiſſe fideliter, quod heri inter nos conventum eſt? Ille admiratus, & ſingula, quæ domi ſuæ vidiſſet, ab hoſpita percunctatus, præmium induſtriæ ac ſedulitatis præſtitæ liberaliter perſolvit. Reverſus autem paulò poſt domum ſuam, dum varia cum uxore, ut fieri ſolet, familiariter confert colloquia: amabo, inquit, cur eum annulum, quem tibi connubii pignus donavi, non ampliùs digito geſtas, ut ſolebas hactenus? Illa ad mariti verba demiſit oculos, pudore genas occupante. Ah, mi dilectiſſime vir, ait, fateor mihi dolosè, & miraculosè ſubtractum, maximoque animi dolore ſubreptum. Sed audi quomodo res acciderit: Ante aliquot hebdomadas manè præter ſolitum, (ah non feciſſem!) è lectulo ſurgens, cùm ex dolore tuæ abſentiæ dejectus mihi diu fuiſſet appetitus, ciborumque omnium nauſea me inceſſiſſet, juſſi per ancillam mihi aliquot emi piſces, quibus mihi repararetur orexis. Hos dum exentero ſolicitè, annulum meum depoſui in menſam culinariam, ne cruore,

Quid in Livonia acciderit viro nobili.

Annulus à Saga ſubreptus.

cruore,& ſordibus inquinaretur: Ingreſſa eſt interim domum meam mulier quædam peregrina mendicans, & ſtipem poſcens: quæ accepto nummo, è limine ſe ſubripuit, neque diligenter perquiſita poſtea, tota urbe inveniri potuit. Hanc ego multis indiciis furti auctorem ſuſpicata ſum. Nam præparatis piſcibus converſa ad annulum meum, ſubreptum animadverti: at illa antequam à me reciperet Eleemoſynam, oculis curiosè quæcunq; domi eſſent, circumquaque perluſtrabat: & ancillæ poſcenti quænam, & unde eſſet, reſpondit ſe ex *Suecia* oriundam: ubi vidiſſet virum quendam nobilem, qui ſe *Rhenanum* diceret, apud regem honorificè exceptum. Maritus die notato, habituque, & vultu mulieris, qualem illi uxor deſcribebat, agnovit hoſpitam *Livonicam* eò veniſſe: reſtitutoque conjugi annulo totam retexuit hoſtoriam, non ſine audientium admiratione.

CAPUT IX.

Raptum violentum eſſe imaginarium.

SEd multi negant raptum hunc præternaturalem fieri poſſe ſine corporum interitu: cùm violentiam tantam ſine ſuffocatione non queant admittere: ideò eum, & *metamorphoſin* in lupos imaginariam eſſe, non in actu exiſtentem. *Cacodæmonem* uſque adeò mentes veneficorum faſcinare, ut cùm eorum corpora certis locis inania jaceant, variæ imaginationes in eorum animis imprimantur: putentq; ſe in iis locis præſentes fuiſſe, à quibus longè remoti manſerint, & ea vidiſſe, quæ infinitis locorum intervallis diſſita ſint. Nam ea corporaliter non conſiſtere, teſtatur *Canon*, capite *Epiſcopi*, 26. *cauſa*, *quæſt.* 5. ubi ait:

Illud etiam non eſt omittendum, quòd quædam ſceleratæ mulieres retrò poſt Satanam converſæ, Dæmonum illuſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ, credunt ſe, & profitentur cum Diana Dea Paganorum nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cum innumera virorum, mulierumq; multitudine equitare ſupra quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire. Et paulò poſt ſubjungit: *Quis verò tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur?* Tandem concludit *Canon* his verbis. *Quod omnibus publicè annunciandum eſt, quòd qui talia credit, & his ſimilia, fidem perdit.*

Hiſtoria mira ex Hexameròne Torquemada.

Antonius Torquemada libro *Hexameronis*, quem ſcripſit *Hiſpanicâ* linguâ, *dieta tertia*, hanc inſerit hiſtoriam: *Guadalupi Hiſpaniæ* oppido Juvenis quidam *Granatenſis* dabat operam literis. Is, ut fieri ſolet, deambulandi gratia, cùm urbem eſſet egreſſus menſe *Junio*, & in umbra captans refrigerium ſub arbore recubaret poſt cœnã horâ ſatis tardâ, ecce obviam illi venit monachus quidam incognitus; qui peregrè veniebat equo vectus ſtrigoſo, macie confecto, & longioris itineris labore defatigato. Cui aſſurrexit juvenis, & reverenter ſalutavit. At, inquit *eques Monachus*, Domine mi, rogo te obnixè, ut in urbem regreſſus (in quam introire propter certas cauſas mihi non conceditur) obſonia & cibos ad cœnam neceſſarios mihi coëmas. Paret juvenis officioſus, acceptaque pecuniâ cibos mercatur neceſſarios, & quàm celerrimè poteſt ad monachum reportat. Is inducto ſuper ceſpites pallio, admotáque mappâ diſcumbit, convivio juvenem adhibens communi. Et cum eo inter epulandum de rebus diverſis familiares contulit ſermones: *Scholaſticus* illum rogat quónam iter pararet? Ille *Granatam*, inquit: Cui juvenis, inde natus ſum, ubi habeo matrem adhuc ſuperſtitem, quàm brevi inviſere eſt animus. Tunc *Monachus*, Age, inquit: præbe te mihi viæ ſocium: Ego te libenter omnibus impenſis itineriſque tædio, quantùm à me fieri poterit, ſublevabo: ſed neceſſe eſt ut ſine mora te viæ accingas: moras enim longiores hîc facere nequeo. Juvenis conditionem oblatam amplectens domum redit, præceptori valedicit; compoſitiſque ſarcinulis ad hoſpitem reverſus eſt. Jam nox inſtabat nebuloſa & tenebroſa: & hanc elegiſſe ſe ajebat *Monachus* datâ operâ, ad evitandum diei æſtum: Dum aliquot milliaria confabulando ſimul peragraſſent hic eques, ille pedes; Monachus juvenem aliquantulum

defatigatum compellat, ut communi equo simul veheretur. Quid, inquit ille, mihi tam comiter offers, quod præstare neutiquam potes. Possétne equus lassus, & longis jam fractus viis vecturæ duorum sufficere, qui unum cum difficultate tergo insidentem sustineat? Animalis animositatem, respondit, nisi expertus, non potes cognoscere: aspectu quidē falleris, sed res se longè aliter habet. *Scholasticus* urbanitate *Monachi* illectus, alacriter in tergum equi insilit, & firmo amplexu, ne dejiceretur, ephippio insidentem complectitur. Equus duplicatâ celeritate, & robore graditur, & festinat: equitant ambo simul, diversis colloquiis viæ tenebrarumq; tædium mitigantes. Nox brevis exortâ fugit aurorâ. Clara jam luce *Scholasticus* in subjacentes valles convertens oculos, mirabatur regionis amœnitatem, hortos irriguos, planiciem campósque segetibus fructiferisque arboribus consitam, locáq; omnia ubere glebâ, & fœcundis agris tecta: in quorum medio urbs ampla, & spatiosa ædificiis superba in altum erectis, mœnibus propugnaculisque altissimis cincta, fastigia turrium, ac templorum moles operosas extollens. Quid hoc est obsecro, inquit Juvenis? quæ est hæc locorum amœnitas? quæ urbs tam culta? Quòd nisi à patria tam remotum me scirem, *Granatam* hanc urbem esse existimarem: tam benè omnia cum urbis amplitudine, ornamentis, & situ conveniunt. Imò, inquit *Monachus*, neutiquam tua te fallit opinio. Hæc est ipsa *Granata*, quam petis. Quare, age, expedi te citò, & patriam ingredere. Nam me ulteriùs progredi necessitas cogit. Juvenis admirabundus obstupuit; nescius quo modo brevioris unius noctis spatio iter fuerat emensus, quod multis diebus expeditissimi equites non potuissent conficere. Desine ista mirari, subjecit *eques*: repete domum tuam incolumis: sed cavè ne cui enarres, quæ in via tibi contigerunt.

Alia historia de tribus viatoribus.

Idem *Torquemada* aliam non absimilem historiam huic subjungit: Viri duo amici ex *Valledolid* urbe *Hispaniæ* profectionem simul susceperant *Granatam* versùs: Dúmque in via appulissent in pagum, qui *Olmeda* vocatur; illis occurrit vir peregrinus, qui se idem iter instituisse dicebat. Juncti simul equitant, colloquuntur, & confabulantur inter se, quemadmodum inter viatores socios fieri solet. Jam quatuor circiter *leucas* progressi, cùm prandii tempus instaret, amœnusque illis occurreret campus: Hìc, inquiunt, commodissimè diversabimur, & in umbra discumbentes prandebimus. Placet omnibus hæc sententia. Postremus ille Viator longum, quo amictus erat, pallium in herba extendens, superjecto mantili expromit è pera cibum, quem ad viam prepararat: Idem quoque reliqui duo faciunt, cōferentes quicquid reconditum sacculis gerebant: & in strato pallio decumbentes: convivantur simul, jocosáq; de rebus diversis inter se conserunt colloquia. Cúmq; fami, & appetitui esset satisfactum; Surgamus, inquiunt *Valledolidenses*, & cœptum iter persequamur, ne mora longior differat negotium, quod expediendum suscepimus. Nimia festinatione opus non est, inquit alter; Tempestivè namque *Granatam* veniemus: cōversúsq; eam in vicinia ostendit, vix quarta milliaris parte distantem. Illi admirabundi, se dum pranderent tam dissita locorū intervalla brevissimo tempore emensos fuisse, nullum motum sentientes, sese mutuò intuebantur: ad quos Viator, *Pallii*, inquit, *mei beneficio hoc estis assecuti*. Quin abite in bonam rem; incolumes estote, & valete: neque cuiquam quod evenit narrate. Illi urbem ingressi sunt læti. Viator aliam viam ingressus, iter susceptum prosecutus est.

Viri cujusdam literati raptus.

Vir quidam literatus, cùm multa audivisset de *Magorum* rebus gestis: neque posset sibi persuadere, eos tanta præstare posse, quæ famâ communi apud omnes promulgabantur; curiositate nescio quâ ductus, statuit ab iis discere, & cognoscere an vera essent, ut posset desiderium hujus novitatis complere. Vicinum habebat de *Magia* suspectum apud multos: hunc adit, salutat, amicitiam ejus, & familiaritatem expetens: ut ex mutua consuetudine, & conversatione posset aliquid expiscari, & perspicere eorum, quæ illius animum angebant. Neque res in longum tempus protracta est Nam cùm *Magus* animadvertisset, literatum hunc hominem

seriò

ſeriò expetere initiari ſacris communibus; perſuaſit illi facillimè, ſi vellet in hac vita felix reddi, omnibúsque deliciis, & voluptatibus uſque ad ſatietatem frui, ut ſe ſocietati reliquorum adjungeret, & cum eo ad conventus nocturnos deferri ſe pateretur. Aſſentitur volens: inſtruitur à *Mago* de iis, quæ gerenda erant: & adcuratè docetur, quid illi faciendũ eſſet, quid cavendum, quid dicendũ, & quid tacendũ. Statuto igitur tempore, nocte intempeſtâ poſtquam eſſet unctus, luſtratusq; verbis & incãtationibus, cũ Mago in aërem ſublevatus, tantiſper per valles & inacceſſos mõtes deportatus eſt, donec trajectis fluminibus, & peragratis infinitis populis pervenit in patentem campum, rupium præcipitiis undiq; circumſeptum: ad hunc ex omni partè confluebat innumera hominum multitudo utriuſq; ſexus, qui tripudiis, riſibus, & jocis omnia cõplebant: Bacchanalia illic celebrari dixiſſes, quicquid laſciviæ, quicquid licentiæ turpis excogitari poteſt, illic apertè exercebatur, propẽſis in omnẽ proterviã omniũ animis. Poſtquã novum myſtã animadvertiſſent, eum omnes cũ plauſu amicè exceperunt, & illi congratulati ſunt, quòd Domini rerum omniũ potentis ſervitio ſeſe addixerit: à quo recepturus eſſet, quicquid deliciarum, voluptatum & felicitatis in vita excipi, aut expeti, poteſt. Medio in campo erectum attollebatur altiſſimũ tribunal precioſis inſtructũ pannis: illi inſidebat horrendæ monſtroſitatis hircus, cujus oculi radioſis ſcintillabant ignibus, cornua in tergũ retorta, pili hiſpidi, ſetoſi, & oblongi, fœtor obſcœnus & intolerabilis nares circumſtantiũ ſternutantiũ more cõplebat: Ad hanc fœtidã, & horrore pavendo beluam per gradus cõſcendebant omnes advenæ cernui ſeſe demittentes cũ adoratione, partesq; illius pudendas, & poſticas venerabũdi deoſculabantur: tantúmq; honoris illi Cacodæmoni exhibebant, quantum Deo tribui poſſet. Novus iſte magus rei novitate perculſus, turpitudinẽ hãc, & obſcœnitatẽ deteſtatus *nomen Dei, & Chriſti Servatoris* imploravit in ſuũ auxiliũ. Vix nomẽ *Jeſu Chriſti* pronunciarat, cùm ſubitò tẽpeſtate exortâ, omnia circũquaq; loca pavendis ignibus, horrendóq; tonitruũ fragore, & terræ motib. concuti, nutare montes, ululare ſolum, rupiũ moles dejici, arbores violentis ventorũ turbinib. eradicari, & in aërem abripi viderentur, cõpages cœli diſſolvi, & mundi totius fundamẽta nutare, & uſque ad Tartaros dehiſcere terra crederetur. Hoc horrore uſque adeò concuſſus & conſternatus eſt bonus iſte vir, ut aliquandiu proſtratus humi ſine ſenſu, ſine judicio exanimis jacuerit: neq; in hac mentis perturbatione potuerit videre, quid cũ cæteris factũ ſit. Orto jam ſole ad ſe rediens, & mentem recipiens, toto tamen corpore uſque adeò debilitatus, ut ſibi membra omnia luxata putaret, cũ ſumma difficultate ſeſe extricavit è montiũ inacceſſis ſentibus & præcipitiis: Quibus tamen, *Dei* auxiliò ſæpiùs invocato, ſuperatis, fame ac labore confectis viribus deſcendit in planiciem deſertis illis ſubjectã: ibi incurrit in populũ forma, habitu, ac ſermone incognitũ: Cumq; non poſſet cum hominib. colloqui, ſignis & nutibus cibum ad famem ſedandam vix extorſit. Inde per longiſſimos itinerum tractus versùs occidentem ſolem progrediens, multorum populorum ditiones emenſus, multas anguſtias paſſus, poſt multas hebdomadas vix ad fretum pervenit *Gaditanum*: quo trajecto *Hiſpaniam* ſuam repetivit: patrioq; ſolo exceptus, magiſtratui omnia, quæ illi acciderant, narravit: & multos oſtendit impietatis Magicæ ſectatores; qui admiſſorum facinorum pœnas dederunt.

Alfonſus de Caſtro Juriſconſultus celeberrimus ex libris *Pauli Guirlandi* Inquiſitoris horum criminum, potiſſimùm ex eo tractatu, qui inſcribitur *de Hæreticis*, narrat, in *Italia* ſuo tempore fuiſſe mulierem veneficam, quæ à *Diabolo* auſportata per aërem ad conventum reliquorum Magorum ſe frequenter conferebat: ea poſtquam indulſiſſet cum cæteris potu, conviviis, ſaltationibus, & enormibus illis libidinibus, quibus ſe cum immundis Spiritibus polluunt Magi, domũ rediens eodem Dæmone vectore, poſtquã adpropinquaſſet oppido, unde priùs exiverat, audiviſſetq; ſonũ campanarũ, cives ad ſacra matutina compellantiũ, demiſit mulierẽ inter ſentes prope fluminis ripam. Illac fortè fortunâ præteribat juvenis oppidanus, qui

Venefica è nubibus à Dæmone demitti viſa.

qui ex alto descendentem animadvertit veneficam. Hoc spectaculo territus (visionem enim & phantasma esse credebat, cùm adhuc obscurum esset crepusculũ) substitit attonitus, neque ausus est iter persequi. Illa ut erat nuda, sparsisque per humeros capillis, civem suum nomine compellavit; & ab eo postquam propiùs accessisset, cum lacrymis suppliciter petivit, ut illi tegumentum aliquod præberet, quo pectus partesque pudendas velaret. Juvenis ea conditione se præstiturum, quod poscebat promisit, si fateretur, quo modo in altum vecta esset, & è nubibus descendisset, atque inter vepres nudo corpore demissa latitaret. Is postquam jurejurando fidem adstrinxit, se celaturum omnia, venefica illi longa narratione explicuit, quicquid ab ea factum esset: Ita, prout pactum erat, secretò per occultas semitas deducta vix ortâ luce domum rediit. Sed, ut nihil reticetur à quoquam, juvenis hic amico suo familiari negotium indicavit, & amicus alteri. Hac ratione res in multorum cognitionem adducta, Magistratui tandem declarata est: qui venefi-cam cum aliis tantorum facinorum conscriis, & sectatoribus è vita sustulit.

Malleus veneficarũ.

Si quis plura velit cognoscere, legat eundem *Alfonsum*, & librum *Guirlandi*, qui inscribitur MALLEUS MALEFICARUM, ubi videbit infinita ejusmodi exempla: quæ nisi tantorum virorum auctoritate fulta essent, vix fidem mererentur: mirabiturque unusquisque, quanta mala genus hoc hominum mortalibus inferat, quas pestes, quæ damna procuret; & quantâ impietate grassetur.

Itala venefica mirabilis historia.

Libet adhuc hic inserere mirabilem historiam ex *Guirlando*. Capta fuit in quadam Urbe *Italiæ* venefica arte Magicâ inter suos famosa: ea adducta ad *Inquisitorem Guirlandum*: Is, ut erat vir prudens, acutus, & moderatus seriis verbis objurgavit mulierem, postquàm infinita facinora à se perpetrata fassa esset, quorum impunitatem illi promisit, si illam suæ impietatis pœniteret, à Deo veniam toto corde peteret, juraretque se in posterum relicturam servitium Dæmonum: & simul suæ artis specimen aliquod exhiberet in præsentia Magistratûs, assessorumque Syndicorum. Illa nihil cunctata, jurejurando spopondit se præstituram, quod Inquisitor poscebat. Egressi sunt urbem cum muliere; quæ acceptâ veniâ paulò longiùs ab iis secedens inter dumeta, scrobem illic effodit unguibus, multa obmurmurando; in eam minxit divaricatis inclinata cruribus, ore hiante, retortis oculis, canitieque setarum instar erectâ, deformibusque gestibus horrenda: & à scrobe assurgens, urinam effusam urgebat in gyros diversos, adhibitisque circumquaque certis signis, & characteribus, evocabat aërios Dæmones in auxilium, virgaque circumferiens scrobem, ex qua subitò vapor quidam crassus in fumi speciem emersit; qui paulatim in aërem sublatus, generavit, (ut apparebat oculis spectantium) nubem densam, nigram, & horrore plenam: ex ea paulò post inclusi soni, boatusque surdi audiebantur, mox in crebra, horrenda, & inusitata versi sunt tonitrua, & cum fragoribus pavendis undique emanabant ignes rutili, fulgetra, & fulmina, quibus cœlum terraque brevi crematum iri videbantur, tanto impetu reboabant, concutiebantur omnia loca subiecta, ut æther flagrare, tellus ad Tartara dehiscere putaretur. Adstabant spectantes ingenti metu consternati, quos jam dudum seriò pœnitebat suæ curiositatis: sed reditus in urbem vicinam sine periculo præsentissimo illis non concedebatur; sententiam revocare non licebit, neque veneficam ab instituto retrahere, cujus aspectus omnibus formidabilis esset, & potentia metuenda; quam Magistratus auctoritate, & iussu usurparat: cumque pavore maximo concussi essent, mulier ad eos conversa, Confidite, inquit, & bono animo estote: nihil ex his omnibus vobis imminet periculi: de salute vestra sitis securi, quæ mihi satis curæ futura est: Tu tantummodo, ô Inquisitor, præscribe mihi locum, in quem derivetur hæc tempestas: necessarium enim est hanc nubem onus conceptum exonerare. Tum Guirlandus illi digito indicans locum petrosum, incultum, & sterilem, Illuc, ait, cùm necesse sit, impetus iste rotetur, & delabatur sine noxa. Vix dictum fuerat, cùm ecce horrendi undique crepitus, tonitrua, coruscationes, & violen-

lentorum ventorum turbines concitati, è nube cum pavendis boatibus, & flammarum ignitis imbribus exprimuntur, torti fulminis ignes rutili, nymbique aquarum, grandinumque, & lapidum ruinæ tanto impetu in locum designatum præcipitantur, ut effervescente fluvio vicino, & tellure ex profundo remugiente tota mundi compages dissolvi, & ruinam minitari videretur. Nemo spectantium fuit, qui rursùm de sua incolumitate non fuerit dubius, quemque non pœnituerit hujus spectaculi. Exoneravit se tamen ea nubes sine damno, & hominum periculo: neque inventum est quicquam ex ruina, quod excesserit limites ab Inquisitore, & Magistratu designatos. Dæmones enim, (quorum versuta malicia est inenarrabilis) advocati præstò sunt, seque exorcismis, & conjurationibus quasi cogi patiuntur, ut miserum Magorum genus in impietate detineant: & præcipites in ruinam & perditionem æternam protrahant. Et hi licèt ad omne malum propensi sint in genere, variæ tamen eorum existimantur esse differentiæ, à locis ubi degunt, ab officiis quibus sese applicant, & suas operationes exercent.

CAPUT X.

GAudentius Merula, ex opinione *Pselli*, *sex* diversas Dæmonum differentias recitat; scripsit enim *Psellus* multa de Dæmonum natura. *Primi* dicuntur substantiæ *ignitæ*: propterea quòd habitant in elatiore aëris parte, communicantque cum regione vicina ignea, vel fortasse in ea degunt, & conversantur: ideò vocantur *Spiritus ignei*. *Sex Dæmonum differentia.* *Spiritus ignei.*

Secundum genus est eorum, qui incolunt *mediam partem aëris* usque ad terram. Hi præter ordinem Naturæ, ventos concitant, tempestates movent, conspissant, & congelant nubes, procurant fulgura, coruscationes, & fulgetras, conflant grandines, cient flatuum horrendorum typhones, subvertunt arbores, rupium moles infringunt, turres arduáque demoliuntur ædificia, sata corrumpunt imbribus; locustarum, muscarum, erucarum, & scarabeorum ex putredine aquæ & telluris generationem stimulant, ad rodendas recentes arborum vitiúmque gemmas, & herbarum asparagos enascentes, & reliquos terræ fructus. Et hi sunt prioribus multò magis noxii: nam cùm ignei Spiritus sint substantiæ præstantioris, & purioris, viciniq; cœlo, minùs sunt proclives ad nocendum. *Spiritus aërii.*

Tertio loco numerantur *Dæmones, qui terræ superficiem habitant*: & hi maximè sunt hominibus infesti, quibus conversantur, quos sequuntur, quos instigant, & propellunt in varia facinora, ut enormibus criminibus pressos divertant à spe vitæ æternæ, & à gratiâ, quam obtinemus per CHRISTUM SERVATOREM nostrum. Ideò nobis die noctúque insidiantur, suggerunt malas voluntates, movent concupiscentias; libidinũ titillos, & pollutiones nocturnas excitãt: ostendunt per somnia divitias, & harum desideria in animis avarorum excitant: bilem acuunt, iras inflammant, vindictæ cupiditatem inflant, & cędes procurant. Neq; est ullum peccatum, in quod non pertrahant, tam vigilantes, quàm somno sopitos. Quia cùm sint Spiritus, animos maximè concitant. Ac nisi nos tutaretur DEI clementia, nullum est momentum, quo non periclitaremur. Ideò non sine causa nos jubet APOSTOLUS *vigilare & orare, ne intremus in tentationem: Quia adversarius noster Diabolus circuit, quærens quem devoret.* *Spiritus terreni.* *1. Pet. 5. v. 8.*

Quartam classem tenent *Spiritus aquei*; qui in mari, lacubus, fluminibus, & fontibus degunt. Hi tempestates in mari concitant, fluctus inflant, & extollunt ventorum violentiâ, cum horrendo impetu & concussione pelagus è fundo spumantibus undis cum arenis confundunt; naufragia procurant: ad quæ etiam utuntur operâ cetorum, Phocarum, Pystrium, Balenarum, & reliquarum belluarum marinarum. In lacubus & fluviis lintres & scaphas subvertunt, navigantesque, quantum in illis est, diversis modis vexant: (nam eorum potestas præscriptis à DEO limiti- *Spiritus aquei.*

bus refrænatur, alioqui omnia perderent) natantes turbinibus & aquarum vorticibus, gurgitibusque profundis herbarum fibris implicitos submergunt.

Spiritus habitantes specus.

Quintus ordo est *Spirituum incolentium specus, voragines, & concavitates terræ subterraneas.* Hi parant insidias fossoribus puteorum, & fundamentorum ædium, saxa, terramque in subjectos devolvunt, ut oppressi ruinâ suffocentur: maximè autem noxii sunt iis, qui metalla in visceribus terræ scrutantur, & perquirunt; quos interimunt venenatis halitibus, aut anhelitûs prohibitione. Sæpè visibili forma apparent, corporibus raris & perspicuis, assiduo motu micantibus, & evanescentibus. Terræmotus cient, ventorum terræ hiatibus & cavitate inclusorum violentiâ; aut admissis in tellurem aquis, ut subsideant montes, urbes, & ædificia, eructent è terra colles, & arenarum, pumicum tophorumque immanes acervi: Et hæc damna, ut plurimùm excitant in locis mari vicinis: nonnunquam ubi copia latet sulphuris, hoc commotis flatibus incendunt, & horrendis eructationibus homines terrent, sæpéque voraginibus absorbent: ut in *Ætna*, & *Vesuvio* monte factum fuisse olim legimus: & nostro sæculo in monte illo novo, qui è medio lacu *Lucrino* prope *Puteolos* & *Bajas* undis ebullientibus, & terrâ è fundo pelagi reboante & tremente subito impetu emersit, mare retrocedere coëgit, ingenti hominum metu & strage; qui inundatione illa repentinâ cum majori Bajanæ urbis parte submersi sunt; Anno Domini 1539.

Spiritus inferni.

Sextam sedem occupant omnium pessimi, qui in *Abyssum Cocyti* devoluti sunt: destinati ad divexandas impiorum animas: cum quibus & ipsi suppliciis æternis, & igne inextinguibili cruciantur: ubi tenebræ sunt horroris, & metus plenæ, ejulatus, & dolor inconsolabilis, cruciatus perennis, & stridor dentium. Neque solùm hi, sed & superiores ita peculiariter distincta habent officia, quin omnes simul conspirarint in DEUM conditorem omnium quæ extant, & in perditionem hominum, quos JESUS CHRISTUS suo sanguine ab interitu redemit, & vitæ æternæ vindicavit.

Somnus & Amor puri spiritus.

Apulejus, aliique multi existimaverunt inter *Dæmonas Amorem* & *Somnum* esse puros Spiritus, reliquos vinciri cum corporibus. Idem asserit *Divus Basilius*, qui corpora non tantùm malis, sed etiam bonis attribuit Spiritibus & Angelis: secutus *S. Augustini* opinionem: *qui existimavit omnes* ANGELOS *ante lapsum habuisse corpora, ex superiore & puriore aëris parte, qualia habent Angeli Sancti. Sed postquam se peccato Satanæ involverunt, mutarunt corporum substantiam in crassam, & impuram aëris partem, ut in iis maximè torqueantur.* Quam tamen opinionem *Magister Sententiarum dicit* falsò tribui *S. Augustino.* Qui cum cæteris Doctoribus Ecclesiæ censet, tam ANGELOS quàm *Dæmonas* puros esse *Spiritus.* Quod testatur *Joannes Damascenus, S. Gregorius, S. Thomas*; Sed *Gaudentius Merula Psellum* secutus asserit, *Dæmonas pati non posse sine corporibus.* Doctores sacri tamen in eo conveniunt, tam Angelos quàm Dæmonas sibi, quoties libet, adsciscere posse corpora visibilia, conformia illi rei, quam nostris sensibus volunt objicere, sive ex igne, sive ex aëre, sive ex terra, aut alia materia. Ita videmus tres illos Angelos apparuisse ABRAHÆ: alterum *Manuè* & ejus *uxori:* Unum quoque servasse *tres* illos *juvenes* conjectos in fornacem ardentem. *Raphaëlem* comitatum fuisse *Tobiam* juniorem: *Gabrielem* humano corpore salutasse *Divam Virginem.* Hinc animadvertimus tam bonos quàm malos Angelos sibi, dum volunt, adaptare corpora congrua illi rei, quam repræsentant: quæ tamen momento dissolvuntur & evanescunt: propterea quòd eorum materia subtilis est, aëria, & evanida. Sed dicuntur cibis refocillari, metuere enses, & vim hominum robustiorum, contusiones, & impulsus: eorum corpora gladiis hominum impeti, verberari cum dolore, & quodammodo dividi, & iterùm coalescere. Lege de hac re *Psellum*, & *Cælium Rhodiginum lib. 2. lectionum antiquarum:* ubi diversorum auctorum de iis opiniones refert.

Angeli tam boni quàm mali habent corpora ex purissimo aëre.

Angeli & Dæmones sibi corpora adsciscunt.

Spiritus

Spiritus igitur hi proponunt se videndos hominibus per *visiones* aut *Phantasmata*. *Imaginationis* enim species sunt *visio*, *Phantasma* & *Phantasia*. *Spectrum*, quod φάσμα παρηλῶδες dicitur, est falsa imaginatio, quod nobis persuademus vigiles vel dormientes aliquod objectum nobis proponi, & id contra Naturæ ordinem, quo terremur. Est enim substantia occulta, quâ videtur corpus phantasticum moveri: quod si velit, nobis apparet, aut evanescit invisibile: ut testatur *D. Ambrosius lib.* 1. *in Lucam cap.* 1. de Angeli apparitione: *Hujus naturæ*, inquit, *est non videri, voluntatis verò videri.* *Imaginationis species.* *Quid sit spectrum.*

Phantasma; Secundùm *Suidam*, est imaginatio rei, quæ non subsistit, proveniens ex sensu depravato, vel corrupto: & quia res est inanis, ideò voluntate caret.

Visio triplex est, ut ait *Augustinus lib.* contra Adimantum. *Prima* fit oculis corporeis: ut cùm *tres viri* apparuerunt *Abrahæ*, & *Moses* vidit *dumum* ardentem. *Apostoli* viderunt *Heliam* & *Mosem* adstantes CHRISTO transfigurato in monte *Tabor*. *Matth. decimo septimo*. *Secunda* visionis species fit, dum mens nostra rapitur in cœlum: neque sensibus exterioribus videmus quicquam; sed inspiratione quâdam divinâ imaginatio aliquid concipit. Ut *Petrus in Ecstasin* raptus (Actorum decimo.) videt omnis generis animalia, jubeturque de iis omnibus sine discrimine edere: *Tertia* est intellectualis, quæ fit mentis conceptione. Ut cùm *Balthasar* videt *manum scribentem ad* paritem cœnaculi. *Daniel.* 5. *Visio triplex.* *Gen.* 18. *Exod.* 3.

Ut igitur *Spiritus* se nobis videndos proponant, oportet eos sibi adaptare corpora ex quocunque velint elemento, vel ex pluribus simul: sed maximè ex aëre, quem incrassant, densant, & formant ex vaporibus exhalantibus è terrâ. Ideò dissolvuntur facilè, quando illis libet, quia vaporibus tantùm constant. Capiunt tamen veras formas, tam colore, quàm formâ assumptâ, ut possint nostris sensibus repræsentari: non tamen secundùm suæ substantiæ naturam, quæ non nisi per accidens nobis potest esse sensibilis. Assumunt enim corpora convenienția suæ apparitioni, quæ non sunt illis tanquam forma, cujus illi sunt causa motrix: ideò ab ea separari possunt, quoties volunt. Quòd si elementa symbolizant cum nostris sensibus, oportet spiritus in sua apparitione sumere corpus, quod quadret cum his elementis: Ut Æther subtilior cum aspectu; aër crassior cum auditu: Ignis cum odoratu, aqua cum gustu, & terra cum tactu: Ita quoque Spiritus ex his corpora fingunt, ut se hominibus visibiles, & quasi palpabiles proponant. *Quomodo spiritus se videndos efferunt.*

Psellus tradit Dæmonas amare materiam terrestrem, & feculentam, & ex ea sibi conflare corpora horrore plena, & monstrosa: unde etiam canes Plutonis, Centauri, Chimæræ, Hydræ, Sphynges, Mormones, furiæ, & id genus spectrorum nocturnorum, quæ hominum mentes tantopere terrefaciunt. Ut legitur de *Hecate* apud *Scoliastem Apollonii Rhodii*; Cui cùm Mercurius vim inferre vellet, ea ore distorto, vultu horribili, & oculis igne pavendo scintillantibus subitò apparuit: Hoc spectaculo metu percitus, re infectâ aufugit. Inde Hecate dicta est *Brimo*; soletque in compitis apparere, ut Larva horrenda, ululare, & perterrefacere homines; illis canes & dracones monstrosis capitibus objicere. *Dæmones horrendâ forma.* *Brimo.*

Dæmonem Meridianum quidam vocarunt *Empusam*: ut *Scoliastes Aristophanis in Ranis*, & *Suidas*. Alii dixerunt esse *Pana* corpore semicaprino, & capite cornuto. *Acco* & *Alphito* monstrosa mulierum spectra: quorum metu nutrices impediebant puerorum ejulatus, & ne foras prodirent. *Empusa.* *Acco & Alphito.*

Mormonis spectri mentionem facit *Theocritus* ἐν Συρακόσαις. Genus Lamiarum etiam Μορμολυκίων dicuntur *à Polistrato*. De MANDUCO spectro, qui vasto *Mormo.* *Manducus.*

rictu, latis & acutis dentibus apparebat noctu affixus parietibus domorum, mobilibus, luscis, & rubicundis oculis, multa inveniuntur apud auctores: & hoc spectrum sine capite perterrefaciebat non solùm pueros, qui ad ejus mentionem metu coërcebantur in officio, sed etiam adultiores ita turbabat, ut ad ejus non expectatum aspectum, multi in gravissimos morbos, nonnunquam in Maniam laberentur.

Nicola Vervinẽsis Dæmoniaca.

Sæpè etiam compertum est Dæmonas assumpsisse mortuorum corpora, ut se videndos efficaciùs proponerent: ut superiùs ostendi *in Historia Citharistriæ Bononiensis*, & *Saltatrice Hispanâ*. Qui collegerunt *tractatum Sagaram Laonensium*, recitant vixisse ante paucos annos *Vervini* urbe Picardiæ *Nicolam Aubriam* mulierem superstitiosissimam: cui Diabolus sæpè apparebat, & persuadebat, ut peregrinationes ad diversorum Sanctorum imagines susciperet, juberet Missas multas celebrari, & alia plurima. Cui cùm mulier simplex semel atque iterùm obtemperasset, Diabolus in illam ingressus hortabatur, ut sese jugularet, vel laqueo vitam finiret: Postea à pluribus Dæmonibus occupata miserrimè vexabatur. Ejus vir homo simplex & bonus omnia tentavit, ut mulier ad mentis sanitatem rediret, sed frustrà. Interim unus ex his Dæmonibus, qui *Nicolæ* corpus invaserant, assumpto corpore cujusdam suspensi in patibulo Arlonensi, ad virum hujus mulieris venit, cum eo familiariter colloquitur, erigit in bonam spem consolatione: pollicetur omne officium & obsequiũ, si illi permitteret cum ejus uxore esse unâ tantùm nocte, quæ requirebatur ad ejus curationem. Maritus gratias egit bono & officioso isti medico, ejusque consilium non rejecit: Priùs tamen hoc negotium communicavit Ludimagistro Vervinensi amico suo: qui ut erat mediocriter doctus, & rerum usu redditus prudentior, suspicatus aliquid inesse magicæ impostur̃, dissuasor fuit, ne peregrino isti & incognito ejus uxor committeretur: Cùm Dæmonia ejicerentur non ope medica, sed exorcismis, & adjurationibus desumptis ex verbo Dei, & ceremoniis Priscorum Patrum, qui horum formulam pr̃scriptam tradiderant Ecclesiæ. Posterâ die cùm vir comitante hoc peregrino ingressus esset templum, in quo Dæmoniaca uxor servabatur, illa statim conversa ad Maritum exclamavit *Baltazo, Baltazo*. Erat enim id Dæmonis nomen. Ad hanc vocem omnes converterunt oculos *in BaltaZonem*, qui exorcismo expulsus, corpus illud humanum assumptitium excussit, motoque horrendo strepitu, relictoque fœdissimo odore se proripuit foras, & in aërem sublatus disparuit. Sacerdos interim non destitit exorcismis cogere Dæmones reliquos, ut ad interrogata responderent: ex quibus unus fassus est *Baltazonem* fuisse ex iis, qui mulierculam invaserant: Quòd si ejus vir illi permisisset noctem unam cum ea esse, eam corpore & anima raptam ausportasset: ideò viri consensu opus fuit, qui jus in uxorem habebat.

Philinionis puellæ mortuæ historia.

Petrus Loyerus libro *de Spectris*, inter alia producit historiam mirabilem desumptam ex *Æliano Phlegonte Adriani Imperatoris* Liberto. Is scribit suo tempore Trallibus urbe Syriæ vixisse virum Patricium Demostratem, cui uxor erat *Charito*, & filia *Philinion* puella singularis formæ & gratiæ, jam nubilis, & à multis expetita procis: in morbum tamen lapsa, è vita decessit, magno Parentum & inconsolabili luctu & tristitiâ: qui filiæ unicæ justa persolverunt, ejusque corpus lotum, & balsamo diversisque aromatibus purificatum condiderunt sepulcro cũ vestibus, ornamentis, & gemmis quibus in vitâ delectata erat. Contigit autem post sex circiter menses, ut *Machates* quidam adolescens honestis natus parentibus ad Demostratem venerit, cujus hospitio parentes *Machatis* uti erant soliti. Exceptus est comiter ab hospite, & deductus in cubiculum superiorum ædium. In quo sub noctem, postquam aliquamdiu sedisset cogitabundus de rebus diversis, audivit è proximo cœnaculo puellæ vocem, quæ statim ingressa cubiculum hilari facie salutavit *Machatem*, illum nomine compellans. Ad ejus subitum ingressum nõ parùm motus est adolescens, ignorans hospitis filiam (cujus hæc umbra vocem colorem;

lorem, habitum & corpus induerat) jam dudum mortuam esse. Ea igitur proximè accedens, & subridens. Desine, inquit, mirari, *ô Machates:* Hospitis tui sum filia: quæ postquam adventum tuum animadverti, jamdudum in amorem tuum ardenter pellecta, propter famam tuæ præstantiæ & virtutum, ad te veni contra sexus mei decorem supplex, ne mihi tuum deneges amplexum: alioquin si meam petitionem durior rejicias, pudore intolerabili pressa, & dolore repulsę, habebo quod in posterum meritò queri possim de tua rusticitate, & superbâ arrogantiâ, tèque minus humanitatis habere, quàm fama vulgavit. Ut autem tuo amore sècuriùs fruerer, horam delegi congruentem nostro concubitui, dum absunt conscii, & quiescunt primo somno parentes. Juvenis aspectu virginis formosissimæ motus erat, ejusque desiderio ardens, ultrò in illius amplexum labens, cum eâ concubuit in lectulo proximo. Vocatûmque famulum jussit mensam instruere, & cibos adponere, ut cum puellâ commessaretur. Dũ hæc gererentur, *Charito* ad strepitum excitata, jussit ancillam ad hospitem se conferre, & diligenter observare, quid in ejus cubiculo gereretur, & an aliqua rè indigeret. Ea postquam ad cubiculi limen perveniisset, non ausa est ingredi, quòd audiret vocem mulieris cum hospite: pedetentim igitur accedens ad ostium semiapertum, intuita est *Philinionem* mensæ assidentem, & genio indulgere cum *Machate:* reversáque ocyus ad Dominam admodum perterrita, illi renunciavit, quæ viderat. Sed *Charito* verba ancillæ non admodum curans, Deliras, *inquit:* quasi ignores filiam meam ante sex menses defunctam, & sepultam. Atqui respondit, *Philinionis* obitûs insci a non sum: scio tamen, (& hi mihi testes sunt oculi & aures,) me illam vidisse, & audivisse colloquentem cum tuo hospite. Cúmque urgeret, ut Hera in cubiculum ascenderet, & rem veram esse præsens cognosceret, importunitate ancillæ compulsa, venit ad cubiculi ostium, audiensque quieta esse omnia (intercesserat nempè aliquod temporis spatium, & amantes se lectulo composuerant, somnóque jam vacabant) non ausa est dormientes excitare: agnovit tamen ad lucernæ splendorem *Philinionis* faciem, vestes, & ornamenta. Misera mater metu mixtáque lætitia percita, subitò se è cubiculo extulit, expectans ortum auroræ, quo ad *Philinionem* reverteretur, & inquireret de reditu ejus solertiùs. Sed ante crepusculum, post multa basia, & repetitos magno affectu complexus, puella *Machati* vale dixit: Redeundum, *inquit*, est mihi in meam cellulam ante lucem, ne parentes quicquam de nostris amoribus suspicentur: Sed ad te redibo nocte sequente, & desideria simul complebimus. Ut autem me gratam agnoscas, ecce munusculum mutuæ benevolentiæ, & pignus amoris offero mammillare pectoris mei tegumentum, & annulum aureum, quæ in mei memoriam serves rogo. *Machates* donum excepit volens: Vicissimque illi donavit annulum ferreum, quem digito gerebat, & argenteam pateram auro perfusam singularis artificii. Aurorâ jam illucescente *Charito* se ex cubili proripiens, celeriter se in *Machatis* contulit cubiculum: cum quo postquam non invenisset filiam, multis cum lacrymis illum rogavit, quónam devenisset *Philinion*, & quid cum eâ egisset; & de quibus inter se fuissent collocuti. Quod *Machates* ordine recitavit, ostendens mammillare, & annulum, quæ dono acceperat à discedente. Hæc mater plorabunda manibus excepit, agnovit, & lacrymis perfudit. Promisit interea hospes se daturum operam, ut sequenti nocte, postquam reversa esset puella, Mater statim per famulum accerseretur: quod factum est: Nam *Philinion* eâdem, quâ priùs, horâ rediit ad Amasium. Et famulus, qui id ex Domini mandato jussus erat, se celeriter contulit ad *Charitonem:* Ea expectans occasionem venit ad *Machatem:* cũ quo invenit filiam cubantem in lectulo. Tum renovata admiratione, & insoliti spectaculi perturbatione extra se rapta cum Marito, qui simul eò convenerat, procumbentes uterque in filiæ pectus eam sæpè repetitis osculis basiarunt, & fusis lacrymis cum mira animi anxietate perfuderunt. Quibus *Philinion* vultu aliquantulum tristi, *Heu! miseri & infortunati parentes; qui mihi tantillum felicitatis invidistis, neque tri-*

dui tantùm conversationem cum hospite dilecto ferre potuistis. Ah, quanti vobis constabit importuna hæc curiositas, quantum dolorum, quantum ejulatuum vobis paulò pòst movebit! Hæc vix effata erat, cùm subito umbra evanuit, relicto corpore frigido & exsangi. Tum parentes doloribus novis oppressi, provoluti in cadaver ejulatus cum lacrymis profusis extulerũt: sæpiùs repetẽtes Philinion, Philinion, *filia dulcis, & unicè dilecta; an hoc spectaculo nos commovisti in spem restitutæ tibi à Diis vitæ? Quid nos iterùm fugitiva deseris, mersos tantis animorum angustiis? an oportuit te à regno silentum & Diis Manibus revocari, ut te iterùm mori spectaremus? Quin potiùs ipsa mors infelices tuos parentes ex hac vita sustulit, ut te inviseremus feliciter degentem cum beatis animabus quiete fruentibus in amœnis Camporum Elisiorum viretis. Sed ter & quater infaustis nati sideribus, & Diis iratis obnoxii, à tuo decessu Fortuna nobis semper contraria & inimica statuit nos involutos omnibus vitæ incommodis deploratam calamitatem ferre, privatis omni consolatione, ut nobis vivere amariùs sit quàm mori.* Ad has acclamationes tota familia experrecta statim se contulit ad Herum & Heram. Famáque rei gestæ ad vicinos perlatâ, illico innumera multitudo ante ædes confluxit, demum tota civitas rumore rei inusitatæ commota convolavit. Sed Præfectus uti vir prudens, ne quæ conspiratio & turba per tenebras moveretur, eò quoque se contulit præsidiariis militibus stipatus: jussitque universam populi turbam domum se recipere: & ædes *Demostratis* diligenti custodia cingi, usque ad ortum solis. Quando populus iterùm domibus egressus magnâ turbæ frequentiâ Theatrum complevit: ibique de re, quę contigerat, unusquisque suam sententiam proferebat. Visum est interim Senatui, ut ex civitatis præstantioribus aliqui deligerentur, qui cùm Præfecto urbi se conferrent ad sepulcrum defunctæ, & inviserent, an illius corpus illic jaceret: Sed in conditorio nihil invenerunt præter pateram & annulum, quæ dono data erant puellæ *à Machate*. Reversique in domum *Demostratis* testimonio parentis utriusque cognoverunt cadaver, quod in lectulo jacebat, esse verum defunctæ filiæ corpus. Dum omnes in admirationem rapti dubii ambigerent, quid faciendum esset, surrexit *Hyllus* quidam Augurandi scientiâ clarus inter *Tralles*. Is censuit *Philinionis* corpus extra urbis pomœria trahendum, & exponendum alitibus & feris; neque patiendum, ut sepeliretur secundò: insuperut civitas expiaretur, sacrificiis placarentur *Eumenides* & *Mercurius* χθόνιοι. Utque cives omnes lustrarentur, templa omnia sanctificarentur, Ludique celebrarentur à Populo in honorem *Manium:* Utque urbi Præfectus, quàm citò fieri posset, sacrificaret separatim *Jovi Hospitali*, *Mercurio*, & *Marti* pro Imperatoris incolumitate. Huic sententiæ acquievit omnis populus: sacrisque ceremoniis exquisitis absolutis, licèt Parentes summo dolore & tristitiâ consternati, quòd cadaver filiæ insepultum relinqueretur, obnixè efflagitarent, ne postremum humanitatis officium negaretur mortuæ, quod non obtinuerunt: & *Machates* paulò postè vita decessit.

Buplagi Syri historia.

Idem *Ælianus* aliam addit narrationem, superiore non minùs mirabilem: cujus auctorem facit *Antisthenem Philosophum Peripateticum*. *Acilius Glabrio* cum Collegis *Porcio Catone*, & *L. Valerio* arma moverunt in *Antiochum*: quem victum ad Thermopylas verterunt in fugam. Rex cum quingentis equitibus in Ætoliam primùm se recepit, inde Ephesum, Glabrio interim Catonem Romam misit, qui Senatum de victoriâ certiorem redderet. At cùm post prælium Romani milites in castra Antiochi veniissent, ad hostium prædam rapiendam, & ut cœsorum Romanorum corpora sepelirent, *Buplagus* quidam Antiochi familiaris, velitum Præfectus, duodecim lethalibus vulneribus transfossus, morte prostratus inter cœsorum cadavera, quasi redivivus surrexit, elataque voce monuit Romanos, ut à crudelitate desisterent: fore aliquando, ut irato Jove populus ex Asia in Europam per Hellespontum trajiceret, à quo Romanum Imperium opprimeretur, & sub jugum cogeretur. Postquam hæc dixisset in humum iterùm exanimis concidit. Romani his verbis attoniti *Buplagi* cadaver comburendum curaverunt, & more

Roma-

Romano ſepeliendum: Utque totus exercitus aquâ purâ luſtraretur, & *Jovi Alexicaco* ſacrum ſolenne fieret Glabrio mandavit, Legatosque cum muneribus miſit Delphos, qui ſciſcitarentur oraculum Apollinis, quomodo faciendum eſſet, ut Dii redderentur propicii. *Pythia* reſpondit: *à bello deſiſtendum, ne Pallas offenſa hoſtes Populo Romano infeſtos ſuſcitaret in Imperii perniciem & ruinam.* Romani hoc oraculo moniti ab incœpto deſtiterunt, ſed jam captâ Heracleâ; unde Naupactum Atoliæ urbem petiverunt, ubi templum toti Græciæ commune ſtructum erat: in eo primitias prædæ Diis conſecrarunt. Quod poſtquam factum eſſet; ecce *Publius* militiæ Romanæ Magiſter furore correptus, audientibus infinitis militibus, qui eò excurrerant, voce ſublatâ exclamavit: *O miſeranda Patria, poſtquam ſub jugum miſeris Aſiæ populos, & Siciliam debellaveris Jovi amatam, deſcendet ex ortu ſolis Populus armipotens, qui tuas urbes diruet, deprædabitur, & igne conſumet:* Cumque & alia plurima percitus Enthuſiaſmo pronunciaſſet ſubticuit. Egreſſusque tentorio ſpectantibus & attonitis omnibus, conſcendit in quercum proximam, in cujus ramis conſidens, *Audite*, inquit, *ô Romani Commilitones, ut verâ credatis ea, quæ paulò ante Deorum numine afflatus protuli, ecce ruffus Lupus ſtatim irrumpet in caſtra, qui dilaniatum, & diſcerptum in partes meum corpus devorabit. Nolite ejus impetum removere: fiunt enim hæc omnia occulto Deorum judicio.* Vix ea fatus erat, cùm ecce è vicino ſaltu Lupus horrendo corpore, apertoque rictu, & ſcintillantibus oculis magnâ contentione ſe propipiens ingreſſus caſtra, Publiumque qui jam è quercu deſcenderat, & humi reſupinus procubuerat, invaſit, & membratim diſcerptum devoravit, lugubre ſpectaculum miſerantibus Romanis multo metu attonitis, qui paulò longiùs ſeceſſerunt: ac ſtatim Lupus diſparuit, inſciis ſpectatoribus quò evaſerat. Publii caput intactum, & nullo Lupi morſu violatum, breveſque corporis reliquias amici dum ſepelire vellent; & defuncto juſta perſolvere, caput Publii moveri ſua ſponte cœpit, oculi huc & illuc rotari labra moveri, & ore aperto, verbisque articulatis, *Deſinite*, inquit, *ô commilitones, abſiſtite à mearum reliquiarum ſepulturâ. Infauſtum caput hoc ſoli exponatur, & ventis exſiccandum. Vos feliciter rem gerite, & viriliter pro Republica militate.* Romani re novâ iterùm in admirationem rapti, ut Deos aliquo modo placarent, & eorum iram ab exercitu averterent, templum *Apollini Lycio* erexerunt, cui caput impoſuerunt Publii, navigioque in Italiam reverſi ſunt.

Publii caſus.

Hieron Hiſtoriographus *Alexandrinus* ſcribit in Ætolia vixiſſe *Polycritum* hominem Patricium, ac de ſuis civibus optimè meritum, qui ſuorum communibus ſuffragiis Ætolarchos factus erat: & is ſummus habetur Magiſtratus. Cùmque inter ſuos coleretur propter opes, judicium in rebus gerendis, ac ſingularem virtutem, Ætolarchatus illi ad triennium prorogatus eſt. Is duxit uxorem Locrenſem, cui tribus tantùm annis poſt nuptias ſupervixit: quarto è vivis deceſſit, relictâ uxore gravidâ, quæ poſt menſes novem peperit filium monſtroſi admodum corporis: ita ut ad umbilicum uſque membra eſſent ſolida, compacta, & virilia, inferiores partes deſinerent in fœminam. Cognati & conſanguinei hoc partu offenſi, puerum deportarunt in publicum; ubi conſulerent Sacerdotes & Augures, quid in ea re eſſet agendum. Inter quos aliqui cenſebant hunc partum mali eſſe ominis, & præſagire aliquando inter Ætolos & Locros bella & diſcordias inteſtinas exarſuras, quibus uterque populus incommoda multa reciperet.

Polycriti hiſtoria.

Reliqui judicabant matrem cum infante tranſportandos extra pomœria, & ibi cremandos, ut eorum morte urbs expiaretur. Huic ſententiæ dum univerſus populus aſſentiretur, & jam inſurgerent multi, qui manus infanti injicerent, ecce ſubitò è media turba ſeſe extulit POLYCRITI mortui umbra pullis amicta veſtibus, elatâque manu, & voce prohibuit, ne vis puero inferretur.

Ad

Ad ejus non expectatum aspectum, terror omnes occupavit & trepidatio, ut plerique impetu facto fugam molirentur. Sed Genius elatâ manu, placidisq; verbis metum eorum imminuit: rogavitque cives suos, ut attentis auribus verba ejus perciperent. Cúmque omnes admirabundi expectarent, quid sibi vellet, voce submissâ, & tremulâ multa disseruit de suo erga civitatem studio, de beneficiis in eam collatis, ostenditque benevolentiam hanc ne morte quidem finem sumpsisse. Quare rogabat unicè, ne quid graviùs aggrederentur in uxorem & filium, sed ut illi traderent obnixè poscebat. Alioqui multa illis impendere mala Deorum irâ, si quid crudeliùs committerent in innocentes. Petitioni suæ ne moras longas injicerent poscebat, quòd ad Manes, & Inferos statim remeare cogeretur. Verba Genii turbulenti homines reclamando turbarunt, deliberandum maturiùs de ea re dicebant: neque statim adhærendum monitionibus Spectri: Ad quos *Polycritus*, *Doleo*, inquit, *me non posse sanis verbis Fatum à vestris capitibus divertere, & Fortunam in rebus humanis tam insolenter ludere: Sentietis brevi*, inquit, *ingratitudinis vestræ fructus amaros.* Tum mutato in terrorem vultu, vi sibi per medios viam aperuit, raptúmq; puerum membratim discerpsit, & devoravit, relicto tantùm integro capite. Congregatio civitatis hoc spectaculo attonita, inter se jam deliberabat de Legatis mittendis Delphos, ut ab Apolline sciscitarentur, qua ratione Dii essent placandi. Dũ hæc inter se consultarent, caput pueri mortui, quod humi relictum erat, moveri cœpit, oculósque nictare, & motu labiorum proloqui omnibus admirantibus, frustra eos missuros ad Apollinem, qui cum Diis reliquis Ætolorum abominaretur inhumanitatem. Iis dissensiones, & bella cruenta imminere prædixit, quibus Locri & Ætoli diu infestarentur, & corruerent. Monuit interim cives suos, ut prudenter sibi consulerent, & prospicerent maturè periculis impendentibus: néve caput ejus sepulturę mandarent, quod *Manes* soli ventisq; exponendum jubèrent: utq; omnes cum uxoribus & liberis se reciperent in Urbem Palladi sacram, donec calamitas fatalis ab eorum civitate sacris propulsaretur.

Athenodorus Spectrũ videt.

Plinius Secundus lib. 7. Epistol. recensèt *Athenodorum* quendam Philosophum venisse Athenas, & conduxisse parvo precio ædes amplas, & architecturâ celebres, quòd Spectris nocturnis, & Lemuribus essent infames: Neque ejus rei insçius erat Philosophus, qui talibus umbris non admodum movebatur. Cùm igitur eò divertisset, jussit sibi luculentum ignem præparari: ita mensæ assidens ad lucernam sumptis pugillaribus scriptioni intentus erat, ne ejus animus aliquo objecto turbaretur. Postquam aliquandiu expectasset, sub mediam noctem auditi sunt in penetralibus ædium varii strepitus, & concussio frequens quasi catenarum ferrearum: sonus iste metu plenus paulatim ac paulatim clariùs audiebatur, & jam ostio cubiculi, in quo erat Athenodorus appropinquarat. Jámque apertâ januâ viri squalore turpi & macie horrenda confecti, impexas quatiens comas, vultu torvo sese obtulit umbra, quam multiplici gyro catena cingebat ferrea, arctaque circa pedes & manus vincula. Is signo facto jubet elatâ manu Athenodorum sequi: Sed Philosophus tanquam visionem contemneret, loco se non movit: donec Spectrum propiùs accedens, & ferrea vincula, quibus adstrictum erat cum impetu ad ejus aures quatiens, illum tandem compulit, ut subsequeretur: Cum eo postquam pervenisset in mediarum ædium patentem aream, Spectrum substitit, manúque locum quendam designatum ostendit, & subitò ex oculis disparuit. Posterâ die Athenodorus Magistratum adiit, ordinéque exposuit, quod præcedente nocte viderat: & rogavit, ut locus ille, ubi umbra disparuerat, effoderetur: Id statim factum est, inventúmque est illic corpus humanum reconditum eodem habitu, catenis, & compedibus implicatum, quibus ejus umbra apparuerat. Cadaver putre Magistratus extrahi jussit, & sacris factis sepulturæ mandari: nunquamque Spectrum ullum in illis ædibus visum est, aut auditum.

Plinius lib. 7. cap. 52. narrat bello Siculo, quod exarsit inter *Augustum Cæsarem*, &

Sextum

Sextum Pompejum, Magni filium, *Gabinium* quendam ex Auguſti militibus à Pompejanis captum, & capite truncatum. Sub noctem dum humi jaceret inhumatus, auditus eſt, neſcio quid, triſte murmurare, & conqueri. Eò quidam ex Pompejanis accurrunt, viſuri quid rerum eſſet. Tunc exerto ore Gabinii caput rogavit, ut Pompejus accerſeretur; habere ſe quod cum eo de rebus magnis conferret. Sextus eò venire neglexit; miſit tamen ex familiaribus, qui mortui vocem exciperent: ad quos Gabinius: *Pomponii querimonias audiverunt Superi & Subterranei Dii, qui illum jubent optatum rerum ſucceſſum ſperare*: Hæc poſtquam dixiſſet ſubitò in mortem revolutus eſt. *Gabinii caput truncũ loquitur.*

Agathias lib. 2. Belli Perſici ſub finem ſcribit Juſtiniani Imperatoris tempore vixiſſe Philoſophos doctrinâ celebres *Damaſcium Syrum, Simplicium Cilicem, Eulamium Phrygem, Priſanum Lydum, Hermium*, & *Diogenem Phœnices*, & *Iſidorum Gazenſem*, quos cum tæderet religionis Chriſtianæ, quæ pluralitatem Deorum non admittebat, ſtatuerunt Græciâ relictâ, ſe in Perſidem conferre ad *Coſroëm* Regem *Cavadis* filiũ, qui plurimùm commendabatur inter omnes Aſiaticos Principes, propter ſtudium Philoſophiæ, politici ordinis moderationem ad æquitatem & juſtitiam exactè cõpoſitam. At cùm hi Philoſophi ad Perſas veniſſent, à Rege ſunt excepti liberaliſſimè, & tractati ſummo cũ honore & laude. Non tamen illis diu convenit cum Barbaris, qui habitu, linguâ, & moribus plurimùm differebãt à Græcis politioribus. Ideò collectis ſarcinis reditũ in Græciam paraverunt, ægrè ferente non mediocriter Coſroë, qui eorum familiaritate mirificè delectabatur. Nihil tamen illos remorari potuit, quin in viam ſe darent, exiſtimantes ſatius eſſe multò intra fines Imperii deliteſcere obſcuros, quàm inter Barbaros ſeneſcere, etiam rebus omnibus abundantes. Ii igitur dum per Perſidem in reditu facerent iter, incurrunt in nudum cadaver alitibus ſecus viam expoſitum: cujus aſpectu graviter affecti ſunt, abominantes inhumanitatem Perſarum, qui mortuis etiam ſepulturam negabant: Juſſerunt eo in loco per famulos ſcrobem effodi, & in eam corpus recondi, ut poſtremum hoc officium defuncto perſolverent: paulóque à viâ recedentes petiverunt diverſorium propinquum. Dumque ſomno poſt cœnam vacarent, obtulit ſeſe uni ex Philoſophis dormienti Spectrum ſenis incogniti, facie & habitu venerando, pallio oblongo, quale ſolet eſſe Philoſophorum. Id proximè accedens ad lectum, excitat dormientem, & alta voce exclamat: *Ne ſepeli indignum ſepulturâ, ſed eum canibus & alitibus devorandum relinque, quem Terra mater ſancta abhorret, quod propriã matrem inceſtu polluerit!* Philoſophus hic poſterâ die viſionem expoſuit, & quicquid eâ nocte viderat & audiverat, qui rem admirati ſunt, ut erat admiratione digna. Multaque inter ſe ratiocinati de criminibus & injuſtitia peccatisque malorum, quæ Dii inulta non patiuntur, coacti ſunt redire in viam regiam, à qua diverterant, per eandem ſemitam, ubi priore die humaverant defunctum: cujus cadaver nudum inſepultum rurſùs admirabundi repererunt: religioſoque metu intra ſe recolentes quod umbra nocturna præceperat, auſi non ſunt mandatis ſe præbere contrarios: ſed caſum mortui miſerantes viam eo relicto proſecuti ſunt. *Perſæ inceſti ſpectrũ.*

Certum eſt Dæmonem aliquem aſſumpſiſſe corpus illius inceſti Perſæ, ut Græco Philoſopho appareret: nam opinione omnium Theologorum nemo credit animas defunctorum corporibus iterùm ſe inſinuare, poſtquam è vita exceſſerunt. Et ſi quæ ſpectra ſeſe offerant videnda ſub habitu mortuorũ, Dæmones ſunt, non animæ. Legimus Magos & veneficos mortuorum ſceletis, craniis, & oſſibus ſæpiſſimè abuſos, & in iis evocaſſe Dæmonas, qui motione, crepitibus, imò verbis articulatis multa ſigna ediderint.

Franciſcus Picus Mirandula ſcribit ſuo tempore vixiſſe in Italia Magum celebrem, qui cranium hominis mortui ſervabat: ex quo, ſi ad Solem converteretur, obmurmuratis verbis aliquibus myſticis, Dæmon evocatus reſponſa dabat. *Cranium mortui loquitur.*

Idem mihi quoque aſſeruit *Lælius Cleopaſſus Hydruntinus*, vidiſſe ſe *Brunduſii*

Aliud caput mortui loquitur.

Sacerdotem Senem, qui vitæ ſanctitate inter ſuos commendabatur, & mediocriter erat literatus. Is habebat domi ſuæ caput mortuæ mulieris, quam dicebat fuiſſe Monialem ſanctam, & poſt mortem miraculis claram. Ex eo capite, quod religiosè reconditum in capſulâ ligneâ cuſtodiebat, ſi priùs jejunio, & confeſſione, rebuſque ſacris præparatus eſſet, eliciebat multa reſponſa de rebus ignotis & futuris, magnâ ſciſcitantium admiratione & metu, qui motum maxillarum illius capitis non ſine terrore intuebantur. Idem ſacerdos profitebatur, ſe poſſe quorumlibet defunctorum animas excitare, quæ forma corporis, & habitûs priſci apparerent, & ad interrogata reſponderent. Quamvis hoc poſtremum periculoſum eſſe diceret: cùm animæ in verba articulata prorumpere ſine multis ceremoniis non poſſent: Sed loco ſubobſcuro; & noctu ad lucernam oleo ſacro plenam, adhibitis characteribus diverſis, crucibuſque; & Magicis verſibus murmuratis, Spectatores ſedere cogebantur, ſeparatim, tum Sacerdos vultu horrore pleno virgâ tenens, & faſciâ ſacram (quam *Stolam* vocant) decuſſatim ſuper Dalmaticâ ſuccinctâ gerens, aperto oſtio nominatim appellabat animam ejus, quam volebat: quę ſi promptè in mediũ venire recuſaret, violentis, & potẽtibus verbis eã pertrahebat: Umbra pallida, torva, & metuenda, pullum verrens ſyrma limine cubiculi inſiſtens, capitis cõcuſſione, & manuum motu poſcebat aliquid, quod oportebat à ſpectatoribus in promptu ſolvi; tum excutiens veluti fumum, & obſcuras flammas inceſſu tragico incedens, ſemel atque iterùm gradiebatur per cubiculum: poſtea reverſa ad limen oſtii, ſtrepitu ingenti excitato evaneſcebat: non ſine periculo aſſiſtentium, qui terrore magno quaſi exanimati, cogebantur decumbere; mente uſque adeò turbatâ, ut ante viginti quatuor horas vix memoriâ recolerent, quæ ante viderant, niſi quaſi per ſoporem profundum ſe vana vidiſſe phantaſmata.

Anima à Mago creditur ſuſcitari.

Quis dubitat hæc omnia geri Dæmonum impoſturis? propterea *Cleopaſſus* præſtigias metuens, & ab impiis ritibus abhorrens, recuſavit has viſiones admittere: cùm tamen, ut erat curioſus, lubentiſſimè *Vergilii* & *Ovidii* vultum & habitum ſpectaſſet.

Spectrũ Furiæ.

Neque ſolùm Dæmones abutuntur mortuorum corporibus, ut homines fallant: ſed peculiare illis eſt (ut ſuperiùs oſtendimus) ſibi efformare corpora ex aëre incraſſato, & denſato vaporibus è terra exhalantibus: ex quo adaptant ſibi corpora quæ volunt, referentia figuram hominis, vel alicujus animalis, vel monſtri. Legimus apud *Plutarchum in vita Dionis*, Spectrum horrendæ Furiæ ſcopis domum verrentis viſum fuiſſe. Quod illius cædem præſagiebat, & mortem filii ejus.

Bruti Genius.

Cùm *Brutus* poſt necem *Julii Cæſaris* eſſet in Aſia, deliberaretque in Europam copias trajicere, noctu illi adſtitit ſpectrum monſtroſum hominis nigri, & proceræ ſtaturæ, ad quod ſine metu converſus. *Quis*, inquit, *Deorum es? & cur ad me veniſti?* illi ſpectrum reſpondit. *Ego ſum malus tuus Genius: Tu me poſtea in campis videbis Pharſalicis.*

Orton Dæmon Raimondi.

Raimondus Comes Coraſſus in Vaſconia, (ut ſcribit *Froiſſardus annal. lib. 3. cap. 17.*) Spiritum habuit familiarem, qui Domino ſuo inviſibiliter ad nutum inſerviebat, quotidianus illi aſſiſtebat, & docebat de diverſis rebus, quæ per totum orbem terrarum gerebantur. Cujus colloquia uxor Raimondi non ſine terrore audiebat. Tãdem cupido cepit Comitem videndi Spiritus, qui *Orton* vocabatur: Is ſui videndi copiam primùm negavit, utpote pernicioſam Domino futuram. Sed importunitate victus, illi ſe videndum præbuit ſub ſpecie feſtucarum inter ſe diverſis gyris, & voluminibus colludentium. Sed cùm id Raimondo non ſufficeret, Genius ſe transformavit in ingentem ſcropham horridam, lutoſam, & turpi macie confectam. Comes non exiſtimans ſuum *Ortonem* ſub hoc animali latere, ejuſque aſpectum indignè ferens in eam ſuos canes incitavit, qui mordicùs arreptam ſuem auribus & roſtro eam humi revolutam proſtrarunt. Tum Scropha exer-

exertis dentibus frendens, & horribili præter naturam grunnitu excitato, ingenti Comitis, omniumque ſpectantium metu & formidine diſparuit, neque poſtea viſa eſt aut audita. Raimondus verò paulò poſtè vita deceſſit.

Humanâ formâ videntur Dæmones, & docent futura: *Suetonius in vita Neronis* ait, *L. Domitio* ex agro redeunti Romam, occurriſſe duos Juvenes, formâ & ſtaturâ corporis auguſtiore humanâ, qui juſſerunt, annunciaret Senatui, Populoque Romano victoriam partam, de qua nihil adhuc compertum erat. Utque fides dictis adderetur, Domitii barbam nigram contactu demulcendo flavam reddiderunt: unde *Oenobarbus* poſtea vocatus eſt, & *Oenobarborum* familia ab hoc Lucio duxit ortum: Duo hi juvenes crediti ſunt eſſe *Ledæi* fratres *Caſtor* & *Pollux*. *Oenobarbus unde dictus.*

Plinius Secundus lib. 1. Epiſt. 29. Eoſdem viſos eſſe tradit. Scribit enim: *Olim cùm res Romana adorea militaris potita eſt, Polluces gemini apud Viturnæ lacum prælii ſecunda vulgarunt, eos quippe priſcorum voluminum fides tradit, anhelis equis, plenos ſudoris & pulveris, famâ belli pone tergum relictâ, indicium affectaſſe victoriæ.* *Polluces viſi.*

Plutarchus in vita Theſei affirmat Umbram ejuſdem *Theſei* apparuiſſe Græcis militibus in pugna Marathonia contra Perſas: erat enim fulgentibus armis ornatus, & videbatur contra Barbaros pugnaturus. Hæc viſio tantùm animoſitatis, & audaciæ Græcis addidit, ut Perſas fuderint, & in fugam verterint. Qui, ut Theſeo gratias rependerent, illi Heroüm conſecrarunt, & divinos honores dedicarunt. *Umbra Theſei.*

In *Septentrionalibus regionibus*, (ut ſuperiùs oſtendimus) nihil eſt frequentius Dæmonum apparitionibus, qui viſibiliter converſantur cum hominibus, & illis pacto precio famulantur. Ex his alii tractant equos, jumenta & reliqua animalia domeſtica, nihilque in eorum famulitio requiri poteſt, ſive induſtriam, ſive aſſiduitatem laborum ſpectes, & ejuſmodi Spiritus maſculorum habitu ſerviunt, vocanturque *Guttel*. Alii ſub utriuſque ſexus ſpecie ſe conducunt, funguntúrque officiis domeſticis honoratioribus, Dominos comitantur, cubiculis, culinæ, ſcriptioni, & aliis rebus præſunt, imperantque facienda reliquis inferioribus: & hi dicuntur *Trollen*. Alii vocantur *Elvi*, qui frequentes videntur in ſylvis, maximè noctu: ubi ad citharárum ſonos, cantus, & cachinnos infinitos, choreas, & ſaltationes inſtituunt, ſpectantur & audiuntur à quolibet ſine ullo periculo: imò & multi ſe ſaltationibus immiſcent ebrii cerviſiâ & Metone, unde multò ſtupidiores, & Maniâ quâdam afflati domum redeunt, neque diu poſtea ſupervivunt. In *Dania* quoque verſari dicuntur Dæmones quidam *Tervilli* nomine, qui viſibiles ſe præbent, & dant reſponſa poſcentibus, nonnunquam vera, ſed utplurimum ita intricata, ut nihil certi ex iis elici poſſit. *Tartari Ulamenſes* ſuos quoque Genios habent, qui *Caraones* nominantur: quorum auxilio multa nefanda perficiunt, in amoribus, vindictis, damnis inferendis cui velint. Per hos movent tempeſtates in aëre, ventorum turbines violentos cient, grandines effundunt, ignes & fulmina horrenda è nubibus eliciunt, tenebras inducunt: & infinita mala, hoſtibus potiſſimùm belli tempore, procurant. Ea quippe natio Magicis artibus ad inſaniam uſque incumbit, & Dæmonum evocationibus. Jactitant enim ſe *Ulamenſes* originem traxiſſe ab *Incubo Genio* potente, qui virginem nobilem compreſſit ad Mœotidem Paludem, ex qua ſuſcepit *Ulamum* principem bellicoſiſſimum, & gentis eorum auctorem. *Spiritus Guttel.* *Trollen.* *Elvi.* *Tervilli.* *Caraones.*

Sæpè etiam pietatis titulo Dæmones imponunt ſuperſtitioſis quorum animæ idoneæ ſunt ad Spectra, phantaſmata & viſiones recipiendas. Cujus rei exemplum legimus apud *Franciſcum Picum Mirandulam*. Mulier, *inquit*, in ejus agro converſationis & vitæ integræ aſſiduis vacabat precibus & jejuniis: ea ſacerdoti in confeſſione auriculari aperuit ſibi quotidiè CHRISTUM JESUM apparere, ſub ſpecie pueri annorum duodecim formoſiſſimi, cujus veſtis luce fulgidâ, & ſplendore admirabili ſcintillabat: ejus frons cincta erat faſciâ albâ, in qua ſignum crucis

lucidæ instar pyropi micabat. Ab hoc puero assiduè monebatur, ut perseveranter insisteret vitæ, & moribus incorruptis, & post colloquia disparebat. Sacerdos hoc retulit ad Picum: qui ut erat vir ingenii acutissimi, diligenter inquisivit de moribus, & pietate mulierculæ: quam ex Sacerdotis relatione postquã intellexisset à triennio tantùm vitæ hoc genus austerum fuisse amplexam, neq; ad eam perfectionem sanctitatis venisse, ut visionem Dei mereretur, & colloquio ejus frueretur, præterea etiam narraret mulier puerum hunc multa docere frivola & nugacia, & prædicere futura, quibus etiam tempus eventûs præfixerat jam præteritum, neque quidquam ex prædictis acciderat: Hæc omnia simul colligens Picus, judicavit visionem non CHRISTI esse, sed Dæmonis, qui se induerat in Angelum lucis, ad decipiendam superstitiosam illam & simplicem mulierem.

Ad hunc locum referri possunt ea, quæ memoriæ mandata sunt de Patribus primitivæ Ecclesiæ, qui diversis in locis solitariam vitam degebant, metu persecutionum, quibus Diabolus sæviebat in Christianæ religionis cultores: ii malebãt in deserta secedere, & committere se crudelitati ferarum, quàm per mille ludibria furiis hominum dilaniari & discerpi. Boni illi Patres cùm à furore Diaboli protegerentur à Deo, non desiit Dæmon illos diversis formis, & imaginibus tentare, ut si quo modo posset aliquos illorum à studio pietatis diverteret: Dæmones enim solent, ut plurimùm habitare in compitis urbium, biviis, sepulcris, sylvis, urbium ruinis, minèriciis subterraneis, locis ubi recõditi sunt thesauri, ac maximè in desertis. Ideò sancti illi Patres Heremitæ sæpissimè infestati sunt spirituum illusionibus. Quamvis pii homines Dæmonum præstigiis offendi neutiquam possint, sicut solent superstitiosi, meticulosi, pueri, fœminæ, & senes: quorum primi leviter afficiuntur omnibus objectis, & iis quæ narrantur de spectris, unde superstitio dicitur Δεισιδαιμονία. Pueri & mulieres propter ætatis, & sexûs imbecillitatem, facilè suscipiunt metum & perturbationem: unde in animis eorum imprimuntur imaginationes diversæ. Senes autem decrepiti cerebrum habent concavum & aridum: hinc fit ut sibi semper imaginentur videre, quæ non sunt, & repueraſcere dicantur: *Bis pueri senes.* Sensus igitur imbecilli & depravati, phantasiaque corrupta morbo corporali vel spirituali, sentiunt in se alterationem quandam propriarum facultatum, & sæpè in Maniam inducunt homines, natura recipiente mutationem; quæ per sensus ingressa corrumpit usum rationis, prudentiæ, & intelligentiæ.

Habitatio Dæmonum.

Qui apti sunt ad visiones advertendas.

Omnia autem quæ traduntur de animarum reditu, Diabolica credunt Christiani. *Tertullianus lib. de anima. Dæmones operantur sub obtentu animarum:* & postea concludit, *Omnium incorporalium corporum exhibitionem impostoras esse:* *Origenes tamen lib. 7. in Celsum de reditu animarum*, ita scribit: *Improba verò anima à pravis facinoribus in terram retracta, ita ut adspirare ad superiora nequeat, vagabunda in terra volutatur, nunc circa sepulcra oberrando, ubi etiam umbratilium animarum phantasmata sunt sæpè visa: nunc terras has oberrando; cujusmodi Spiritus illos credendum est, qui omnibus sæculis & præpediti sunt, & coërciti sunt veneficiis, locisq; aliis deputati.*

Spiritus Abyssi.

Psellus & *Gaudentius Merula* existimant Dæmonas, qui in abyssi voragines & barathrum infernale detrusi sunt, intolerabili & ficco frigore torqueri: ideò sese insinuare libenter in corpora humana, & brutorum animalium, quoties justo DEI judicio illis permittitur, ut humiditate calida reficiantur, & valeant. Et hos Spiritus esse admodum rebelles, & pervicaces: difficulter extrudi è corporibus eorum, quos obsederunt: illos reddere mutos, surdos, & stupidos, omniq; sensu carentes. Interdum & earum animabus uti tanquam instrumentis idoneis ad movendum corpus, ut loquantur, & respondeant ad interrogata. Sed cùm sint puri Spiritus, segregati à quovis naturali corpore, stultum est judicare illos indigere calore naturali hominis, vel alicujus animalis, ex quo nihil commodi, vel incommodi capere possunt. Certum tamen est Diabolum nihil moliri aut machinari, quod non tendat ad gloriam Dei minuendam, & ad procurandam piorum perditionem: cùm sit DEI & crea-

creaturarum ejus atrociſſimus hoſtis. Ideò tam perſe, quàm per Magos ſuos mirabilia exercet, & *circuit quærens quem devoret.* Ideò *D. Auguſt. lib.* 18. *quæſt.* ait: *Serpit hoc malum Diaboli per omnes aditus ſenſuales: dat ſe figuris, accommodat ſe coloribus, adhæret ſonis, odoribus ſe ſubjicit, infundit ſe ſaporibus; & quibuſdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ.* Et de commercio, quod habet cum Magis & veneficis, ita loquitur *Apulejus lib.* 1. *de Aſino aureo: Saga divinipotens cœlum deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, montes diluere, Manes ſublimare, Deos infimare, ſidera extinguere, & Tartarum ipſum illuminare poteſt:* ſed frivola eſt hæc Magi aſſertio, qui ut impius fuit, & à Chriſtiana religione alienus, neſcivit omnia in Dei boni poſita eſſe manu.

CAPUT XI.

Magi Servatores.

EST quoddam Magorum genus in Italia: Ii ſe *Salvadori*, hoc eſt *Servatores* nominant. Ex his aliqui ſe dicunt habere gratiam *S. Pauli:* alii à DEO accepiſſe virtutem peculiarem medẽdi morſibus ſerpentum venenatorum, retundendi virus canum rabioſorum, ne poſſint obeſſe hominibus, vel pecori. Et hi creduntur habere ſculptam in palato, vel aliâ corporis parte ſecretiore effigiem *rotæ S. Catharinæ.* Reſiſtunt etiam incantatorum præſtigiis, & oculorum illuſiones tollunt, diſſolvunt verba Magica, morbos à Sagis motos propulſant, & mirabilia deluſis mortalibus ſuâ arte videnda proponunt. Sed quia ferè omnes ſunt homines abjectę conditionis, pannoſi, & vitæ pollutæ, quodque ſtupida ignorantia faciant & loquantur omnia, (ut in eorum precibus, & exorciſmis cognoſcitur) quodque temeraria quadam audaciâ jactitent paſſim, ſe inſilire poſſe in fornacem ardentem ſine ulla læſione, pro ſtultis & impoſtoribus habendi ſunt.

Duorum Ceretanorũ hiſtoria.

Vidi aliquando Romæ ejuſmodi jactabundum balatronem, qui ſerpentes omnis generis ſecum ferebat, eorum morſus admittebat, erecto ponte in medio foro, ut ſpectator eſſe poſſet populus: cumque à feris illis anguibus dilaniata oſtenderet brachia & pectus, emanante ſanguine lancinatus & lacer, pronunciabat verba aliquot arcana & myſtica, adjecto frequenti ſigno crucis, & ſalivâ liniens partes ſaucias, ſubitò coërcebat ſanguinis fluxum, & vulnera conſolidabat, reddebatque anodyna. Ille idem fóculo incenſo plumbi laminas liquefaciebat, & tanquam aquâ tepidâ, ita ille plumbo æſtuante manus lavabat: metallumque candens excipiebat largo cochleari ferreo, idque infundebat corporibus columborum, qui inde nihil nocumenti excipiebant. Hæc dum publicè populi totius admiratione profiteretur, advenit alter *Moretus* nomine, qui hunc impoſtorem eſſe clamitavit; *Moretus.* & falsò mentiri gratiam *S. Pauli*, qua peculiari beneficio Dei Moretus aſſerebat ſe exornatum. Deveniunt in certamen, poſt multas contentiones Cardinalium quorundam juſſu. Moretus ſuæ virtutis primum dare experimentum voluit. Is mediâ multitudine ſedens in ponte ſublimi, brachia, jugulos, & pectus veſtimento ſpoliat, admittit intrepidus lancinationes, & vellicationes aſpidum, viperarum, & ſerpentum alterius Ceretani, quos magna contentione admovebat. Cruor undique exiliens, livor lethalis faciem & totum corpus ſaucii occupans, oris diſtortio, & natantes quaſi in morte oculi, lamentaque exclamationibus lugubribus plena, facilè arguebant ſpectaculum hoc ſine fictione, ſine præſtigiis geri. Cumque omnia eſſent peracta, neque Ceretanus quidquam haberet, quod ultra præſtare poſſet: Age, inquit Moretus, exſatiaſti in meum corpus omnem tuam crudelitatem? nihil reſtat quo exaggerari queat tua impoſtura? Id poſtquam negaſſet Ceretanus, Moretus invocato Dei nomine, & S. Pauli, ſignoque crucis ſuperinducto, ſaliva propria morſuum diſcerptiones modicè linivit, & faſciis involvit. Tunc ad probationem ſuæ virtutis ſe accingit: Ceretanum alterum ſpoliari & nudari jubet, & ſella e mentiore ſedere immotum. Volſellis interim ad hunc uſum præparatis aſpides, dipſades, hæmorrhoides, & viperas è pixidibus educit, & Ceretani jugulo, linguæ,

& mammis admovet. Illico tumescere, livescere, dirisque cruciatibus angi cœpit; & conversis retrò oculis, stillantibusque miserabiliter lacrymis suffocari se annuebat. Intumuerat nigro & mortali livore totum os & lingua. Vox intercluſa loquelam ademerat: signis tantùm & nutibus veniã deprecabatur. Moretus ad spectatores conversus, Videtis, inquit, viri Romani, falsò hunc sibi gratiã Apostolicam tribuisse, quam non nisi dignis speciali privilegio largitur Deus? Agnoscitis hunc se victũ fatèri, misericordiã, & auxilium implorare in agone mortis imminentis? At tu surge, ait, in nomine Dei altissimi, per virtutẽ B. Pauli, qui te ab his liberet angustiis, & pristinæ sanitati tã animi quàm corporis restituat, Amen. Hanc procuret sancta & individua Trinitas Patris, Filii, & S. Sancti, Amen. Terque repetito crucis signaculo, surge ait, incolumis esto, & abi. Ille cum summâ difficultate ad se rediens, & ægrè respirans, tanquam à præsenti morte reductus, attollens ad cœlum manus & oculos, lacrymis fusis Deo Gratias egit, fassus se abusum nomine B. Pauli vasis electi, & Apostoli JESU CHRISTI benedicti. Devolutusq; ad genua Moreti, Age, serve Dei, inquit, Benedicta sit anima tua: vitam hanc quam ducam deinceps tuæ clementiæ acceptam fero. Ita victor redditus bonus iste Moretus, à Romanis habitus est pro egregio viro.

Ophiogenes in Hellesponto.

Hæc omnia Dęmonum artificio peragi credendũ est: nisi velimus dicere eos esse de numero eorũ, quos *Crates Pergamenus* recitat fuisse in Hellesponto *Ophiogenes* dictos: qui manu admota serpentũ morsus sanabant. *Varro* quoq; scribit alios idem pręstitisse adhibita saliva. De *Tribalis* & *Illyricis* ex Isigono eadẽ ostendimus in superioribus: & de *Exagono* illo *Legato*, qui Romæ conjectus nudus in doliũ plenum serpentibus venenatis, illæsus tamen inde exivit. *Plutarch. in vita Pyrrhi regis Epirotarũ* dicit, eum vim talẽ habuisse in pollice pedis, ut solo tactu sanaret eos, qui oris ulceribus laborarent. Nemo nescit *Reges Galliæ* quotannis innumeram hominum multitudinem à scrophulis, & mentagra liberasse: ideò ad eos confluxus ingens omnis sexus & ætatis ex Gallia & Italia conveniebat, maximè ex Hispania, cui morbus iste peculiaris est: & experientia docuit multis sæculis, eos hanc vim retinuisse medendi, donec ad tempora filiorum HENRICI II. *Galliarum regis*, in quibus facultas hæc & admirabilis virtus finem sumpsit.

Pyrrhus vim fatalem habuit in pollice pedis.

Reges Gallia sanarũt scrophulas.

Servatoris cujusdam historia in Italia.

Torquemada exemplũ adducit cujusdã *Magi Servatoris*. Cùm ejus pater peregrè profectus esset, occurrit illi in via canis rabiosus, qui in eũ faciebat impetum tanta violentia, ut summa cũ difficultate illum potuerit à se removere: neq; tamen in ejus fuit potestate se exerto gladio ita tutari, quin ejus pedem morsu arriperet canis, sed ocrearũ duritie (erat enim eques) ita defensus est, ut dentes altiùs non penetrarint, quàm ad cutẽ pollicis pedis, quo leviter admodum sauciatus est. Elapsus igitur hoc periculũ, iter cœptũ persequebatur. Triduò postea cùm appulisset in quendam pagũ, occurrit illi vir rusticus, qui illũ amicè salutatũ interrogavit, nũ in via morsus esset à cane? Ille admiratus hominẽ respondit: equidẽ mihi antè triduũ canis obvius pedis articulũ leviter sauciavit; sed Dei gratia impetum illius hoc gladio viriliter diverti, neq; quicquã mali è vulnere sentio. Imò, inquit Rusticus, negligendũ non est hoc malũ, mortiferum enim est: ac nisi te Deus hùc venire permisisset, actũ erat de tua vita. Sum enim *Servator*, medendum est tibi antè diẽ nonum, si periculũ velis evitare. At nè me falsa loqui existimes, canis hoc modo in te fecit impetũ, eratq; coloris ejusmodi (describebat enim exactè corporis magnitudinẽ, pilos, & furorẽ, ut prẽsens fuisse existimaretur.) Torquemada his verbis magis attonitus, statuit rustici verbis fidẽ adhibere, qui illũ rogabat, ut apud se diverteret, & in ejus domo unum diem morã faceret, quæ requirebatur ad ejus curationẽ. Consensit igitur ultrò, admisitq; volens omnia, quę ad valetudinẽ recuperandam prẽscripsit: relevatur cibo, & potu. Sub noctẽ illum hortatus est, ut patienter ferret ea, quæ cum aliquo dolore gesturus esset: Promisit se omnia præstiturũ. Tum *Servator* in præsentia vicinorum, qui eò videndi gratia cõvenerant, acutissimo cultro *nasum Torquemadæ* tribus in locis

cis punxit: & ex puncturis emanãtes ſanguinis guttas ſcutella munda excepit, quas vino ſalutato recitatis aliquib. verbis texit, & eadem puncturas lavit. Colloquuntur inter ſe per ſemihorã, attentè expectãtes quid eſſet futurũ de ſanguinis guttis, quas ante oculos propoſitas habebant. Tunc Servator elevatã ſcutellam oſtendit adſtãtibus: qui animadverterunt tres enatos vermiculos vivos moveri aſſiduè in vino. Convaluiſti, Domine mi, inquit, Gratiæ Deo habendæ. Hic vides malũ lethiferũ, quo tibi ex rabioſi canis morſu pereundum erat, niſi tempeſtivè medela fuiſſet adplicata. Procul dubio rabie malâ correptus fuiſſes, niſi Dei providẽtiâ ad me diverſiſſes. Ejuſmodi exempla innumera produci poſſunt ex auctorum fide dignorũ ſcriptis, ſed quæ ſtudio prætermittemus, ne nimis longa narratio lectori tędio ſit.

Tranſitio.

In ſequentibus proponentur imagines Deorum fatidicorum, Phœbadumq́ aliquot, Sibyllarum, & Vatum illuſtriorum, qui priſcis illis ſæculis claruerunt oraculis, & prædictionibus futurorum fatorum, non ſolùm de monarchiis, regnis, & Imperiis Gentium immutandis, de ſubverſionibus urbium, de inundationibus, terræmotibus, incendiis, & aliis gravioribus caſibus, ſed etiam de uno ſolo & vero Deo colendo, de fugiendâ idolorum latriâ, de pia & religioſa vita inſtituenda, de adventu Jeſu Chriſti *Filii Dei altiſſimi, de ejus miraculis, paſſione, ac poſtremo adventu: de reſurrectione mortuorum, de conſummatione mundi totius, de extremo judicio, de ira Dei erga reprobos, & vita æterna, quæ præparata eſt omnibus piis, piè, juſtè, ac religioſè viventibus. Quæ omnia ita clarè, & exactè reſponſis & oraculis vatum expreſſa ſunt, maximè à Sibyllis, ut videantur hiſtoriam rerum geſtarum magis ſcripſiſſe, quàm futura vaticinari.*

Incipiemus igitur ab ipſo JOVE, quem antiquitas Deorum regem & Principem credidit: & ut *Joſephus Hiſtoriographus* tradit, quem Judæi JEHOVAM appellavére, hunc Gentes *Jovem* dixerunt: ſed nimiùm Joſephus colludi*don*-dam Gentibus, componens Deos fictitios, & Dæmones cum Deo ſummo Conditore, & Conſervatore mundi, & omnium creaturarum. Quia tamen *Jovem* omnes nationes ſummum Deorum crediderunt, cujus majeſtati & imperio reliqui omnes Dii, Heroës, & Genii ſubjecti eſſent: ipſorumque hominum conditor, & conſervator haberetur, unde *Juppiter* quaſi *Juvans Pater* ab omnibus vocatus eſt: qui non ſolùm telluris ubertatem, meſſes, & fructus ad generis humani alimoniam promoveret, pluvias procuraret, & omnia mortalibus neceſſaria liberali manu largiretur: bonorũ vitam contemplaretur, eorum pietatem, & integritatem bonis præſentibus & æternis remuneraret: ſed etiam impiorum ſe profiteretur ſeveriſſimum ultorem, & graviſſimis pœnis pro peccatis admiſſis eos puniturum, tarditatemque vindictæ gravitate ſupplicii compenſaturum. In tanta potentia non mirum eſt antiquos illi quoque tribuiſſe vim fatidicam: ut homines de futuris moneret, & eos hoc beneficio in ſui nominis cultu detineret. Ea enim fuit mendacis Dæmonis aſtutia, ut DEI ſummi facta æmularetur, & imitaretur. Cumque illam ſupremam Divinitatem in ſua Eccleſia multa verbo, miraculis, & prædictionibus ſanctorum Prophetarum prædicere videret, quibus pii inſtituerentur, & in vero Dei cultu retinerentur, idem quoque Dæmon æmulatus eſt, ut gentes in errore detineret, & omni idololatria, & falſis cultibus involutos, & implicitos ſub ſuo imperio coërceret. At cùm ejus oracula diverſis modis, locis & temporibus reddita ſint, duo præcipua antiquiſſima, & celeberrima in hiſtoriis notantur, quibus homines inſani maximè fidem adhibuerint.

Juppiter unde dictus.

Primum Dodonæum, quod fuit in Chaonia Epiri parte, ubi *Peliades* nymphæ, quę *columbæ* dictæ ſunt *vocales*, & quibus hi duo verſus ab antiquis tribuuntur.

Juppiter eſt, fuit, atque erit: ô bone Juppiter alme!
Quæ tribuit fruges tellurem dicite Matrem.

Alterum Jovis oraculum dicitur fuiſſe in *Libyæ* deſertis: ubi templum *Jovi Hammoni* antiqua religione cultum ſtructum fuit. Ab his igitur exordiemur, inde ad ea quæ ſequuntur facilior nobis dabitur progreſſus.

JUPPI-

JUPPITER DODONÆUS.

NOMEN JOVIS varium legitur apud auctores: Fuit enim commune multis. Nam, ut teſtatur *Xenophon libro de æquivocis*, familiarum illuſtrium ſeniſſimi apud antiquos vocati ſunt *Saturni*; filii eorum JOVES, filiæ *Junones*, & nepotes *Hercules*. Ita contigit, ut diverſæ nationes diverſos habuerint *Saturnos*, *Joves*, & *Hercules*, & qui aliquibus fuit *Juppiter*, aliis *Saturnus* dictus eſt. *Cicero lib.3. de natura Deorum*, *tres Joves* præcipuos ſecundùm Theologorum ſententiam nominat: duos in Arcadia natos: *primum* patre Æthere, ex quo Proſerpina, & Liber ortum duxêre: *Alterum* patre Cœlo, qui Minervam belli Principem genuit. *Tertium* Saturni Apteritæ Cretenſium regis filium, qui vocatus eſt *Juppiter Aſterius*, & illius ſepulcrum in ea inſula oſtenditur. *M. Terentius Varro Tertulliano teſte*, refert ſe ex varia auctorum lectione reperiſſe *trecentos* olim fuiſſe Joves, & quadraginta *Hercules*. Græci tamen, quæ de omnibus ſcripta ſunt, ſuo *Cretenſi* tribuerunt. Is patre Saturno vitâ functo regni adminiſtrationem ſuſcepit; infinitisque benficiis mortale genus juvit: & ideò tum illi viventi, tum maximè poſt obitum

tum honores ſummi collati ſunt: ejus hiſtoria traditur à *Diodoro Siculo lib. 6. cap. 15.* ubi fuſiſſimè ejus ortum narrat, & quibus virtutibus reliquos ſui ſæculi Reges excelluerit; propter quas vita functum Cretenſes, totiusque orbis homines exiſtimarũt illum poſt mortem ad cœlos rediviſſe, & ſummæ Divinitati aſſidere, unde res humanas intueretur, invocantes audiret, & in anguſtiis conſtitutos eximeret à periculis. Illi propterea ubique templa, aræ, ac ſtatuæ erectæ ſunt, ſacrificia publicè inſtituta, ſacerdotes electi, qui *Flamines Diales* vocati ſunt. At quòd diverſis in locis homines juviſſet, tam documentis & legibus datis, quàm quòd mundum à violentia & tyrannide prædonum, & Gigantum liberaſſet, tam in Creta cœſo Melino, quàm in Phrygia Typhone ſublato, & Gigantibus ad Pellenem in Macedonia, aliisque locis de medio ſublatis, propterea diverſa ſortitus eſt cognomina. A Latinis communi omnium ore dictus eſt *Juppiter*, quaſi *Juvans Pater:* Vocatus eſt *optimus*, quia bona largiretur mortalibus, quia ejus providẽtia mundus gubernaretur: quia ubertatem terræ promoveret & procuraret, provideretq; unicuique de omnibus neceſſariis ad hanc vitam beatè & tranquillè ducẽdam: Appellatus eſt & *Maximus*, quòd Deorum ſit, hominumq; Rex, & Dominus, quodq; populorum omnium cõſenſu primus exiſtimaretur in rerũ adminiſtratione, & gubernatione mundi: quòd fulmina, & tempeſtates in illius eſſent poteſtate ad ultionem malorũ, & bonorum tutelam. Sed & Juppiter alia habuit nomina, ut *Panomphæus*, *Ultor*, *Victor*, *Tonans:* & Romæ, *Capitolinus*, *Latialis*, *Fagutalis:* aliisq; infinitis cognominibus, illum Græci, & Latini pro ratione officiorum, quibus fungebatur, aut locorum ubi colebatur, aliorumque eventuum, in quibus ſuam opem, potentiam, & clementiã erga homines manifeſtaſſet, appellarunt. Inter autẽ hæc excellens ſemper *Dodonæi Jovis* habita eſt appellatio: quam adeptus eſt, *à Dodona* urbe Chaonię, vel Moloſſidis, quæ regio eſt montana Epiri; dicta *à Chaone* Priami filio, quem Helenus frater (illorum locorũ rex conſtitutus à Pyrrho Neoptolemo Achillis filio,) per imprudentiam in venatu occiderat. Prope Dodonam quercetum fuit Jovi ſacrum antiquâ religione venerabile; nam præterquam quòd in eo Dryades, & Fauni, Satyriq; habitare crederentur, & in umbra arborum ſimul colludere, & choros ducere, frequenterq; conſpici erant ſoliti in ea ſylva, quædam fuerunt quercus & fagi vocales, quæ conſulentibus reſponſa dabant: ſummaq; audientium admiratione, & pavore futura prędicebãt, Dæmone nempe in iis loquente. Appenſa quoque catenis in ſummitate quercuum erant ahenea crepitacula, & tintinnabula, quæ vel leviſſimis ventis agitata ſonitum frequentem, & argutum diu noctuq; reddebant. In templi adytis per fatidicas mulieres ſpiritu divino & enthuſiaſmo obſeſſas Juppiter loquebatur, omnibúsque reſponſa dabat de eventibus futuris, de quibus ſciſcitabatur. Fuit hoc oraculũ omniũ Græcorum antiquiſſimum, longo ante Delphicum tempore; ad quod conveniebãt homines ex omnibus mundi regionibus terra mariq;, ut de iis quæ futura expectabantur à Deo inſtruerentur. Hoc templum creditur fuiſſe conditum *à Deucalione*, & ab iis qui cum eo ſuperfuerunt diluvio. Vocatumque eſt *Dodonæum à Dodone* Nymphâ Oceani filiâ. Eum locum teſte *Pherecide* à principio coluerunt Athlantides Nymphæ, Liberi Patris nutrices. Quæ ab hoc templo vocatæ ſunt *Dodonides* numero ſeptem, quarum nomina hæc ſunt *Ambroſia*, *Eudora*, *Paſithoë*, *Coronis*, *Plexaure*, *Pytho*, & *Tyche* vel *Tythe*. Eodem in templo *duæ columbæ* ſervabantur, quæ interrogatæ, humanâ voce verbis diſtinctis & articulatis reſpondebant: Neq; procul inde mons altus extollebatur nomine *Tomarus* centum fontibus illuſtris: ita, ut omnia loci religionem adjuvarent. In ſummitate templi lati & profundi appenſi erant lebetes ahenei, ad quos erecta fuit ſtatua, quæ virga ferrea lebetes pulſabat ſtatis horis: ii poſtquam increpuiſſent, modulatis ſonis ligata numeris reſpõſa proferebant. Ferunt ejuſdẽ loci antiſtites, duas columbas ex Ægypto evolaſſe, quarũ una in Dodona (ita antiquitùs vocabatur Epirus) conſedit, & ex fago vel ſecundùm alios ex quercu humana voce loquens, dixit ſe à Jove miſſam, ut mandaret Deo illic

Varia Jovis cognomina.

Quercetum Dodonæum

Fagi & quercus columbaq; vocales.

Crepitacula Dodonæa.

Dodonæum oraculum Delphico antiquius.

Templum à Deucalione conditum.

Athlantides primæ Dodonam inhabitarunt.

Tomarus mons.

Quæ eſſent illæ columbæ.

templum erigi, præstò se adfuturum, & responsa de iis quæ interrogaretur, redditurum; seque futuram decretorum Dei interpretem. Hujus monitu instigati loci incolæ templum instaurarunt duce Deucalione, quod Jovi Dodonæo consecrarunt. Sive, ut suprà diximus, ex nomine Dodones Nymphæ, sivè potiùs *à Dodanim* filio *Japeti* Prisci, & *Noæ Ogygis* nepote; qui Princeps fuit eorum, qui in Molossidem Epiri regionem post Cataclysmum venerunt. Eo enim tempore Principes familiarum nobilium sua nomina imponebant regionibus, montibus, & fluviis, ad quos sedes figebant: Ut Japeti filii, qui plures fuerunt, *Gomer* nomen dedit *Cimbris*, *Magog Scythis*, *Madai Medis*, *Javan* vel *Jaon Jonibus*, *Elissa Æolibus*, *Tharsis Cilicibus* (ubi *Tharsus* Urbs est provinciæ metropolis) *Cethin Macedonibus*, & *Cæsiis* montibus, *Mosoch Moschis*, *Thiras Thracibus*, & *Dodanin Epirotis*.

Princeps familiarũ sua regionibus indiderunt nomina.

Herodotus ait, *Dodonæi*, & *Hammonis Jovis* oracula omnium antiquissima fuisse, sed *Dodonæum* præcessisse: utrumque tamen principium sumpsisse à duabus sacerdotibus feminis, quas Phœnices rapuerunt: ex quibus una in Epeirum, altera in Libyæ deserta se contulerit, & illic responsa dederit; quod ex Ægyptorum librorum sacris historiis se decerpsisse asserit Herodotus.

De duabus columbis opinio Herodoti.

Multa oracula inveniuntur apud auctores, quę apud Dodonem reddita sunt: ex quibus aliquot huic narrationi inseremus.

Cùm supplices aliqui in templum, tanquam ad asylum confugissent, Athenis, dubiique essent *Athenienses* quid de iis agere deberent: cùm eos è loco sacro, propter loci religionem, non auderent per vim extrahere, Dodonam miserunt qui Dei oraculum sciscitarentur: Legatis responsum est.

Μήθ' ἱκέτας ἀδικεῖν: ἱκέτῃ ἱερόιτε, καὶ ἀγνοὶ.

Parcere supplicibus, Divûm quos jura tuentur.

Sybaritas quoque increpuit, & severè reprehendit *Dodonæus* Juppiter, quòd Citharœdum mota seditione in Junonis ædem confugientem supplicemque immaniter interfecissent.

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔπι τοὶ φόνῳ ἀμφὶ χερέεσσιν
Πελὺς ὀπυάζει, ὀπὸ λαΐνᾳ ἑδρᾳ ἐρύκῃ.
Οὐ σε θεμιστεύω, Μελιῶν θεράποντα καλέσσας
Ἥρης πρὸς βωμοῖσι, θεῶν πίσιν οὐκ ἀλεείνας.
Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν,
Οὐδ' ἀπερωήτιον, εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν.
Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῇσι, καὶ ἐν ζωοῖσι τέκεσσι
Εἰλεῖται: ὃ πῆμα δόμοις ὅτι πήμασι βαίνει.

Cede meis mensis: manibus nam sanguis adhærens,
Distillansq; recens arcet te limine templi.
Non tibi fata canam. Magnæ Junonis ad aram,
Musarum innocuum straviste cæde ministrum.
Haud immortales hoc Dî patientur inultum.
Si quis enim prudens, scelerata è mente profectum
Committit facinus, gravis hunc prope pœna sequetur.
Non exorabit; neq; si genus ab Jove summo
Ducat: quin capite ipse suo, pœnisq; nepotum
Hoc luat: & generi cumulatim damna ferantur.

Dodonęi Jovis oraculum interrogantes *Lacedæmonii* vasculum cum sortibus, quod in ara positum erat, evertit Simia Molossorum regis, sortesque huc & illuc sparsas confudit. Dæmon Dodonæus respondit, Lacedæmoniis non de victoria, sed de sua salute cogitandum. Quod eventus paulò post probavit, dum apud Leuctra Lacedæmonii fusi, imperium Græciæ amiserunt. Ante illam

pugnam

pugnam lupi invadentes ovium gregem, qui ducebatur cum exercitu ad victimas eligendas, intactis ovibus Catœadas capras gregis duces confecerunt, futurę cladis omen manifestum. *Pausanias in Bœoticis.*

Athenienses hoc oraculo moniti erant, ut in *Siciliam* colonias ducerent: quod de loco Athenis vicino, cui Siciliæ nomen erat, intellexit Juppiter: At illi putarunt de Sicilia Insula Deum fatidicum fuisse locutum: quare constructâ magnâ classe, in Syracusanos arma moverunt; à quibus insigni clade affecti domum redire coacti sunt re infectâ, cum damno & dedecore. *Pausanias in Arcadicis, & Suidas.*

Alexander Molossorum Rex in Epiro Dodonæum oraculum consulens, sortibus datis è sacro Tripode jussus est *Acherusam* cavere, & urbem *Pandosiam*, in hæc verba loquente Dæmone:

Παυδοζία τριχόλωνε πολιῶ ποτὲ λαὸν ὀλέσσῃς.

Pandosia ingentem es populum extinctura, trivertex.

Responsum hoc metuens Rex, à Pandosia urbe Epiri, & ab Acheronte ejusdem regionis fluvio procul ut esset, in Italiam trajecit exercitum maturiùs quàm statuerat. A Tarentinis enim fuerat accitus, ut conjunctis viribus cum eis bellum inferret Brutiis, & Lucanis. Quorum urbes aliquot statim expugnarunt: Cúmq; tumulos tres muniviſſet Alexander, ut ex iis hostes infestaret commodiùs, & undique in eos incursiones faceret, imbres vehementiores usque adeò interjacentes agros inundarunt, ut exercitu tribus in locis separato, nulli aliis auxilium ferre possent. Hac occasione moti hostes, duo Epirotarum præsidia summis viribus expugnarũt, ipsumq; Ducem maxima suarum copiarum parte destitutum arcta obsidione cinxerunt. Rex imminens periculum, ut declinaret, cum selectorum militum manu erupit, Lucanorumque ducem cominùs aggressum obtruncavit: contrahens autem suos in unum, ad amnem vicinum perrexit, cujus pontem vis aquarum inundantium paulò antè dejecerat. Hic dum incerto vado transitum moliretur, miles quidam labore fessus nomen fluminis fortè protulit. *Jure*, inquit, *Acheron nominaris.* Hæc vox exclamantis militis regem perterruit dubitantem, an fluvium transiret. Dumque cunctaretur nimiùm *Sotinius* minister illum monuit Lucanos quærere locum insidiis aptum & commodum: quos paulò pòst animadvertit in Epirotas impetu facto irruere: at ille exerto gladio in flumen desiliit: & jam eum equus in altera ripa statuerat, cum Lucanus quidam miles in Alexandrum impetum faciens illum veruto transfossum dejecit. Ita saucius tum primùm mentem oraculi Dodonæi intellexit. Quod *Pandosiam* non urbem *Thesprotii*, sed eam quæ in *Lucania* ad hunc fluvium *Acherussam* sita erat vitandam præceperat. *Pandosia* enim vicina illi erat Oenotriorum regia, prope quam vulnus hoc lethale accepit. *Strabo lib. 9. & Sabellicus lib. 4. Ennead. 4.*

Alexandri Molossorũ regis mors.

M. Terentius Varro de Dodonæo Jove ita scribit: *Acceperant quoddam responsum Troës apud Dodonam, ut nonnulli scribunt, ut alii malunt in Erythris Idæ viculo, ubi habitabat Sibylla ejus loci Nympha. Hæc jusserat eos navigare occidentem versùs, donec eo loco pervenirent, ubi mensas comederent: quod simulatq; factum animadvertissent, quadrupedis ductu, ubicunq; fessa procubuisset animans, ibi condere oppidum.*

At Juppiter non solùm in Epiro reddidit oracula, sed aliis quoque in locis sub diverso nomine & titulo. *Antiochiæ* enim simulacrum habuit antiqua religione totâ Syriâ cultum: Id gestu, & motu capitis oculorumque, nonnunquam etiam verbis ad interrogata respondebat. Propter hoc Imperatorum edicto solicitantibus sacerdotibus, Christiani totâ viciniâ exacti sunt, & in exilium missi: quod idoli auctoritas, & potentia debilitaretur, & impediretur responsa dare, propter prædicationem Euangelii, quod CHRISTUM DEI filium propitiatorem unicum doceret, unum solum Deum adorandum cœlestem, Sempiternum, ingenitum, omnipotentem, conditorem rerum omnium: idolorum cultum qui abominetur, & omnes honores, quos homines Dæmonibus tribuunt.

Statua Jovis Antiochia.

Statua Beli.

Fuit & *Jovis Beli* ſtatua prædictionibus & reſponſis fatidicis in Aſſyria plurimùm venerata. Hanc *Septimius Severus* privatam adhuc vitam agens, ſed qui (ut erat animo excelſo) imperium affectabat, conſuluit: Cui Deus ſummum Principatum promiſit, & excellentes de populis exteris victorias.

Ὄμμασι καὶ κεφαλῇ ἴκελος Διὶ πρηνεϊ μύνῳ
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνα Ποσειδάονι.
Sic oculos, ſic Altitonans Rex ora gerebat:
Hanc Mars zonam illi, pectora Salſipotens.

Oraculum de Septimio Severo.

Sed cùm jam factus eſſet Imperator, cùm *Caracallam*, & *Getam* filios ſuſcepiſſet, de iis, eorumque ſucceſſoribus quid futurum eſſet, idem oraculum interrogavit: cui ita reſponſum eſt:

Σὸς δ' οἶκος πᾶς βήσεται δι' αἱματος.
Tua verò domus tota peribit ſanguine.

De hujus Imperatoris præſtantia, animi corporisq; dotibus, qui devictis duobus validiſſimis hoſtibus *Peſcennio Nigro* & *Albino* Principatum invaſerat, ita Dion.

Εἶναι, inquit, τὸ σῶμα βραδὺς μὲν, ἰσχυρὸς δὲ: τὴν δὲ ψυχὴν ἀριμδέστατον, καὶ ἐρρωμενέστατον: φίλοις οὐκ ἀμνήμων, ἐχθροῖς βαρύτατος: ἐπιμελὴς τε τῶν ἐαυτοῦ λογοποιημένων. *Corpore quidem erat tardus, ſed robuſtus: acie verò mentis acerrima, & validiſſima: non ingratus amicis, ſed adverſus inimicos acerrimus: in ea quæ agenda erant intentus; quæ de ſe ipſo ſpargebantur ſecurus, & negligens rumuſculorum.*

Quòd autem oraculum illi prædixerit totam illius domum ſanguine interituram: Crudelitas *Caracallæ* filii ejus, qui & in patrem Parricida eſſe conatus eſt, & *Getam* fratem in matris complexu hærentem immaniter transfodit: Novercæ nuptias inceſtuoſas coëgit, Romamque totam, & imperii provincias optimorum quorumque cædibus replevit: ipſe tandem interfectus ſuorum conſpiratione: & qui illum ſecutus eſt impurus ille *Heliogabalus*, qui ſe filium *Severi* profitebatur ex *Semiamira*, poſtquam per infinitas libidines, & impuritates nomen Imperii polluiſſet, ipſe quoque cruentâ morte, ſed meritâ, trucidatus periit.

Oraculum ad Trajanum.

Habuit etiam Juppiter templum in *Heliopoli* Urbe Aſſyriorum vaticiniis clariſſimum: ad quod conveniebant ſtatis anni temporibus frequentes ex omnibus Aſiæ provinciis. Hujus oraculum conſuluiſſe fertur *Trajanus Imperator* exercitum ducens in Perſas. At ne deciperetur, reſponſo ficto, aut ambiguo, ſuppoſitóve à Sacerdotibus (qui ut plurimùm fallebant homines ſub nomine Divinitatis) codicillos ſignatos, ſed vacuos, Deo obtulit, rogans ut ad hos reſcriberet. Dæmon ſibi chartam puram adferri juſſit, in qua ſcripſit quod rogabatur: mentem enim Imperatoris, & cognitionem intellexerat. Iterùm Trajanus interrogavit, an rebus proſperè geſtis in Aſia Romam ſalvus rediturus eſſet? Tum *Deus vitem Centurialem ex donariis in templo dicatis adferri juſſit, eamq; in fruſta comminutam, & ſudario incluſam ad Imperatorem deportari præcepit:* qua denunciabatur Trajano, ſe moriturum in ea expeditione, ſed ejus reliquias Romam deferendas. *Macrobius lib. 1. Saturnalium, cap. 23.*

Juppiter Antiochenus.

Multis in locis fata cecinit olim Juppiter, ac ſub diverſis nominibus. Nam & *Antiochiæ* ſimulachrum habuit religione antiqua venerabile, quod ad interrogata motu totius corporis, aut capitis, vel oculorum (pro ut hilaris, vel auſteræ frontis ſeſe ſpectantibus exhiberet) annuere petitis, vel reluctari credebatur.

HAMMON

HAMMON.

Fuſcus Arabs noſtras donis ſolemnibus aras
Rite onerat, dum illi fata futura cano.

HAMMON ſive AMMON Tritonis; ut *Beroſo* placet, filius fuit, Cirenes & Lybiæ frater, paterque Dionyſii (qui Juppiter juſtus Libycus cognominatus eſt) Rex quoque Libyæ. Ejus regnum fuit moderatiſſimum, & æquiſſimum. Afros legibus, & pietate inſtruxit, mutuò juſtitiam inter mortales ſervandam docens, omni vi & injuriâ ſublatâ: lites & contentiones judicio auferens, & ſingula ad benè, tranquilleque vivendum pertinentia, ſummâ ope procurans. Neque his contentus; ſeveriſſimis pœnis malos à violentia compeſcuit, bonosque, & Deorum cultores, quibus potuit donis, & honoribus cumulavit: ut his ſtimulis ad virtutem incitarentur boni, malique ultionis metu ſe in officio continerent: Propterea conſenſu omnium populorum, propter beneficentiam Imperiique magnitudinem, regnum perpetuum illi tributum eſt, & habitatio in Olympo: ita inter Deos poſt mortem relatus. Et ut *Diodorus* de Jove citat, poſtquam in cœlum tranſlatus eſt, memoria nominis ejus, in quos beneficia contulerat, adeò infixa permanſit in animis hominum, ut omnium quæ in cœlo fierent,

velut imbrium, tonitruum, fulminum, cæterorumque ejusmodi potens existimaretur. Itaq; quòd vitæ causa hominibus esse videretur, quòd fructus terræ ad maturitatem perduceret, *Jovem* dixere. *Patrem* verò; tum quia singulorum susceperit summa cum benevolentia curam: tum quia tanquam Dux hominibus extiterit rectè vivendi. *Imperator* & *Rex*, propter Imperii amplitudinem. *Consultor* & *Providus*, propter consulendi providentiam appellatus est.

Jovi igitur prisca illa sæcula tantum detulisse mirum non est. Cùm apud omnes mortales virtus & beneficentia semper & ubique hanc vim & efficaciam obtinuerit, ut in quibuscunque tantæ dotes conspicuæ fuerunt, eos statim omni laude & honore extulerint.

Hammon unde dictus.

At cùm Juppiter diversis in locis cultus sit, & diversis cognominib. appellatus: *Hammonis* nomẽ sortitus est in Africa ab arenis Arabicis, ubi illi *Dionysius Bacchus* filius templum extruxit religione clarum; Cujus rei causam hanc adferunt: Cùm Bacchus totum orbem terrarũ perlustraret, ad puniendos tyrannos, qui violenter subactos populos opprimebant: utque ad Patris exemplum mortales beneficentia & documentis adjuvaret, vini, fructuumque usum ostenderet, tandem venit in Arabiæ deserta sterilia, & arenosa: per quæ dum iter faceret, neque fontes inveniret, ut aquæ potu vehementissimam sitim sedaret, contractam ex longo itinere, & æstu solis ardentiore: Jamque deficere videretur cum omnibus vitæ comitibus, & sociis:

Unde Hammon dictus.

Tum agens animam, in humum procubuit numen Patris implorans, ut in tanta anxietate & necessitate constitutum potu aquæ juvaret: vix verba protulerat, quùm à tergo visus est ingens aries appropinquare, & terram ungula percutere, scrobemque effodere: ex qua statim emersit limpidissimi fontis scaturigo, unde proni omnes incumbentes, affatim biberunt, & recreati sunt: Hoc beneficio Dionysius sociique ab instanti morte liberati, gratias Deo egerunt, Dionysius in primis, qui clementiam & beneficentiam Patris admiratus, & promptitudinem in auxilio necessario; *Agnovi te*, inquit, *Pater cæleste habitans domos: Hujus muneris ergo tibi heic delubrũ erigam, ut testimonium sit posteris, præstò te ad opem ferendam adesse mortalibus supplicibus, cùm opus est.* Templum igitur *Jovi Arenario* extruxit Dionysius cum sociis, & votum solvit. *Plin. lib. 6. cap. 29. & lib. 5. cap. 5. & lib. 2. cap. 103.* ubi de fonte templo vicino agit, qui die frigidissimas, noctu verò calentes fundit aquas. Fuit enim hoc templum apud Garamantas ultra Cirenem, in solitudinibus siccis, & solis æstu torridis: circa quod nemus fuit altis consitum arboribus, in cujus medio statua Jovis erecta erat capite arietino, & Vervecinis pellibus tecta: Hanc Sacerdotes oracula reddituri scaphæ aureę imponebant, & carminibus hymnisq; Deum demulcebant: ea motu capitis & oculorum annuebat quæ vellet, quæ à Sacerdote vate & interprete scisci-

Hammonis fons die frigidus, nocte est calidus.

Quo modo sua reddebat oracula.

tantibus referebantur, & mens Dei explicabatur.

Suidas dicit, *Hammonem* vocatum ab *Ammone* quodam pastore, qui templum hoc primus erexit: Alii dicunt *Ammon* linguâ Ægyptiâ idem significare; quod Juppiter: sed Græcos postea inflexione Grammatica *Hammonem* pronunciasse:

Hammon idem qui & Cham.

Alii volunt *Hammonem* eundem fuisse qui *Cham*, filius Patriarchæ Noæ: qui in Ægypto cum Rhea uxore regnavit: & ab Ægyptiis Arabibusque pro eorum Saturno habitus est: unde contigit gravissima rixa inter eum & Rheam, quòd clam uxore rem habuerit cum Amaltheâ Nymphâ, ex qua suscepit Dionysium, qui Bacchus dictus est, & Lenæus; quia in torculari vinum docuit exprimere è racemis.

Hammonis fons.

De *Hammone Jove* ita loquitur *Minutius Felix: Juppiter cum Hammon dicitur, habet cornua: cùm Capitolinus, gerit fulmina: cùm Latialis, cruore perfunditur.*

De aquis ejus fontis die potabilibus & suavibus, noctuque æstu torrentibus, ita *Ovidius:*

---------*Medio tua, Corniger Hammon,*
Unda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.

Ab

Ab hoc *Hammone* genitum se fuisse credi voluit *Alexander Macedo*. Nam cùm ad hoc templum oraculis religiosum per solitudines iter suscepisset, quæ aquæ penuriâ transitu erant difficilimæ: arenarumque mobilium quasi fluctibus Austro flante æstuosæ, contra omnium sententiam & opinionem cuncta illi prospera cesserunt. Cumque ad oraculum substitisset, Sacerdos Hammonis vates Alexandrum salutavit Παῖ Διὸς, cùm linguæ Græcæ non satis calleret notitiam, voluit enim illum compellare vocabulo blandientis, Παίδιον nempe, quod filiolum significat. At Regi ambitioso gratum fuit hoc cognomen per errorem prolatum: voluitque omnibus persuasum esse, filium se Jovis Hammonis esse, conceptum ab Olympia matre, quę Deum admisisset sub formâ draconis. Hanc vanitatem Græci irridebant, & Alexandrum propterea cœperunt contemnere: Quod dum animadvertisset Rex, parciùs in posterum de hoc Olympiæ divino conceptu ratiocinabatur, sed impudentiùs de eo ridicula effutiebat apud barbaros, quò illos in sui admirationem, & cultum adduceret. De qua re *Plutarchus in Alexandri vita.*

Alexander Hammonis filius.

Ejusdem *Hammonis* filius creditus est *Jarbas*, Getulorum Rex, quem Juppiter suscepit ex Garamantide Nympha Apollinis filiâ, compressâ ad Bragadam fluvium Africæ: Is Didonem Tyro fugientem ad nuptias invitam armis cogens, hæc ne in barbari complexus contra voluntatem veniret, manus sibi intulit.

Jarbas Hammonis satus.

Ad *Hammonem* legatos miserunt *Athenienses* bellum contra Siculos moturi: ii ex Libya reversi, & ab Alcibiade subornati, responsum se à Deo accepisse asseverarunt, Syracusanos ab Athenienssibus capiendos esse. Navigiis igitur instructis trajicientes in Siciliam, navim interceperunt, in qua deprehenderunt tabellas, quibus nomina sua tributim perscripserant Syracusani, quæ in templo Jovis Olympii depositæ erant ad conquisitionem & delectum juventutis bello idoneæ. Res ad vates delata est: iique judicarunt Dei oraculum interceptionem harum tabularũ intellexisse; nõ Syracusarum expugnationem & direptionẽ. *Plutarch. in Nicia.*

Oraculum datum Athenienssibus.

Hannibal Pœnorum Dux Hammonem consuluit de suo fato, & rerum futurarum ultimo successu, cùm jam suis Charthaginensibus se ingratum esse, & factione suorum in odio adductum in periculo vitæ versari. Illi Dæmon respondit.

Hannibal ad Hammonem.

Λιβύσσα κρύψει βῶλος τὸν, Ἀννίβαλ, δέμας.

Libyssa corpus terra teget, Hannibal, tuum.

Hoc responso existimavit se tandem suis civibus reconciliatum iri cum tempore: promittique sibi oraculo divino ratus est in patriam reditum, ubi consenescret, & post mortem sepeliretur. Quare de sua salute minùs solicitus, securiùs in Asia, ubi transfugerat, indulgens genio vivebat. Venerat enim ad Prussiam Bithyniæ regem: cujus tamen fidem paulò post suspectam habuit, quòd Romanorum potentiam metueret, à quibus assiduè solicitabatur, ut Pœnum Ducem traderet T. Quinctio Flaminio Romanorum Legato: à quo cùm proditus esset, in vico mari adjacente, cui nomen erat *Libyssæ*, ne in manus Flaminii veniret, hausto, quod in annulo clausum gerebat, veneno, seipsum confecit. *Plutarchus in vita Hannibalis. Orosius lib. 4. cap. 20.* ait, eo loco lapidibus obrutum à Carthaginensibus. *T. Livius lib. 9.* asserit, cruci fuisse affixum. Sed *Plutarchus in Flaminio* dicit illum hausto veneno moribundum exclamasse: *Liberemus diuturnâ curâ Romanos, cùm mortem invidiosi senis expectare nequeant.*

Hannibalis mors.

Hammon Themeuthi regi Ægyptio consulenti oraculum respondit, *Caveret à Gallis. Psammetichus Pigritato Care* utens familiariter, cùm ab eo cognovisset, primos Cares *gallos* verticibus imposuisse ad ornamentum galearum, oraculi mentem intellexit: magnamque Carum multitudinem conduxit, quos versus Memphim pergere præcepit, juxtaque templum Isidis castra metatus est: ut regia (quæ à Memphi distabat stadia quinque) spectari posset. Commissa igitur pugnâ, magnâ animositate certatum est utrinque, donec *Themeuthes* fusus, cæsusque vitam amisit: & *Psammetichus* victoria, & regno Ægypti potitus est. *Polyænus lib 7. & Herodotus.*

Themeuthes consulit Hammonẽ.

Ora-

Oraculum tale extat apud antiquos:

Πρὸς τὸν Ὄλυμπον Ὀνήζιμε ἦλθ' ὁ παλαιστὴς
Καὶ πένταθλε Ὕλας, ἡ σταδιοδρόμος Μενεκλῆς.
Τίς μέλλει νικᾶν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα, θέλοντες
Γνῶναι, χαχεῖνε τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών,
Πάντες μὲν νικᾶτε μόνον μὴ τίς σε παρέλθῃ,
Καί σε καταστρέψῃ, ὦ σε ὠκυποδαχάζῃ.

Hoc *Auſonius Burdugalenſis*, & *Hammoni* tribuit:

Doctus Hylas cæſtu, Phlegeus catus arte palæſtræ,
Clarus Olympiacis & Lycus in ſtadiis.
An poſſent omnes venturo vincere agone,
Hammonem Libyæ conſuluêre Deum.
Sed Deus ut Sapiens, dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, ſi caveatis, ait.
Nequis Hylam cæſtu, ne quis certamine luctæ
Phlegea, nec curſu te, Lyce, prætereat.

Strabo lib. 17. ita ſcribit: *Multis à nobis de Hammone dictis id tantùm adjiciemus, veteribus & divinationem univerſam & oracula in ſummo fuiſſe honore; nunc eadem admodum negligi, Romanis in Sibyllæ oraculis, & Hetruſca divinatione per extiſpicia, auguria, & obſervationes de cælo acquieſcentibus. At nunc Hammonis oraculum ferè deſertum eſt, quod in honore quondam fuit.*

Clemens Alexandrinus libro contra gentes, hoc addit: *Ultimo ſilentio Caſtalius, & Colophonius fontes, cæteraq́ fluenta, quæ vim divinandi habere videbantur extincta cum ſuis fabulis defluxerunt: totiusq́ vinationis potiùs quàm divinationis nefanda myſteria ceciderunt. Silet Delphicus, Pythius, Didymus, Amphiaraus, Amphilochus. Tacent Aruſpices, Augures, ſomniorum Interpretes, & qui farina & hordeo vaticinabantur.*

Certum eſt hæc omnia Dæmonum oracula, paulò ante adventum CHRISTI SERVATORIS obmutuiſſe: vel frigida admodum viſa hominibus, qui horum vanitatem jam incipiebant perſpicere: quodque CHRISTO in hunc mundum veniente tenebras illas denſas, quibus mortale genus tot ſæculis involutum fuerat, ortâ luce oportebat diſcuti. Nam *Lactantius libro de origine erroris cap.* 17. de Dæmonibus loquens, ait: *In oraculis autem vel maximè fallunt, quorum præſtigias profani intelligere non poſſunt.* Poſt Chriſtum ſanè non legimus apud auctores tantam fuiſſe Deorum fatidicorum auctoritatem, quæ facilè ſubverſa eſt, paulatim licèt, prædicatione Euangelii per totum orbem terrarum publicatâ: Apoſtolis & ſanctis Epiſcopis Dæmoniorum os ſolo juſſu prohibentibus, & obturantibus. Quod ipſi maligni Spiritus ſæpiſſimè faſſi & conqueſti ſunt per ſuos Prophetas: & incitaverunt profanos & ſuperſtitioſos Principes ad perſecutiones excitandas in Chriſtianæ religionis ſectatores, quos acerrimè accuſabant tanquam omnis pietatis pertinaciſſimos oſores & religionum quas univerſus orbis Sacroſanctas colebat, everſores, ut Deorum antiquorum loco ſectam Judaicam ſubſtituerent, & CHRISTUM novum Deum adorandum populis proponerent. Inde tot & tam atroces cædes, & ſupplicia ſtatuta in Chriſtianos, quæ trecentis & ultra annis per totum Imperium Romanum excitatæ ſunt: donec ſub Conſtantino Magno paulatim miteſcere cœperunt Romani, & furorem remittere, & pii Epiſcopi & Sacerdotes ardenti zelo & contentione, poſthabito periculorum metu, doctrinam ſanctam Euangelii inculcarunt in mentibus hominum Idololatriâ conculcatâ & Dæmoniorum cultibus ſubverſis.

THEMIS

THEMIS.

Cephiſi ad ripas templo ſum culta Vetuſto
Deucalioniæi tempore diluvij.

THEMIS Cœli & Terræ filia fuit, Saturni ſoror, & Jovis amita. Ea apud priſcam antiquitatem magnam laudem, & ſummos honores adepta eſt, tam propter illuſtre genus, unde ducebat ortum, quàm propter excellentes virtutes, quæ in ea populorum omnium admiratione elucebant. Nata enim aureo Saturni ſæculo, quo genus humanum ſimplex adhuc, & rude, malitiamque peroſum, nondum cœperat debacchari, & præceps ferri per omnem licentiam: quemadmodum ſub Jove fieri cœptum eſt. Erat THEMIS matrona vitæ integerrimæ, & caſtitatis ſingularis, doctrinaque ſupra ſui ſexus captum. Pietate erga Deos inſigni: ut quæ ſacrificiorum ritus, & cultum cœleſtium Geniorum homines tum rudes & imperitos docuerit. Juſticiam, & æquitatem ſervandam præcepit inter mortales, quæ gratæ Diis eſſent virtutes, & ad vinculum ſocietatis humanæ conſervandum maximè accommodatę. Propterea ex æquo, & recto vivendum: à violentia, injuriis, & rapto abſtinendum, unumquemque ſua ſorte contentum eſſe debere, inculcabat. Id tantùm à Diis petendum, (ut notat

Festus) quod fas esset, & honestum : petitionem alioquin jure rejiciendam. Præterea dicebat Deum illum summum desuper in terras intueri quæcunque ab hominibus gererentur, sive benè, sive malè : & secundùm admissa facinora, malos æternis pœnis & suppliciis punire ; bonis autem & piis præparasse mercedem, & vitam nullis sæculis interrumpendam. Erat & fatidica mulier, futura hominibus prædicens, & rerum eventus incertos explicans : His dotibus summam apud Græcos sibi conciliavit auctoritatem : cùm illam Divino afflatu plenam crederent, & communicare cum Spiritibus, & Deis cœlestibus, à quibus ortum ducebat. Propterea etiam post obitum ad cœlos remeasse credita est, & illic plurimum auctoritatis, & potestatis in humanas creaturas adepta : Cùm justiciæ præesse putaretur : regibus regni jura præscribere, confirmare, & stabilire : cogere populos ad obedientiam & reverentiam erga Principes, præscribere leges magistratibus, ad quarum normam, & præcepta politias regerent, & moderarentur. Tantique est æstimata, ut sine ejus Numine mortales omnes existimaverint mundum constare non posse : Ideò illi templa, & honores divinos statuerunt. Primum illi delubrum erectum est in Bœotia, ad Cephissum amnem, qui ortum habet in Trinemiis, & præter Larymnam influit in Atticum, propéque Pyræum labens in Phalericum sinum sese exonerat : ut testatur *Strabo lib.* 9. & *Lucanus lib.* 3. de eo loquitur his verbis :

Themidis doctrina.

Bœoti coiêre Duces, quos impiger ambit
Fatidicâ Cephissus aquâ.

Fatidicas ejus fluvii aquas vocat, propter templum *Themidis*, quod structum erat ad ejus ripas, omnium Græcorum antiquissimum : ad quod post diluvium venisse Deucalionem, & Pyrrham scribit *Ovidius lib.* 1. *Metamorphoseum*, ut Deam consulerent, qua ratione genus humanum, quod illa inundatione perierat, reparare possent.

Dic, Themi, quâ generis damnum reparabile nostri
Arte sit : & mersis fer opem mitissima rebus.
Mota Dea est, sortemq; dedit : & quæ sequuntur.

De ejus oraculo *Plinius* quoque tractat *lib.* 4. *cap.* 3.

Themidis connubium cum Jove.

De *Themide* hoc narratur historia : Cùm prudentia esset singulari, formâ quoque reliquas suæ ætatis Nymphas superabat. Quapropter à Jove adamata, cùm sæpiùs ejus nuptias recusasset, & ejus consuetudinem vitaret, tandem in Macedonia deprehensa, coacta est illi nubere : gravidaque reddita peperit Jovi Horas Εὐνομίαν, Δίκλω, & Ἰρλήνν. Dicitur quoque ex eodem Jove suscepisse *Medium Fidium*, qui *Sanctus* vocatus est : quodque fidei præpositum illum crederent, ideò Jusjurandum factum per illius nomen, Sacrosanctum esse debebat & inviolabile : & hoc Sacramentum Patricii Romani usurpabant, tanquam illi ordini congruum, quod omni viro ingenuo pejerare nefas erat. Nos alibi docuimus ex testimonio aliorum, non ex Jove genitum hunc Fidium, sed ex *Sabo Genio* Sabinorum Curetum Deo, qui in templo Enyalii saltantes Nymphas contemplatus, unam illarum forma præstantem, ac nobilem è chorea abductam in sanctuarium, compressit : puerque ex hoc concubitu natus *Fidius* appellatus est : adultusq; Cures habitatoribus replevit, & regnum ejus loci occupavit.

Sanctus Fidius Themidis & Jovis filius.

Delphis oracula reddidit Themis.

Themin Orpheus scribit *Delphis* olim oracula reddidisse longè ante *Apollinem*. Sicut ante Themin *Terra* per se, & *Neptunus* per *Pyrconem*, qui illi inserviebat. Post hos consecutus est *Apollo*. Sed apud antiquos Themis semper habita est consiliorum oraculorumque præses, leges ferre, & jura hominibus reddere.

Cùm autem in eo maximè institerit, ut homines sanis & seriis admonitionibus ad-

adhortaretur ad vitæ integritatem, pietatem, & conſervationem ſocietatis humanæ; operæ precium fuerit illius hiſtoriæ adjungere Phocylidis verſus, qui eandem doctrinam continent, decerptos ex Sibyllinis; teſte *Suida*, qui de eo ita ſcribit:

Phocylides Mileſius Philoſophus æqualis Theognidis. Fuit autem utero ſexentis ſexaginta ſeptem annis Trojano bello poſterior: Olympiade nati quinquageſimâ nonâ. Scripſit verſus Heroicos, & elegiacos, admonitiones ſive ſententias, quas quidam capita appellant. Sunt autem ſubreptæ ex Sibyllinis carminibus. *Phocylides idem docuit quod Themis.*

Ex Sibyllæ Erythręę oraculis deſumpta ex majori parte conſtat: quòd eadem contineantur libro ſecundo, & iis ſimilia in ſcriptis aliarum Sibyllarum, ut *lib.* 3. aliquot in locis: *lib.* 4. *& lib.* 8. Imò ferè omnes oraculorum libri unum hoc canunt, Deũ unum ſummum cognoſcendum, & colendum purâ mente: juſtè integréque vivendum in hac vita. Deum aliquando de ſingulis quæ homines in vita patraverint rationem exacturum; & unicuique redditurum ſecundùm opera ſua: bonis ſcilicet & piis vitam felicem, tranquillam, omnisque beatitudinis plenam: malis verò & impiis ſupplicia gehennæ, & mortem æternam.

Ex Phocylidis igitur Γνωμαῖς hæc deſumpta ſunt: *Phocylidis Gnomæ.*

Μὴ πλεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Φθόνον μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντα φυλάσσειν.
Μὴ ψεύδεσι μάτην εἴδωλα ζέβειν. Τὸν δ' αὔθιλον αἰεὶ
Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ ζεῖο γονῆας.
Πάντα δίκαια νέμειν, μήδ' εἰς κέρδος ἄδικον ἔλθῃς:
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως. Μὴ κέρδεα σεβόμενος.
Ἤν σὺ κακῶς δικάζῃς, μετέπειτα Θεός σε δικάσει.
Μαρτυρίην φεύδεσθαι ψεύδεσθαι. Τὰ δίκαια δ' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν. Ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια. Καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἔλκειν.
Μὴ δ' ἀπορκήσῃς, μήθ' ἁγνῶς, μήτε ἑκουσίῃ.
Ψεύδορκον συγέει Θεὸς, ὅστις κεν αὖτις ὁμόσσῃ
Ἐξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χερὶ μήποτε δέξῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν. Ἐπαρήσιμος ὅστις ἕληται.
Εἰς ἡμέας ἡμεῶν. * Σκορπισμὸν βιότοιο.
Μήτ' ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συνεφαπτεῖν, μήτε φονεύειν.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου. Μὴ θλίβε πένητα.
Γλώσσης νοῦν ἐχέμυθον. Κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν:
Ὀρφανικοῖς, χήρῃσι, δεδεγμένοις τε φιλάσσειν.
Ὅς δ' ἐλεημοσύνην παρέχει, Θεῷ ὧδε δανίζειν.
Ῥύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρίσις ὁπποτ' ἂν ἔλθῃ.
Οὐ θυσίην, ἔλεος δὲ θέλει Θεὸς ἀντὶ θυσίης.
Ἔνδυσον ὦμω γυμνόν. Μετάδος πεινῶντι ἀρτῶν ζωῆς:
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, ξένον πυθόμενος.
Ναυηγὸς οἰκτρότατος. Ὁ γὰρ πλοῦς ἐστιν ἄδηλος.
Χεῖρα πτωχῷ δίδου. Σῶζον δ' ἀπειλούμενον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων. Βίος τοῖος, ἅλμη τοῖος ὅλβος.
Πλοῦτον ἔχων ζήλου χεῖρα πενηθέντων ὄρεγον.
Ὧν ζωὴ ἔδωκε Θεὸς, τούτοις χρήζοντι φιλάσσειν:

Κοινὸς πᾶς ὁ βιὸς μερόπων. Ἄνιος ἢ πέτυκται.
Μήποτε ἄνδρα πένητα ἰδὼν σκώψῃς ἐπέεσσι.
Μηδὲ κακῶς γε προσείπῃς μωμητὸν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται εἴ τις ἔπρηξεν
Ἔννομον ἢ δίκαιον, ἀμαχέτῳ εἰς κέλσιν ἔλθων.
Μὴ ἢ φρένας βλάπτειν οἴνῳ: μὴ ἢ πίνειν ἄμετρα.
Αἷμα ἢ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι.
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλέσθαι, μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ' ἐπ' ἀμυνάν.
Εἶθε ἢ μὴ χρήζῃ, μήτ' ἔννομα, μήτε δικαίως.
Κ' ἄν γε ἀποκλείνῃς ἐχθρὸν, ζέο χεῖρα μιαίνειν.
Ἀρχὴ γεγονέοντος ἀπόσχου, μηδ' ἀρ ὑπερβῇς.
Πᾶς ὅρος ἔστι δίκαιος, ὑπερβαζὶς ἢ πονηρή.
Μὴ ἢ τιν' αὐξόμενον λωβήσῃ καρπὸν ἀρούρης.
Ἔσωσαν δ' ὁμόπτεροι ἑταῖροι ἐν πολίτῃσι.
Πάντες γὰρ ξενίης προφρήσσονται πολυμόχθου.
Ὡς ξένοι ἀλλήλων. Ξεινὸς ἢ γε ἔπος ἐν ἡμῖν
Ἔστω, ἐπεὶ πάντες βροτοὶ αἵματος ἐξ ἑνὸς ἐσμέν.
Χώρη δ' ὅτι βέβαιον ἔχει τόπον ἀνθρώποισι.
Μὴ ἢ θέλεις πλησιῆν, μηδ' οὖχε. Ἀλλὰ τόδ' οὖχε
Ζῆν ἀπὸ τ' ὀλίγων: μηδέν τε ἔχοντα ἄδικον.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἀπάσης.
Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν ἢ εἰς ἄργυρον. Ἐν δ' ἄρα καὶ τοῖς
Ἔστιν ἀμφήκης θυμοφθόρος ἔνθα ζιδήρος.
Χρυσὸς αἰεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Εἶθε σε μὴ θνητοῖσι γλυφθῆναι πῆμα πόθεινον.
Σοῦ γὰρ ἕκητι, μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε.
Ἔχθεά ἢ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε ζωαίμοις.
Μηδὲ δόλως ῥάπτειν. Μὴ πρὸς φίλον ἦτορ ὀπλίζειν.
Μηθὲ ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μήθ' ὡς πεπροφυὴς πολύπους χῇ χῶρον ἀμείβειν.
Πᾶσι δ' ἀπλόος ἴσθι, πάτ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνὴρ. Ὅς δ' ὑπ' ἀνάγκης
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος. Βελὴ δ' εὐθυνέθ' ἑκάστου.
Μὴ γαυρὸς σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.
Εἷς Θεὸς ἐστὶ σοφὸς, δικαιότατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖσι τύχης πέον ἦτορ.
Οὐκέτι γὰρ δυνατὸν τὸ πεπυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρας. Χαλίνου δ' ἄγε μόρον ὀργῆς.
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.
Ἔσω κοινὰ πάθῃ. Μηδὲν μεγὰ μήθ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἐφ' ὑπηνίοισιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ ἢ τυφὴ πρὸς ἀμέτρεας ἕλκετ' ἐρωὰς.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίῃ ὀλοόφρονα τύχει.
Ὀργὴ δ' ἔστιν ὄρεξις ὑπερβαίνουσα ἢ μέτρου.
Ζῆλος τ' ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων ἢ γε φαῦλος.

Τόλμα κακῶν, ὁλοὴ. Ἀγαθῶν ἦ γε κῦδος ὀπάζει.
Σεμνὸν ἔρως ἀρετῆς. ὁ ἦ κύπελλον, αἶχον ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολίταις.
Ἐν μέτρῳ φαγέειν, πιέειν, ἠ μυθολογεῖειν.
Πάντων μέτρον ἄριστον. Ὑπερβαζίη δ' ἀλεεινὸν.
Μὴ φθονερὸς, μὴ ἄπιστον ἔχῃ. Μὴ λοίδορον ἴθι.
Μὴ ἦ κακογνώμων, μὴ ψευδαπάτης ἀμέτρητον.
Σωφροζύνῃσι ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μήδε μιμῶ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειφον ἁμαρτάν.
Πειθὼ μὴ γὰ, ὄνειαρ. Ἔρις δ' ἔριν ἀνὴφυλλόζει.
Μὴ πίσυνε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως τέρας ὄψει.

Quæ ſic Latinè reddita ſunt.

Ne diteſcas injuſtè. Sed ex juſtè partis vive.
Eſto contentus præſentibus, & ab alienis abſtine.
Mendacia ne dixeris, ſed vera omnia cuſtodias.
Neque fruſtra ſimulacra colas: Sed immortalem ſemper
Primum Deum reverere. Deinde verò tuos parentes.
Omnibus juſta tribue, nec in judicium injuſtum venias.
Ne abjicias paupertatem: injuſtè nec judices ex perſona.
Si tu malè judicaveris, poſtea Deus te judicabit.
Teſtimonium falſum fuge, & juſta profer.
Virginitatem cuſtodi. Dilectionem erga omnes obſerva.
Menſuras dato juſtas: bonus verò eſt modus in omnibus.
Trutinam ne pellas in alteram partem, ſed æqualem trahas.
Ne pejeraveris, neque ignoranter, neque ſponte.
Perjurum odit Deus, quisquis ille qui juraverit.
Ex injuſtis operibus donum manu ne unquam ſuſcipias.
Semina ne ſubripito. Execrabilis quisquis abſtulerit.
In ſæcula ſæculorum. Diſſipatio erit vitæ.
Ne cum maſculo cubes: ne ſycophantam agas: nec occidas.
Mercedem laboranti da: nec afflige pauperem.
Linguæ mentem cohibe: arcanum ſermonem in pectore contine.
Ne injurius eſſe velis: nec injuſtè quenquam agere ſinas.
Pauperibus ſtatim da, neque cras reverti jube.
Copiam ſpicarum manui egenti præbe.
Quicunque Eleemoſynam dat, Deo novit fœnorare.
Liberat à morte miſericordia, judicium quando venerit.
Non ſacrificium, miſericordiam verò vult Deus pro ſacrificio.
Veſtito itaque nudum: impertire eſurienti panes tuos.
Exulem in domum excipe: & cæco viæ dux eſto.
Naufragorum miſerere; quia navigatio eſt incerta.
Manum lapſo porrige, ſervâ, deſertum virum.
Communes caſus omnium: vita rota, inſtabilis felicitas.
Si divitias habes, tuam manum pauperibus porrige.
Quæ tibi dedit Deus, de his egenti eroga.
Communis tota vita hominum; inæqualis autem facta eſt.
Ne ſi virum pauperem conſpexeris, irrideas dicteriis.
Neque malignè alloquaris vituperandum aliquem virum.
Vita in morte probatur. Nam ſi quis perpetrarit
Illegitimum quid aut juſtum dijudicatur in judicium ſi venerit.

Ne mentem lædas vino, nec bibas immoderatè
Sanguinem verò ne comedas: & ab iis quæ diis immolantur abstinè.
Gladium accinge non contra amicum, sed ad defensionem.
Utinam verò non utaris, neque injustè, neque justè.
Etiamsi namque occideris hostem, tuam manum polluis.
Ab agro vicini abstine, neque transi.
Omnis terminus est justus, transgressio verò vitiosa.
Nequem crescentem læseris fructum agri.
Sint in pari honore advenæ cum civibus.
Omnes enim peregrinatione circumvehuntur ærumnosâ,
Tanquam hospites alter utrius. Peregrinus verò nullus inter vos
Erit: quia omnes homines sanguine ex uno estis.
Terraq; non perpetuum habet locum hominibus.
Non velis ditescere, neque opta: Sed hoc opta;
Ut vivas paucis contentus, nec quicquam possideas injustum.
Amor pecuniæ mater est maliciæ omnis.
Ne desiderium sit auri, vel argenti. In his enim
Erit utrimq; acutum animum corrumpens ibi ferrum.
Aurum semper fraus est & argentum hominibus.
O aurum malorum dux, vitæ labes, omnia evertens!
Utinam tu mortalibus non esses malum desiderabile!
Tui enim gratia pugnæ, & prædæ, & cædes:
Infensiq; liberi parentibus, fratresq; consanguineis.
Ne fraudes consuas, neque contra carum cor armes te.
Neque aliam occultes in corde sententiam, aliam proferas.
Neque ut saxis adhærens polypus, cum loco mutes.
Omnibus verò simplex sis, quæq; ex animo profer.
Qui volens injustè facit, improbus vir. Qui verò coactus,
Non malum dico prorsus. Consilium verò redarguitur cujusq;.
Ne efferaris sapientia, neq; viribus, neq; opibus.
Unus Deus est sapiens, potens simul, & multum dives.
Ne præteritis malis cruciatuum cor.
Nunquam enim potest factum fieri infectum.
Ne sis præceps ad manum, sed compesce sævam iram.
Sæpè enim percutiens invitus cædem perpetravit.
Sint communes passiones: nihil magnum neq; superbum sit.
Non bona redundans esse solet mortalibus utilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.
Extollunt autem multæ divitiæ, & ad petulantiam impellunt.
Ira nimia furorem pernicioſum parit.
Ira quidem est cupiditas, sed modum excedens, odium.
Æmulatio bonorum bona, malorum verò mala.
Audacia malorum pernicioſa; bonorum verò gloriam adfert.
Honestus est amor virtutis: Sed Veneris dedecus auget.
Suavis mansueto animo præditus vocatur inter cives.
Moderatè ede, bibe, & loquere.
Omnium modus optimus, excessus verò molestus.
Ne invidus, neque incredulus sis: nec calumniator esto.
Nec pravi consilii, nec impostor immoderatus.
Temperantiam exerce, obscœnisq; factis abstine.
Nec sectare malignitatem, sed jure repelle injuriam.

Per-

Perſuaſio namque commodum: Lis verò litem rursùs gignit.
Ne credas temerè, priuſquam finem certò perſpicias.

Proderit hîc pauca referre, quæ in Sibyllinis oraculis ad hanc vitæ integritatem ſectandam pertinentia inveniuntur. *lib.* 8. *ſub finem hæc leguntur.*

Εἰκὼν ἐς' ἀνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχεζα.
Τέτῳ θὲς καθαρόν τε ἀναιμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώζας ἀγαθῶν; καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον;
Καὶ διψῶντι πότον, καὶ ἑμαζα ζώματι γυμνῷ.
Ἐκ μόχθων ἰδίων ποιέζας ἁγναῖς παλάμηζι.
Θλιβόμενον κτῆζαι, ζ τῷ κάμνοντι παρέζαι.
Καὶ ζῶζαν θυζίαν ταύτην τῷ ζῶντι πόειζε.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ ἵνα σοὶ κύειν τάδε δώζῃ,
Καρπὸς ἀθανάτης, ζ φῶς αἰώνιον ἔξεις.
Καὶ ζωὸν ἀμάρακτον, ὅζαν πνοὴ πάντας ἐλέγξῃ.

Effigies mea homo eſt rectæ rationis alumnus.
Huic tu pone volens puram ſine ſanguine menſam,
Repletamq; bonis: panem potumq; famenti,
Et ſitienti da: nudum tege corpus amictu.
De proprio caſtis manibus largire labore.
Oppreſſum recrea: feſſi ſolare labores.
Hæc à te detur viventi victima vivens.
Sparge piè ſemen, Dominus tibi donet ut iſta,
Æternos fructus, æternum lumen habebis,
Vitam incorruptam, cùm cunctos arguet ignis.

Libro quarto alia Sibylla homines hortatur ad reſipiſcentiam his verbis:

Ἀμέλεοι μετάθεσθε βρότοι τάδε μηδὲ θεῆς ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν: ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα ζ ζυναχὰς, ἀνδροκτασίας τε, ζ ὕβρεις.
Ἐν ποταμοῖς λύσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι
Χεῖρας τ' ἐκτανύζαντες εἰς αἰθέρα, τῶν πάρος ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐσεβίαις ἀζέβειαν
Πικρὴν ἰάζασθε. Ὁ θεὸς δ' ἔξει μετάνοιαν
Οὐδ' ὀλέζει: πάντζε δ' ὁλον πάλιν, εἴπερ ἅπαντες
Εὐζεβίῃ εἰείμον ἐνὶ φρεζὶν ἀσκήσητε.

--------*At vos reſipiſcite ſtulti*
Mortales, magnumq; Deum irritare cavete.
Ponite ſed gladios, gemitus, cædesq; nefasq;.
Et totum fluvio corpus merſate perenni.
Tunc manibus paſſis ad ſidera, præteritorum
Poſcite factorum veniam; ſanateq; factis
Impia facta piis. Nam ſic Deus ipſe viciſſim
Conſilium vertet, neq; vos exſcindet, & iram
Sedabit rurſum, ſi vos modò mente coletis,
Quæ nil gratius eſt illi, pietatis amorem.

Eodem *libro quarto* hæc quoque leguntur.

Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι ζ γαῖαν ἔζοντες,
Ὅσοι δὴ ζέρξωζι μέγαν Θεὸν εὐλογέοντες
Πεὶν φαγέειν, πιέειν τε, πεποιθότες εὐζεβέηζιν.

Οἱ νηὸς μὴ πάντας ἀποστρέψωσιν ἰδόντες.
Καὶ βωμὸς, εἰκαῖα λίθων ἀφιδρύματα κώφων.
Αἱματι ἐμψύχων μεμιάσμενα, καὶ θυσίησιν.
Τετραπόδων. Βλέψωσι δ' ἐνὸς θεοῦ εἰς μέγα κῦδος.
Οὔτε φόνον ῥίξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον.
Κέρδος ἄπειρον ἐλόντες, ἅ δὴ ῥίζησα τέτυκται.
Οὐδ' αἰρ ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες,
Οὔτ' ἄρσεν ἄρσενος ὕβριν ἀπεχθέα τε συγχρώτε.

Felices hominum illi versabuntur in orbe,
Qui laudare Dei supremi Numen amabunt
Ante cibum & potum, freti pietatis amore.
Omnia qui visu templa avertentur, & aras,
Et lapidum vanas stupidorum pondere moles:
Sacrificio fœdas animantum, quadrupedúmque
Sanguine: suspicientq; Dei decus unius ingens,
Nec diram facient cædem: neq; lucra parabunt
Grandia per furtum, quæ sunt deterrima planè.
Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile.
Mascula nec turpi maculabunt corpora tactu.

Item libro tertio.

Ἀλλὰ σὺ μὴ πολλῷ βροτὲ ποικιλόμητι κακόφρων
Ἀλλὰ λιποὼν πλεῖστον τρέψας Θεὸν ἱλάσσιο.
Θῦε Θεῷ ταύρων ἑκατοντάδας, ἠδὲ καὶ ἀρνῶν
Πρωτοτόκων, αἰγῶν τε πολυπλομβαίοις ἐν ὥρῃς.
Ἀλλά μιν ἱλάσκου Θεὸν ἄμβροτον, αἰὲν ἐλεήσῃ
Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἕτ' ἄλλος.
Τὸν δ' ἀναμοιβαίως τίμα, καὶ μήδενα θλίβε.
Ταῦτα γὰρ Ἀθανάτου κέλευθα δικαίοις βροτοῖσιν.

Sed tu mortalis versuta mente, malagq;
Noli divitiis nimis invigilare: sed illis
Missis, conversus Numen placare memento.
Et mactare Deo taurorum corpora centum,
Primigenosq; agnos, capras q; volantibus horis.
Quære Dei facilem æterni placando favorem:
Qui solus Deus est, nec quisquam est alter ab ipso.
Justiciam colito, nulliq; injurius esto.
Immortalis enim jubet hoc mortalibus ægris.

Hæc & ejusmodi plurima leguntur in Sibyllinis libris, quibus homines ad rectam vitã exhortabantur: neq; ulla ferè in iis est pagina, quę non contineat admonitiones ad homines, ut convertantur ad Deum verum, qui solus est, neque quenquam habet suæ Divinitatis participem. Qui idolomaniam aversatur, & idololatras perdet: qui vitæ integritatem commendat, & requirit magis quàm sacrificia. Judicium imminere generale, ad quod sistentur omnes mortales: Deum verò judicaturum omnes homines sine personarum acceptione: discernetque pios ab impiis, & unicuique reddet secundùm opera sua. Hæc maximè describit Erythræa Sibylla *lib. 3. oraculorum*: ubi longo carmine piorum gaudia, & benefactorum mercedem recenset, quam recipient in vita æterna: qua fruentur indesinenter post corporum resurrectionem: Mali autem & impii admissorum scelerum pœnas dabunt atroces cruciati flammis Cocyti, & gehenna sempiterna: simul etiam ostendit

dit & describit quæ studia sint futura piorum: & quo modo hanc vitam traducent, huic rei tantùm intenti, ut Deo vero & soli inserviant, & placeant.

Hæc doctrina post diluvium promulgata est à Patriarcha *Noha*, & feriò inculcata hominibus, qui statim corrupti sunt, & per omnem idololatriam debacchati, coinquinati sunt impuris libidinibus, cædibus, violentia, rapinis, & injuriis: Sed semper sibi Deus aliquos reservavit, qui vitæ innocentia, justicia, & pietate viguerunt, & alios docuerunt: ut in *Themide* factum esse constat, quæ statim post diluvium nata, boni *Ogygis* avi pietatem secuta, homines assiduis exhortationibus compulerit ad benè, innocenterque vivendum: docuerit Deo nihil gratius esse pietate erga cœleste Numen, & charitate erga proximum. Ideò illi à priscâ antiquitate honores summi tributi sunt, tanquam Justiciæ fautrici, & Dei Sacerdoti primariæ. Nam cùm fuerit inter homines paucis post diluvium generale annis, non est dubium, quin doctrina salutaris proposita à Sancto Patriarcha Noa, diu permanserit tenaciter sculpta mentibus posterorum *Semi*: licèt hæc puritas statim depravata sit impietate & malignitate *Chami*, qui facinora (propter quæ Deus mundum diluvio perdiderat) statim apud Ægyptios, Aborigenes, & Bactrianos suscitaverit.

APOLLO PYTHIUS.

Apollines 4.

APOLLINIS nomen ad plures relatum fuisse apud antiquos legimus. *Apollinum*, inquit *Cicero lib. de natura Deorum, antiquissimus fuit ex Vulcano natus, Athenarum custos: Alter* Corybantis *fuit filius, natus in Creta: cujus de illa Insula cum* Jove *ipso certamen fuisse traditur. Tertius* Jove *tertio natus, & Latonâ, quem ex Hyperboreis Delphos venisse ferunt. Quartus in Arcadia natus: quem Arcades Nomionem appellarunt, quòd ab eo leges se accepisse ferant:* Hæc *Cicero.*

Hunc postremum *Nomionem*, vel *Nomium* appellatum Legislatorem Arcades ob nimiam severitatem expulerunt: At is fugiens ad Thessaliæ regem Admetum, illius armenta pavit ad Amphrysum amnem: & post mortem in Deorum numerum relatus est: A Mercurio citharam accepisse dicitur, & Musis præfectus. Alii hanc historiam ita narrant; Nam quæ de omnibus Apollinibus fama narravit, ad unum Latonæ filium Græci transtulerunt. Cùm igitur Latona utero gestaret gemel-

Python vexat Latonã.

gemellos Apollinem & Dianam, quos ex Jove conceperat, Juno Zelotypa *Pythonem* horrendæ vastitatis serpentem immisit, qui gravidam prosequeretur, & vexaret: Mulier misera post diutinos errores tandem navigio delata in Insulam Ortygiam, ad sororem suam Asteriem, quæ in eâ regnabat. Cumque ea insula ferè tota mari inundaretur, parturienti Latonæ locum dedit, unde *Delus* dicta quæ ἄδηλος erat antea: ibi igitur enixa pueros, prima prodiit ex utero *Diana*, eaque se obstetricem matri in partu fratris Apollinis laboranti præbuit: unde factum est, ut prægnantes in puerperio ejus Numen invocarent: eamque vel *Lucinam*, vel *Ilithyiam* vocaverunt, quòd lucem natis infantibus apertis eorum oculis ostenderet: Apollo igitur natus, & adultus Pythonem matris vexatorem sagittis confecit, & Cyclopes occidit, quòd fulmen Jovi fabricassent ad interficiendum ejus filium Æsculapium, quem Juppiter fulminatum ad Inferos detrusit, propterea quòd Hippolytum ab equis discerptum in vitam restituisset: Apollo igitur irritato Jove propter has cædes, divinitate privatus in Thessaliam se recepit, & Admeti regis pastor factus est: amavit Daphnem Nympham Penei filiam, quæ ejus vim cùm non posset evitare, in Laurum arborem mutata est, amatori postea sacram. Impotenti quoque amore Cyrenem Daphnes sororem dilexit, quam in Pelio Thessaliæ monte raptam transtulit in eam Libyæ partem inter Syrtim majorem, & Mareotidem sitam, quæ à Nympha dicta est Cyrenaica regio: Ex ea natus est Apollini *Aristæus* & ejus frater. *Virg.* 4. *Georg.* Amavit quoque Apollo Hyacinthum formosissimum adolescentem Amyclæum, quem & Zephyrus quoque deperibat. Sed cùm puer in Apollinis amorem esset propensior, & se crebrò cum illo disci jactu exerceret, Zephyrus discum ab Apolline jactum in caput Hyacinthi detorsit, cujus ictu mortuus est, & in florem sui nominis mutatus. *Ovidius lib.* 10. *Metamorph.* & *Palæphatus tractatu de fabulosis narrationibus:* in ejus honorem Lacedæmonii sacra Hyacinthia quotannis celebrabant. Branchum quoque Thessalum juvenem amavit Apollo, quem ipse susceperat ex filia Jaucis & Sucronis: & hunc pater amavit viventem, & mortuum communi templo coli voluit, cujus fuerat Sacerdos. *Strabo libro* 14. Vicit Apollo Marsyam Satyrum ex Celeni oppido Phrygiæ oriundum, qui tibiis à Minerva inventis ausus est Apollinem ad certamen provocare, à quo cùm victus esset, excoriatus est: Tibicinem suum Nymphæ Phrygiæ mortuum ita ploraverunt, ut ex earum lacrymis Marsyam fluvium ortum fuisse fabulati sint: *Ovidius libro Fastorum sexto.* Dicitur quoque Apollo adjuvante Neptuno Ilii mœnia struxisse Laomedonte Rege Trojanorum poscente, pacto cum illis precio, quod cùm nollet persolvere post absolutum opus, indignati Dii urbem duplici calamitate affecerunt; Apollo peste, Neptunus verò inundationibus. Qua de re postquam Laomedon consuluisset oraculum, responsum tulit, Deos alio modo placari non posse, nisi quotannis virgo Trojana in quam sors cecidisset Ceto monstro marino devoranda exponeretur. Sors autem *Hesionem* regis filiam prodidit: quæ cùm scopulo alligata Cetum lacrymabunda expectaret, ab Hercule illac prætereunte liberata est: ea tamen conditione, ut liberationis præmium Laomedon illi traderet equos, quos habebat divino semine procreatos. At cùm pacto non staret rex, Hercules collecto undique exercitu, Ilium obsidet, expugnat, & diripit: Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni uxorem tradit, quod primus muros conscendisset. Priamum quoque regis filium impuberem captivum abduxit, qui postea à vicinis auro redemptus, Ilium restauravit. Apollo primus Medicinæ usum traditur invenisse & propterea Deitatem meruisse, unde *Ovid.* 1. *Metam.*

Apollo & Diana nati in Delo.

Apollo occidit Pythonē & Cyclopes.

Apollo divinitate exutus Admeti fit pastor.

Daphne ab Apolline rapta.

Cyrene ex Apolline concipit Aristæum.

Hyacinthus amatur ab Apolline.

Branchus Apollinis filius.

Marsyas ab Apolline victus.

Apollo cum Neptuno Ilii mœnia adificat.

Hesione Ceto exposita.

Apollo Medicina auctor.

Inventum medicina meum est: opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.

Soli enim præfectus est Apollo, imò ipse Sol dicitur, & Phœbus. Et quamdiu

Sol ſuper noſtro eſt hemiſphærio, morborum omnia ſymptomata, & dolores reddúntur multò tolerabiliores: noctu verò corpora fiunt debiliora, & languidiora. Herbas etiam omnes Solis virtute prodire, & ſuas vires accipere certum eſt. Is quoque carminis & Muſices auctor fuiſſe creditur: unde illi lyra, & barbitus ſacer eſt: & Poëtæ illum ſibi Numen præcipuum conſtituunt. *Triplex* eſt ejus poteſtas: In cœlo enim *Sol* vocatur, in terris *Liber Pater*, apud Inferos *Apollo:* cujus ſimulacro imberbi tria adpingebantur *Lyra, clipeus, & ſagittæ:* Multa illi nomina in poëtis tribuuntur pro locis in quibus colebatur, & officiis quibus mortale genus juvabat. *Parrhaſius, Patræus, Pythius, Leochares, Boidromius, Clarius, Carnius, Diradiotes, Alexicacus, Iſmenius, Muſarum dux, Parnaſſi Præſes, Parcarum ductor, Clarius, Delius, Smyntheus*, & alia de quibus *Pauſanias*.

Triplex Apollinis poteſtas.

Apollinis cognomina.

Delphicum oraculum Apollini ſacrum.

At cùm multis in locis Europæ & Aſiæ coleretur Delphis antiqua religione venerandum habuit templum: ubi illi ſacratus eſt ille celebris *tripes* à Pelope, dum uxorem Hippodamiam duceret Oenomai regis Elidis filiam: quem tripodem fabricarat Mulciber & Pelopi donaverat. Ex hoc tripode Phœbades virgines divino Apollinis Numine afflatæ reſponſa dabant ſciſcitantibus rerum futurarum eventum.

Quomodo cœpit oraculum Delphis.

De hoc oraculo *Pythio* quod Delphis in Bœotia reddebatur ita ſcribit *Diodor. Siculus: Cùm in eo loco, ubi templum poſtea extructum eſt, circum paſcerent capræ, factum eſt, ut una ex grege frequenter ad hiatum illum accederet; & quotieſcunque introſpexiſſet, toties reverſa miris, & inuſitatis geſtiret ſaltibus, vocemq; ſonaret inſuetam: quæ paſtor miratus, cùm accederet & ipſe, hiatum ſpectaturus, mox eodem impetu hauſto, conceptoq; ſimili modo exſilire, & vaticinia fundere incipit. Fama increbreſcit, & pervulgatur: fit concurſus ingens ad hiatum: & quotquot demittunt ſeſe, ſtatim fatidico habitu afflati furibundis ſimiles evadunt. Tandem quod ex furore multi per præceps in hiatum deſilirent, & perirent, interdicto cautum fuit, nequis ampliùs inſcenderet. Voragini templum impoſitum: & miniſterium excipiendi ab inſiliente Dæmone, referendiq; reſponſa fœminæ virgini commendatum fuit. Aliquanto poſt, quòd Echerates (velut alii volunt Iſocrates) quidam Theſſalus Pythiam raptam violaſſet, huic quoque id ademptum, & vetulæ, quæ quinquageſimum exegiſſet annum, injunctum fuit.*

Primum oraculum Delphicum redditum in Parnaſſo.

Conſtat ſanè ante Trojæ expeditionem hoc oraculum plus quàm centum annis claruiſſe: Sed primo redditum in *Parnaſſo* monte, qui Delphis propinquus eſt. Id quod nomen montis indicat, quemadmodum quidam literis tradiderunt, maximè *Caſparus Peucerus: Videtur*, inquit, *appellatio facta ex Hebræo* Nahas, *quæ vox augurium ſignificat, & divinationem: & ab* Hur, *ſed præpoſita in compoſitione litera P. vel potiùs* Parai, *quarum vocum prior montem ſignificat, poſterior hiatum, ut idem ſonet Parnaſſus quod mons, vel rectiùs hiatus divinationum.* Succeſſu autem temporis templum ad radices Parnaſſi ſupra ſpecum condiderunt incolæ, & oppidum mœnibus cinctũ. In medio templi erectus erat tripes, in quo inſidens Pythia afflatum Dæmonis erumpentis è profundo hiatu excipiebat: quo correpta vaticinabatur: idque non ſemper, ſed ſtatis tantùm temporibus, ut Idibus & calendis menſium, vel lunæ defectu aut incremento, vel crepuſculis matutino & veſpertino. Qui ſciſcitaturi erant oraculum, conſecrabant priùs ſolemni ritu, & mactabant victimam; quam poſtquam totam contremiſcere, & micare cerneret Pythia, inſidebat Tripodi ſacro, conceptoque Deo Græcis verbis reſponſa pronunciabat. Templo vicinus fuit fons Κασσωτὶς nomine: cui ſi faſces ardentes admoverentur, eas extinguebat. Si procul eſſent remotæ, ſubitò accendebantur, & flammas concipiebant: ejuſque fontis aqua pota vim vaticinandi præbebat: ſed tamen brevioris vitæ reddebantur ejus aquæ potores.

Tripes Delphicus.

Caſſiotis fons fatidicus.

Delphicum templum ſplendidiſſimum donariis.

Nullum fuit tota Græcia templum Apollinis magnificentius aut donariis locupletius. Nam in eo ſtatuæ plurimæ ex auro ſolido & argento magni ponderis, & artificii à Regibus & Principibus repoſitæ erant: cum aliis donariis precioſiſſimis, quæ

quæ ab omnis ſtatûs hominibus religiõnis causâ in ſacrariis recondita erant. *Pauſanias* refert, ſceleton aheneum artificii admirandi appenſum tholo templi fuiſſe ab *Hippocrate*. Dirutum quinquies fuiſſe tradunt hiſtoriæ, & direptum ſæpiùs. *Nero Imperator* ex templo quingentas aheneas abſtulit ſtatuas: mactavitque homines Deo, & mortuorum corpora projecit in hiatum. *Pauſanias* recitat *Phocenſium* duces, qui in bellò ſacro templum hoc donariis ſpoliaverant, crudelibus vindictis à Deo ſublatos eſſe. Tandem *Juliano Imperatore* regnante fulmine tactum eſt, & funditùs everſum: in cujus ruinis & incendio periit excellenti opere facta ſtatua Apollinis deaurata.

Quinquies dirutum templum Delphicũ.

Habuit Apollo alibi etiam oracula: ut in *Delo* Inſula, ubi ſortes Deliæ reddebantur, certitudine toto orbe celebratæ. Templum enim habuit ad mare è regione *Eubææ*, ubi natus credebatur Apollo. Ejus aræ nullum animal mactatum imponebatur, neque in eo loco ulla mortuorum cadavera cremabantur, ut alibi moris erat: neque in ea Inſula canes alebantur, cùm eam Deus vellet eſſe ab omni cæde & pollutione immunem. Ideò Athenienſes juſſi oraculo eam inſulam expiare, ſepultorum cadavera ſepulchris eruta aliò tranſportarunt: edictoque ſanxerunt, ne quis in ea naſceretur, aut moreretur. Ideò quæ partui erant vicinæ, aut qui lethalibus erant correpti morbis, in Rhenam Inſulam vicinam deferebantur. Ara quæ in eo templo erat, ſtructa fuit ex dextris mactatarum pecudum cornibus, arte ſimul compactis egregiâ.

Sortes Deliæ.

Nemõ naſci aut mori in Delo permittebatur.

Ara Deliæ.

Colophone, quæ urbs eſt Joniæ, oraculum habuit clariſſimum Apollo, ad quod ex tota Aſia confluebant homines Deum de ſuis rebus conſulturi: quæ urbs opulentiſſima reddita eſt, navalibusque copiis potens: Colophoniique in equeſtribus certaminibus tantùm excelluerunt, ut quibuscunque ſe ſocios adjunxiſſent, ii ſibi certam victoriam pollicerentur: unde natum proverbium, quando ſumma manus alicui operi imponenda erat, *addere Colophonem* dicebant. Ab ea *Colophonius vates* dictus eſt *Homerus*, quod in ea natus jactaretur à civibus.

Apollo Colophonius.

Addere Colophonem quid.

Apollo Colophonius ſciſcitanti cuidam quid, aut quis eſſet Deus, viginti & uno verſibus reſpondit: quorum hoc eſt principium:

Apollinis de vero Deo reſponſum.

Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφέλικτος
Ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων:
Τετὶ Θεὸς. μικροὶ δὲ Θεοῦ μέτοικοι Ἄγγελοι ἡμεῖς.

Et ut *Lactantius* addit: Quem hic Apollo ἀμήτορα vocat, eundem *Triſmegiſtus* appellat ἀπάτορα: quòd origo non ſit illi niſi à ſeipſo. Illum eſſe rerum omnium conditorem, mundi regem, unum Patrem, unum Deum. Ejusque miniſtros vocat Angelos: inter quos Apollo ſe numerat: & cùm interrogaretur quo modo ſibi ſupplicari vellet:

Apollo ſe Dei Angelum profitetur.

Πάντοφε, παντοδίδακτε, ἐνολοίτροφε κέκλυθι Δαίμων.

Et cùm alius preces in *Apollinem Smyntheum* rogatus exponeret, ita ſupplicationem ſuam exorſus eſt:

Ἁρμονίη κόσμοιο φαέσφορε, καὶ σοφὲ Δαίμων.

Alio quoque reſponſo in hunc modum retulit:

Dæmones ſubjecti Deo.

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι πεδὰ χθόνα, ἠδὲ πεδὰ πόντον
Ἀκάματοι δάμοντες ὑπαὶ μάστιγι Θεοῖο.

Apollo Mileſius, cùm à quibuſdam conſultus eſſet de Judæorum religione, an Deum verum colerent, ita reſpondit:

Apollinis reſpõſum de Deo Judæorum.

Ἡδὲ Θεὸν Βασιλῆα, καὶ γλυπτῆες πεδὸ πασῶν
Οὐ τεύχουσι καὶ γαῖα, ἠδ' ἀέρινος, ἠδὲ θάλασσα
Ταρταρέοιτε μυχοὶ, καὶ Δαίμονες ἐμφερέστιχοι.

Ubi apertè Dæmon *Deum Judæorum summum, & unicum esse fatetur: cui terra cælum, inferiq́, & Dæmones omnes subjecti sunt.*

De hoc summo Deo loquitur *Sibylla Erythræa* in principio lib. 1.

De summo Deo Erythræa Phœbas.

Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγήρως,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα:
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σάρκος ἀπάτης: *& paulò pòst:*
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου:
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη,
Αὐτογενὴς, ἀγήρως, ἅπαντα κρατῶν ἀμάραντος,
Πᾶσι βροτοῖσιν ἐνὼν τὸ κρεῖττον ἐν φάει κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης ἣν τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν.
Ὅτι Θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀενάοντα
Δοξάζειν αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε τοῖσιν ἐν Ἅιδῃ.
Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθείαν προλιπόντες ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν,
Καὶ σκολιῶν ἐπλανᾶσθε: *& postea:*
Εἰ δὲ γυνὴ ὅλως ἐφθείρετο, ἢ δυνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν μήτρας τε Θεὸς πεπλασμένος εἶναι:
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠελίοντε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος ὄιδματα πόντου,
Οὐρεσιν ὑληέντα, καὶ ἀένναα κύματα πηγῶν: *&c.*
Τίς γὰρ σάρξ δυνατὸν θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα.
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν, ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτίσις, αἰῶνος, αἰθέρι ναίων.

Unus Deus est, solus qui regnat in orbe,
Qui solus semperq́ fuit, semperq́ futurus:
Non genitus, per se constans, tenet omnia semper,
Et viget in cunctis mortalibus, atq́ vigorem
Sensibus insinuat, communis luminis auctor.
Præmia sed pravæ mentis digna accipietis.
Quandoquidem æternoq́ Deo veroq́ relicto,
Cui decus, & sacro debetur victima ritu,
Manibus Infernis feciſtis sacra superbi:
Insaniq́ viâ rectâ veraq́ relictâ,
Erratis per iter scopulis & sentibus horrens. Et iterùm:
Quòd si progenitum est, prorsum interit: exq́ virili,
Fœmineoq́ nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est unus solus, rerumq́ supremus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamq́ creavit,
Frugiferam terram, pontiq́ fluenta tumentis,
Sylvosos montes, fontesq́ perennè scatentes:

Et alia multa narrat quæ à DEO illo Summo creata sunt, & per quæ ejus majestas cognosci potest: tandem subjicit:

Nam quis hæc valeat mortalis noscere cuncta?
Ipse sed hæc solus novit, qui condidit unus,
Auctor inextinctus, æternus, in æthere degens.

Magna

Magna est istius Phœbadis sapientia, quam illi non inspiravit mendaciorum auctor Apollo, sed Spiritu divino acta protulit verba vera, quæ non intellexit. Deum illum summum profitetur, de quo ita loquitur:

Unus qui solus regnat Deus, atque supremus
Omnipotens, nunquam genitus: qui conspicit ipse
Omnia, mortali non aspectabilis ulli
Corporeis oculis.

Et lib. 3. de hoc summo DEO ita disserit:

Εις Θεὸς ἐστὶ μόναρχος, ἀθέσφατος, αἰθέρι ναίων. — Quis sit verus Deus.
Αὐτοφυὴς, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
Οὐ χεὶρ γ' ὠπὶ ἐποίησε λιθοξόος, οὐδ' ὑπὸ χρυσῷ
Τέχνης ἀνθρώπου φαίνει τύπος, οὐδ' ἐλέφαντι,
Ἀλλ' αὐτὸς ἀνέδειξεν ἑῶν ὠὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ:
Ὄντα τε, καὶ πρὶν ἐόντα, ἀτὰρ πάλι καὶ μελέσεσθαι.

Unus & immensus Deus est, regnator & unus.
Æthereus, sese consistens totus in uno.
Cuncta videns solus, non aspectabilis ipse:
Quem non humani saxo manus ulla, vel auro,
Aut ebore artificis fecit, retulit vé figuram.
Ipse sed ipsum se sæclo monstravit ab omni,
Quique est, quique fuit, qui porrò deinde futurus.

Subjungit iterùm grave judicium paratum idololatris, qui Deo summo neglecto simulacris hominum & animalium inserviunt:

Οὐ ζέβεσθ', οὐδὲ φοβεῖσθε Θεὸν, ματαίως δὲ πλανᾶσθε — In Idololatras.
Προσκυνέοντες ὄφεις τε, καὶ ἐλάφοισι θύοντες,
Εἰδώλοις τ' ἄλλοις, λιθίνοις θ' ὑδρύμασι φώτων.
Καὶ ναοῖς ἀθέοισι καθεζόμενοι περὶ θυσσῶν.

Non colitis neq; timetis Deum, sed stulte erratis
Anguibus & feli reverenter sacrificantes,
Et signis aliis hominum, saxisq; sacratis
Ante profanorum delubrorum ostia stantes.

Et vaticinatur alia Phœbas aliquando futurum (nempe in adventu CHRISTI,) ut homines à cultu profano idolorū abstineant, & huic vero Deo inserviant:

Τελέψουσι δ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλεῖστον ἅπαντα: & alibi:
Ἔργα θ' χειροποίητα θεῶν ζωοεικάζοντ'). — Idola aliquando peritura.

Multa de his leget Lector in sequentibus, ubi expressè de Sibyllis tractabimus, & exponemus earum prædictiones de venturo CHRISTO Servatore, qui falsum Deorum cultum abolebit, & homines ad summum Deum adducet. Nunc progrediemur in iis, quæ Apollo prædixit hominibus, tam oraculis, quàm sortibus, quas reddidit diversis in mundi regionibus.

Sortes reddidit *Patarææ* urbe Lyciæ condita à Pataro Apollinis filio, & Lyciæ Xanthi filiæ: In ea sex hybernis mensibus oracula reddebat: Hinc *Lyciæ sortes. Servius in* 4. *Æneid. & Strabo lib.* 14. — Sortes Patareæ sive Lyciæ.

Oraculum quoque antiquissimum fuit Apollinis *Didymæi* in urbe Mileto, quæ sita est in finibus Joniæ, & Cariæ, decem stadiis ab ostio Mæandri: ea priùs *Lelegëis* dicta est, & *Pityusa* & *Anactoria*, de hoc inferiùs in historia *Branchi*. — Apollo Didymæus.

Sed omnium celeberrimum habuit responsorū suorum locum apud *Delphos*: ubi toto orbe certissima poscebantur oracula. Inter quæ *Aristoteles* tale citat:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν.
Justitia est pulcherrima res: sanum optima corpus.

Ex

Ex specu Delphico responsum hoc datum est *Messeniis*:

Ταῖς τέχναις τὶς ἁλώστεται αἷσπερ ἐκτῆρξεν.

Artibus his capiére, alios queis ceperis ipse.

Pœna impiorum.

Et aliud à Dæmone Pythio pronunciatum est, quo Deum asserit atroces sumpturum pœnas de impiis:

Δι' ὧν τὶς ἁμαρτάνει, δι' αὐτῶν καὶ παθόντα.

Per quæ quis peccat, facta per illa luat.

Pœna talionis.

De pœna talionis alia extat ejusdem hæc sententia:

Οἷα τ' ἀνὴρ ῥέξῃ, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

Qualia quis patrat, talis manet exitus ipsum.

Athenienſium felicitas.

Athenienſibus quoque hoc oraculum promisit quietem & felicitatem post longas ærumnas & calamitates acceptas:

Εὔδαιμων πολιήθρον Ἀθηναίης ἀγελείης
Πολλὰ παθὸν, καὶ πολλὰ ἰδὸν, καὶ πολλὰ μογήσαν.
Ἀιεὶ ὸς ἐν νεφέλῃσι χρυσείαν ἢ μετὰ πάντα.

Belligeræ urbs nunquam non fortunata Minervæ,
Post mala, post & triſtia multa, gravesq; labores,
Tanquam aquila atheria perpes ſub nube volabis.

Et hanc prædictionem eventus veram fuisse demonstravit. Nam post pugnam illam ad Leuctra Bœotiæ urbem habitam, *Epaminondas* Thebanorum Dux usque adeò Lacedæmoniorum vires attrivit, ut amisso Græciæ Imperio postea nequiverint in integrum restitui. Idque prælium commissum est in eo campo, ubi *Hippo* & *Miletia*, vel *Theano* & *Evexippe Scedasi* Bœoti filiæ à Lacedæmoniis juvenibus per vim constupratæ, sibi mortem intulerunt, & eodem in loco sepultæ sunt, patérque *Scedasus* doloris impatientia, ad filiarum tumulos gladio se confecit. Lacedæmoniis igitur victis, & oppressis, Athenienses paulatim caput extulerunt, eorumque respublica ad pristinum florem reducta est: quæ multis post sæculis continuato Fortunæ favore celebris remansit.

Depoſitum reddendũ.

Glauco Lacedæmoni depositum jurejurando negaturo, Delphicum oraculum hoc versu respondit:

Ἀνδρὸς δ' ὀμόρκου χρεὼ μετόπισθεν ἀμείνων,

Qui benè jurarit, ſobales felicior hujus.

Fuit enim hic *Glaucus* Epicydis filius Spartanus: Is Milesium Hospitem cum magna pecuniæ summa sua domo exceperat, & eam pecuniam depositi nomine. Mortuo hospite, ejus filii à Glauco depositum à Patre commissum repetebant, quibus se responsum daturum post quatuor menses jurejurando interposito promisit. Venit interim Delphos, Cortinam Apollinis consulit, an lucrum facturus esset, si pecuniam depositam negaret? Cui Pythia respondit:

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον ἔστω
Ὅρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα λῃΐσεσθαι
Ὄμνυ', ἐπεὶ θάνατός γε καὶ ὅρκον μένει ἀνδρα.
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστιν ἀνώνυμος, οὐδ' ὀπὶ χεῖρες
Οὐδὲ πόδες. Κραιπνὸς δὲ μελέρχεται εἰς ὀλέκειν πάσων
Συμμάρψας ὀλέσῃ γρεὼν ἐξ οἴκου ἅπαντα.
Ἀνδρὸς δ' ὀμόρκου χρεὼ μεθόπισθεν ἀμείνων.

Glaucus hoc responso territus veniam deprecabatur: Sed Pythia rursum respondit, idem piaculum committi tentando Deum, & admittendo facinus. Do-

mum

mum igitur reversus pecuniam Milesiis juvenibus restituit: Sed paulò post ipse cum tota familia extinctus est. *Herodotus lib. 6.*

Cùm *Philippus Macedo* Amyntæ filius, & Alexandri Pater sciscitaretur, an vi aperta, vel pecunia largitioneque hostes deberet aggredi, ita illi responsum est:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις.
Argenti pugnatelis, atque omnia vinces.

Attalo regi Pergami interroganti de regnorum successoribus ex Delphico specu hæc renunciata sunt:

Αὐτὸς καὶ παῖδες, καὶ παίδων οὐκ ἔτι παῖδες. *Attalo responsum datum.*
Ipse & cognati: nulli sed deinde nepotes.

Nam *Attalus* hic pecunia ditissimus fuit, & inter reges Orientales locupletissimus, cùm mortuis liberis solus esset relictus, Populum Romanum, à quo regnum acceperat, hæredem fortunarum fecit: Cujus supellex, & vestes splendidissimæ, peristromataque auro, & purpura distincta Romam allata sunt.

Idem quoque versus pronunciatus est *Cypselo* Corinthiorum tyranno, qui Delphicum Dæmonem interrogabat de regni successore. At is cum omni posteritate extinctus est. *Cicero in Tusculanis quæstionibus lib. 5. & in lib. de Fato.* *Apollo ad Cypsellum.*

Neroni quoque prædictum est se ex posteritate Juli & Ænææ futurum postremum. *Apollo ad Neronem.*

Ἔσχατος Αἰνεάδων μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.
Ultimus Æneadum regnabit matre peremptâ.

Is cùm sub Imperii finem crudelissimè sese gereret in omnes cujuscunque ordinis & sexus, Præceptorem *Senecam* veneno sustulit, vel insciscâ venâ. Matrem *Agrippinam* sustulit: unde natum est dicterium.

Quis negat Æneæ natum de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Tandem ob flagitia, libidines, & immanem truculentiam publicè in eum conspiratum est: qui ne ad supplicium publicum ignominiosè traheretur, adjuvante Sporo concubino, pugione sub papillam adacto mortem sibi conscivit: sextus à *Julio* Cæsare Imperator: Julium secutus est *Octavius Augustus*, postea *Tiberius*, *Caligula*, *Claudius*, & ultimus *Nero* pestis Imperii.

Cùm Dæmon mendax sit à principio, nonnunquam tamen vera falsis admiscet, ut efficaciùs fallat. *Convertit* enim *se in Angelum lucis*, ut decipiat erroribus obnoxios. Quia rationi consentaneum est, ut scelerati pœnas admissorum aliquando luant: & ad reverentiam religionis erga Deos pertinet, ut piè & moderatè homines inter se conversentur, Deum venerentur, timeant, & adorent: certò statuentes, illum ultionem sumpturum de reprobis. Ideò legimus cùm *Pausanias* Lacedæmoniorum Dux Cleombroti filius, qui plurima pro Spartanis bella gessit, & confecit, Athenienses superavit & attrivit: quibus successibus immoderatè tumescens *Cleonicam* virginem Byzantiam forma singulari præditam patri eripuit, ac per vim constupratam crudeliter interfecit. Interfectorem nefarium puellæ umbra semper insecuta est, illumque noctu ac die sine intermissione infestando hunc versum subinde ejus auri inculcabat. *Cleonicæ umbra Pausaniam infestat.*

Στεῖχε δίκης ἄσον, μαλὰ τοὶ κακὸν ἀνδράζιν ὄφελς.
Pœna luenda tibi est: affert injuria damnum.

At cùm *Pausanias* Spartam rediviſſet, suis civibus odiosus factus est: & conspirationis initæ cum barbaris convictus, in templum Palladis Chalcedoniæ se proripuit, ut illic tanquam in Asylo delitescens supplicium evitaret, cumq; undiq; clausę essent templi portę, nec aditum ad se ulli permitteret, fame illic extinctus est. *Pausaniæ fame consumptus.*

Pisistratus Hippocratis filius genere clarus inter Athenienses, & eloquentia

tanta præditus, ut illa deliniti cives libertate sẽ sponte exuerent, eiq́ue sẽ subjicerent: ea auctoritate auctus tyrannidem usurpavit: à qua civitatem liberaverunt Tyrannicidæ *Harmodius* & *Aristogiton*. Pisistrato autem, antequam moreretur, species quædam viri magnitudine ingenti, & atro colore sæpiùs adstitit, & illi in aurem hoc insusurrasse visa est:

Umbra Genii Pisistrato adstat.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων πίζιν οὐκ ἀποτίσει:

Nemo injustorum non solvet crimine pœnas.

Delphicus Dæmon interrogantibus *Lacedæmoniis* quid faciendum, & quid maximè cavendum esset, ut eorum respublica felix esset, respondit *Leuctricum campum vitandum*: Sed aliquantò post bello exorto inter eos & Bœotos Thebanos, quibus Epaminondas, & Pelopidas præerant, commissâ pugnâ in campo prope Leuctra Bœotiæ oppidum, ubi Scedasi filiæ sepultæ erant, Lacedæmonii victi fusiq́ue sunt: Scedasus enim filiabus Theano & Euexippe constupratis à duobus Spartanis juvenibus, & immaniter jugulatis, Lacedæmonem venit, sæpiusque sed frustra à magistratu criminis ultionem, & vindictam cum efflagitasset, doloris impatiens ultores nefariæ cædis Deos imploravit patrios, & gladio per pectus adacto mortem sibi conscivit: evenitq́ue ut Spartani quasi cœsorum Manibus infestis victi, & oppressi sint, eo in loco ubi vim & necem puellis Bœotis intulerant.

Scedasi & filiarum mors excidio Lacedæmonibus.

Athenienses poscentes Dei sententiam de bello Peloponnesiaco, illis hoc responsum datum est è sacro tripode:

Responsum de bello Peloponnesiaco.

Ἥξει Δωρίακος πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Dorica bella urbes vastabunt, corpora pestis.

De hoc eodemq́ue bello *Lacedæmonii* quoque Delphos misere scisciatum quibus Apollo respondit, *Penes bellantes pro viribus victoriam fore, seq́; & vocatum, & invocatum auxilio futurum*: Bello exorto gravissima pestis Athenas invasit, quam Apollini acceptam referebant, ex oraculi fine καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ. Tum disceptatum est, an λοιμὸς pestis, vel λιμὸς fames à Deo intelligeretur: sed eventus Dei mentem declaravit, de peste illum fuisse locutum.

Ioues ab hoc oraculo poscebant remedium contra pestem, in tota vicinia grassantem: Respondit Apollo non desituram luem, nisi immolaretur Dianæ Triclariæ Menalippus, & Cometho puella, quam in Dianæ delubro violaverat: & nisi annuatim pro Menalippo juvenis forma insignis, pro Comethone sacrificaretur eidem Deæ virgo specie, & pulchritudine primaria.

Oraculum pro peste.

Messenii in bello contra Lacedæmonios consuluerunt Apollinem, quid agendum esset illis, ut superiores evaderent: respondit Deus, victoriam illis præparari, si virginem puram ex Epytidarum familia Deo sacrificarent. Tunc *Aristodemus* unus ex præcipuis Epytidarum patriæ commodo inserviens, filiam, quam habebat unicam, aris obtulit mactandam. Sed juvenis quidam amore puellæ captus, ut illi vitam servaret, in medium processit, asserens illam ex se gravidam: ideò hoc sacrificium Deo ingratum fore. Tunc Aristodemus irâ percitus, & in filiam excandescens illam gladio transfossam occidit, & uterum aperuit. Quam cùm invenisset virginem, pœnitentia actus, domum se recepit. Noctu verò dum lecto anxius obdormivisset, filiæ sauciæ, & cruentæ tristis imago sese obtulit. Hoc spectro gravi metu consternatus, ad sepulchrum defunctæ accurrit, & illic gladio incumbens cum gemitu, & lacrymis vitam finivit.

Aristodemus filiam interficit.

Aristodemi mors.

Apollo quoque Delphicus prædixit excidium *Gallorum*, qui Duce Brenno aliquot annis postea in Græciam penetrantes, longè latéq; omnia depopulati sunt. Irrumpentes postea in Bœotiam, ut Delphicum templum diriperent, quod sciebant donariis locupletissimũ, præpararunt se ad urbis obsidionem. Incolæ barbarorũ metu consternati confugerunt in montes, & saltus abstrusiores. Qui pro patria vitam

Gallorum excidium prædictum.

vitam exponere parati fuerunt, Deum consuluerunt, quid facto opus esset. Vox ex adytis exaudita est:

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις.
Mihi curæ erunt hæc, & candidis puellis.

Et id eventus statim comprobavit. Nam cùm Galli ad direptionem se accingerent, terra continuis quassata motibus, eâ parte maximè, qua barbari castrametati erant, usque adeò contremiscere cœpit, ut alibi dehisceret, & in profundas voragines subsideret, plurimos ex improviso absorbens: alibi in editos tumulos egereretur. Tonitrua desuper horrendùm percrepant, fulgura horribilibus coruscant ignibus: fulmine bona Gallorum pars de cœlo tacta, & flammis sævientibus, & circumfusis ustulata. Nocte sequente hyems sævissima ingruit: grandine ac nive castra operiuntur: Venti undique gelidi perstrepunt: Lapides ex dejectis ædificiis violentia turbinum in sublime evecti, rursumque deorsùm in subjacentes, & metu consternatos devolvuntur, & improvidos conterunt. Ex Parnasso, qui Delphis imminet, ingentes rupium moles abruptæ rapidissimo lapsu dejectæ innumeram multitudinẽ opprimunt, & ferè ad internecionem interimunt. Nunquam in Bœotia violentior visa erat tempestas, turbinesque, & inusitati ventorum flatus: ut viderentur omnia mundi conquassata ruinam minitari. Hac horrenda specie ultionis sacrilegum exercitum contrivit Apollo, & à direptione sui templi arcuit. Quamvis tamen non semper idem præstiterit: Nam ut alibi notavimus, quinquies destructum est, & sæpiùs impunè direptum. Semel ab Euboïco quodam latrone, qui à Phlegya ortum ducebat. Iterùm à Pyrrho Achillis filio. Ab exercitu Xerxis, à Gallis, à Phocensium ducibus, teste *Pausaniâ in Phocicis*: tandem à Nerone. Postremò Constantino Magno Imperante, Christiani templum funditùs devastarunt, valvis januarum aheneïs, & fusili opere egregiè exornatis sublatis, & Constantinopolim transportatis. Tripodas aureos, & argenteos abstulerunt, aras everterunt, & quicquid precioſum in eo reservatum erat, & comportatum, Deóque sacratum à Neronis tempore, id totum transtulerunt Byzantium. Cúmque postea utcunque restauratum esset, *Juliano* Imperante (qui postremus fuit Oraculi Delphici sciscitator, ut de belli Parthici eventu edoceretur,) fulmine cœlitùs ictum conflagravit, & absumptum est: hiatúsque ille, ubi Dæmon latere solitus erat, ruinis, & terrâ subsidente repletus est, & planè obstructus; neque postea ullum Dei responsum auditum est. De hoc oraculo lege plura apud *Pausaniam in Phocicis*.

Horrenda tempestas Gallos opprimit.

Delphicum templum funditùs eversum fulmine.

Cùm Augustus Cæsar aliquando interrogasset Pythiam, quis successor illum sequeretur in Imperio Orbis: hoc illi responsum est.

Παῖς Ἑβρηῖος κέλεται με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων:
Τόνδε δόμον στρωτὸν εἶν ἠὲ Ἄϊδλα καῦθις ἰκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι ζιγῶν ἐκ βωμῶν ἠμετεράων.
Me puer Hebræus jubet hinc, rex ille Deorum,
Tartareas remeare domos, hac æde relictâ.
Post ergo ora tenens, altaria nostra relinquas.

Oraculum de Christo datum Augusto.

Hoc oraculo prædicit tempus advenisse, quo CHRISTUS Rex regum nasceretur: in cujus adventu oracula cessarent: neque in posterum posset Dæmon Pythius responsa dare mortalibus, sicut fecerat anteactis sæculis. Quod & alibi testatus est Apollo hoc versu, quem *Herodotus* citat:

Κινήσω κ' Δῆλον, ἀκίνητον πάρ' ἐοῦσαν.
Et Delum, quamvis sit adhuc immota, movebo.

Delphis hoc responsum datum est *Rhodiis*, quarundam rerum difficilium & inextricabilium remedia poscentibus:

Ἄτλιν ἱλάσκεσθε μέγαν θεὸν, ἁγνὸν Ἀδώνιν, ὄλβιον.

Oraculum Rhodiis datum.

Magnum Attin placate Deum, cum numine sancto,
Numine, Adoni, tuo sancto simul atque beato.

Amphictyones consulentes Apollinem de Alexandro Magno in Asiam trajecturo, hoc acceperunt responsum:

Ζῆνα θεῶν ὕπατον, καὶ Ἀθλώνην τριτογένειαν
Τιμᾶτε βροτέντ' ἐν ζωμαὶ κρύπτον ἄνακτα.
Ὃν γονέες τιν ἀρίστοις Ζεὺς μὴ ἔσπειρεν ἁγωγὴν
Εὐνομίης θνητοῖσι Ἀλέξανδρον βασιλῆα.

De Alexandro Magno.

Supremumq; Jovem Divûm, simulatq; Minervam,
Corpore mortali velatum extollite Regem.
Quem pater ille Deûm præstantum stirpe parentum
Sevit Alexandrum, custodem juris in orbe.

Coraci Naxio interroganti, an anima esset immortalis, ex antro Delphico responsum est:

Οὐχ ὅσιον ἐστὶ ψυχῆς καταγνῶναι θανατόν.

De immortalitate animæ oraculum.

Non homini sanctum est animæ cognoscere mortem.

Quasi dicat impium esse, & ab omni religione alienum dubitare de immortalitate animæ: quæ si moreretur cum corpore, omnis vitæ sanctitas & integritas, omnis Deorum cultus, & religio frustra exigeretur à summo Numine: cùm nulla vitæ æternæ spes & expectatio promitteretur animâ extinctâ.

Cræsus contra Cyrum Persarum regem bellum moturus, misit primùm ad Hammonis Libyci oraculum, ut de ejus belli eventu scisciteretur: postea ad Dodonæum Jovem in Chaonia, ut idem cognosceret. Demum ad Apollinem Delphicum, cum reliqui ambigua responsa dedissent. At ut exploraret, an & Dæmon, qui Delphis erat, certius aliquid posset pronunciare, agnum consciſſum in partes, & testudinem simul aheno coxit, quod operculo diligenter texit, ingressusque templum, quæsivit à Deo quid aheno clausum esset? vox è cortina audita est talis:

Orac. Delphicum ad Cræsum.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμης τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης:
Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ φωνοῦντος ἀκούω.
Ὀδμὴ μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρινώιου χελώνης
Ὀφθαλμοῖς ἐν χαλκῷ, ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν
Ἣν χαλκὸς μὲν ἐπέστρωται, χαλκὸν δ' ὑπένερθεν.

Non solùm *quod aheno elixum tegebatur* respondit, *cùm sit Deo facilè videre præsentia, quantumvis tecta & velis involuta, sed arenæ maris numerum, mensuram maris setinere asserit: intelligere surdum, & mutum exaudire*: Cræsus oraculo fidem adhibens, multa munera Delphos misit, & in posterum responsa Delphica certissima credidit. *Herodot. lib.* 1.

Xerxis ad Spartiatas responsum.

Lacodæmonii Apollinis oraculo moniti, ut vindictam sui Regis Leonidæ ad Thermopylas cœsi poscerent à Persarum Rege. Delecti sunt igitur ex Spartiatis viri clarissimi, cum caduceatore, qui ad Xerxem irent, eo tempore morantem in Thessalia: Hi cùm supplicationem suam exposuissent, poposcissentque ultionem mortis Leonidæ, Rex barbarus ingenti cachinno eorum verba excepit: manuque extentâ ostendens Mardonium Persicæ militiæ Magistrum, qui illic delectum militum habebat, Hic, inquit, cum triginta myriadibus Persarum pœnas dabit, quales decebit, de interfectoribus vestri Regis. Lacedæmonii hoc responsum acceperunt tanquam oraculum Apollinis prædicentis futura per os Xerxis: Nam Mardonius paulò post cum toto suo exercitu periit, saxo obrutus ab Arimnesto Spartiata: ut scribit *Plutarchus in Aristide*.

Albu-

Albanus Lacus intumescentibus aquis usque adeò exundaverat, ut longè latéque agri in circuitu hoc diluvio perderentur. Quapropter missis Delphos à Senatu Romano Legatis, Apollo per sortes respondit, solemnes Latinarum ferias Romæ neglectas fuisse, & ideò Lacum præter modum exuberasse: quare necesse esset à mari sursum aquas ad suum alveum, quoad fieri posset, reducere. Quòd si id præstare non possent, rivis fossisque undique ductis dimotas aquas per agros extinguerent. His Dei verbis Senatui nunciatis, sacerdotes sacrificia instituunt, & populus ad aquam divertendam se accingit. Paulóque post Camillus Dictator factus pro Imperio vota suscipiens, ludos magnos se facturum promisit, & ædem dedicaturum Matutæ Matri, si exitus felix belli Vejentis à Diis præstaretur: Statimque postea cessavit diluvium, & Vejentes expugnati. *Plutarchus in Themistocle.*

Oraculum de Albano Lacu exundante.

Proclides Tyrannus Epidaurius Timarchum Athenienſem cum magna vi pecuniæ ad se venientem occiderat, ejusque cadaver sporta impositum demerserat in mare, nullo facti conscio, præterquam Cleandro Ægineta: At cùm propter tyrannidem periclitaretur inter suos, seque ad exilium præpararet, Cleonymum fratrem Delphos amandavit, qui oraculum sciscitaretur, quid in exilii fuga illi accideret. Deus respondit se Proclidi exilium concedere, ubi hospitis sportam deponi jusserat, vel ubi cervi cornua abjiciunt. Nimirum his verbis annuit Apollo Proclidem submergendum, vel terra defodiendum. Nam cervi decidua cornua terra abscondunt. Proclides rebus suis subversis fugiens, ab amicis Timarchi in fuga captus est, & cœsus; ejusque corpus in pelagus projectum. *Plutarchus de Oraculis Pythiæ.*

Oraculum Proclidi datum.

Eundem Apollinem *Lajo* Thebanorum regi de prole consulenti respondisse testatur *Euripides in Phœnissis:*

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοχα Δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ὁ κτενεῖ σ' ὅφις.
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἱμάτων.

Ne serito, liberorum sulcum Diis invitis.
Si enim filium gignas, interficiet te ille.
Et omnis tua domus peribit sanguine.

Oraculum datum Lajo de filio Oedippo.

Quod evenit postea: nam Lajus ex Jocasta suscepit *Oedipodem*, qui expositus à Phorbante Polybii Corinthiorum regis pastore inventus est ex arbore pendens viminibus perforatis pedibus: puerque Corinthum deportatus à Rege educatus est: At cùm adolevisset, cognovissetq; se Polybii filiũ non esse, statuit tandiu peregrinari, donec patrem inveniret, quem oraculo consulto audivit se eum reperturũ in Phocide, eò statim se contulit: invenitq; ortâ seditione inter Phocenses Lajum conantem tumultus plebis reprimere, quem incognitum interemit: Tandem hoc oraculo se delusum putans Thebas profectus est, & in itinere in *Sphyngem* incidit, quam cum ænigmate proposito, solutoque interfecisset, Thebas ingressus est: & Jocastam Laji uxorem matrem suam incognitam uxorem duxit: Parricidium & incestum postea commissum agnoscens, in pœnas tantorum criminum oculos sibi effodit, ne lumen solis ampliùs intueretur, & reliquum vitæ cæcus, inops, erro, & mœrore confectus transegit, ductus à filia Antigona, quam ex matre susceperat, filiosque duos Eteoclem & Polynicem: & hi fratres pro regno bellum illud Thebanum, (quo uterque periit, cum tot Græciæ Heroïbus) moverunt. Antigona verò cum Argia Polynicis uxore à Creonte Jocastæ fratre occisa est.

Oraculum Delphis redditum erat *Epaminondæ* Thebanorum Duci, ut *Pelagus* caveret: Ideò diligentem postea dedit operam, ne navi vel triremi veheretur. Deus autem non de mari, sed de saltu ad Mantineam Arcadiæ urbem, cui *Pelago* nomen erat, dixit. In quo cùm antea strenuè pugnasset contra Lacedæmonios,

Oraculum ad Epaminondam.

postremò sparo percussus, semianimis in castra reportatus est: Is à circumstantibus quæsivit, salvus ne esset ejus clipeus? Salvum responderunt flentes, allatúmque deosculatus tanquam fidum laborum anteactorum socium: iterùm rogavit fusi ne essent hostes? cúmque id quod cupiebat audivisset, tunc evelli spiculum jussit, multóque sanguine profuso ob partam victoriam lætitiâ exsiliens expiravit.

Æschylus ex ictu desuper periit.

Eodem oracuło responsum accepit *Æschylus* Athenienses, ex ictu desuper illi esse pereundum: Cùm igitur in Siciliam migrasset exul, vitabat domorum habitationem, ne fortè aliquâ ruinâ oppressus obrueretur, sed sub dio, & aperto cœlo ruri se continebat: Cúmque calvus esset, & intecto capite in aprico sederet, Morphnos aquila desuper volans testudinem unguibus gestabat, quam in calvitiem Æschyli demisit præcipitem (saxum enim propter albedinem ejus caput existimabat,) ut testa elideretur, & carnes testudinis in escam sumeret: Hoc ictu contusus Poëta miserè periit. *Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. Aul. Gellius libro 17. cap. 21. Plinius lib. 10. cap. 3.*

Daphnitas Poëta maledicus, crucis est affixus.

Daphnitas Telmessensis Grammaticus & Sophista, Apollinem Pythium interrogavit, an *equum* nanciscì posset, quo commodè veheretur. Posse respondit Deus, sed ex quo præceps deturbatus periret. Factum est aliquamdiu post, cùm maledicentissimus esset homo, ut Reges & Principes amarulentis carminibus perstringeret, ac inter cæteros Attalum Phrygiæ regem, qui illum præcipitari jussit ex quodam scopulo, cui *Equi* nomen erat, quo casu in partes discerptus miserum vitæ finem sortitus est. *Cicero de fato: Valer. Maximus lib. 1. de miraculis. Strabo* tamen *libro 14. Geographiæ* scribit illum in crucem actum in *Thorace* monte juxta urbem Magnesiam: fuisseque oraculo monitum, ut *Thoracem* caveret. *Victorius libro 2. variarum lectionum, cap. 18.*

Corvi Minervæ signũ lacerant Delphis.

Athenienses pedestri acie Victores de Persis ad Eurymedontem Pamphiliæ fluvium, & navali pugnâ ad ostium ejusdem fluminis, palmam aheneam Apollini Delphico dedicaverunt, & Minervæ signum aureis laminis tectum. At postea comparatâ classe ad bellum Siculum se præparabant, cùm magnus corvorum numerus Delphos convolavit, qui in Minervæ signum considentes, laminas aureas rostris, & unguibus avulserunt, hastam, noctuam, & cariotas è palma dependentes, & ex auro factas abruperunt: quæ omnia fuerunt signa infelicis expeditionis susceptæ: ut eventus probavit. *Pausanias in Phocicis.* Et *Plutarchus in Nicia, ex Clitodemo.*

Cobonis Delphici & Perialla fraus.

Spartani Delphos miserunt sciscitatum oraculum, an Demarathus eorum Dux filius esset Aristonis, necne? nam de eo apud Lacedæmonios ambigebatur. Cleomenes Legationis Præfectus Cobonem Aristophanti filium apud Delphos summa potentia valentem subornavit, ut persuaderet Periallæ mulierum vatum antistitæ, ut diceret ea, quæ Cleomenes vellet. Cúmque interrogata Pythia negasset Demarathum esse filium Aristonis: Deus iratus ob perfidiam Antistitæ, effecit, ut fraus cognosceretur: Quapropter Cobon Delphis profugit, & Perialla honore sacerdotali consensu omnium privata est. *Herodot. lib. 6.*

Gnidii de Isthmo fodiendo.

Delphos miserunt *Gnidii*, qui Isthmum quinque stadiorum perfodere cogitabant, ut suam provinciam in formam Insulæ redigerent, ne ab Harpago Cyri Persarum Regis Duce subjugarentur: Interrogantibus quid essent acturi, respondit Deus:

Ἰσθμὸν μὴ πυργοῦτε, μήτ' ὀρύσσετε
Ζεὺς γὰρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἰκ' ἐβούλετο.

Hoc responso moniti destiterunt ab incepto: ac ne quid graviùs pati cogerentur, Harpago volentes ultrò se dediderunt.

Siphnii insulares, (maximè qui Siphnum unam Cycladum incolebant, alio nomine Byblin, vel Zephyriam, vel Myrmallidam, vel Acyton dictam, sitam in mari

mari Ægæo, fodinis auri argentíque fertiliſſimam) cum ingentem pecuniæ ſummam congeſſiſſent, & ejus decimas quotannis Delphos mittere erant ſoliti, theſaurúmque locupletiſſimum jam illic accumulaverant: Aliquando Apollinem interrogaverunt, an diu tanta felicitate fruerentur: His reſponſum datum eſt: *Siphnii de auri fodinis.*

Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήια λάϊνα γήπτει
Λάϊνοφρύς τ' ἀγορὴ, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς
Φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον, κήρυκά τ' ἐρυθρόν.

Habebant eo tempore Siphnii forum atque Prytanæum ex candido marmore Pario ſumptuosè ſtructum: Cúmque ad Siphnum appuliſſent Samii, navem ad urbem miſerunt cum Legato, qui decem talenta mutuò poſceret: quæ cùm iis denegaſſent Siphnii, eorum agros Samii depopulati ſunt, & urbe egreſſos internecione ceciderunt, alios captivos abduxerunt, quos oppidani redimere coacti ſunt centum talentis. Tunc ſerò intellexerunt oraculi veritatem, quod ligneum agmen, & rubrum Legatum annuebat claſſem Samiorum. Nam Legati navis rubricâ erat colorata. *Herodot. lib.* 3.

Delphicum Deum conſulenti *Philomelo* Phocenſi Duci, (qui Olympiade 106. Locrenſes vicit ad Petras Phædriades, & Delphicum templum occupavit,) tale oſtentum apparuit. Aquila ſupervolans columbas ſacras proſecuta eſt, ex quibus aliquot ad Dei altare profugientes abripuit. Divinandi periti id interpretati ſunt fauſtum fore Phocenſibus. Bellum protractum eſt variâ fortunâ per annos novem, ſed tamen cum Phocenſium excidio. *Diod. Sicul. lib.* 16. *Oſtentum Philomelo datum.*

Lacedæmonii, qui de occupanda Arcadia conſilium inierant, Delphicum Dæmonem conſuluerunt, quis belli illius futurus eſſet exitus. Iis ita reſponſum eſt: *Lacedæmonii à Tegeatibus victi.*

Ἀρκαδίῃ μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς: ἔ τοι δώσω.
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. Ἐγὼ δέ τοι ἔπι μεγάρῳ:
Δώσω τοι Τεγέην προσίκρουσιν ἐρχήσασθαι;
Καὶ καλὸν πεδίον δοιῇσι δ' ἀμετρήσασθαι.

Lacedæmonii igitur à reliquis Arcadibus abſtinentes, bellum ſolis Tegeatibus intulerunt, eos in captivitatem ducturi; qui prælio cum eis congreſſi fuſi fugatíque ſunt: & qui ex Laconibus capti ſunt, iiſdem catenis & funibus, quos attulerunt vincti & abducti Tegeatum agrum fune dimenſum colere coacti ſunt. *Herodotus lib.* 1.

Idem Oraculum *Cleomeni* Spartanorum Regi promiſerat Lacedæmonios Argo potituros. Cleomenes exiſtimans de Argivorum urbe Apollinem intelligere, inſtructâ acie cum Argivis congreſſus eſt, in luco quodam cui Argos nomen erat, & Argo ſacratus olim fuerat: cúmque res malè ſuccedere ſentiret, animadvertit ſe ambiguitate reſponſi fuiſſe deluſum. *Herodot. lib.* 6. *Cleomenes de Argo.*

Phocenſes, (quos graviſſimis bellis ferè jam obruerant Theſſali) Apollinem Pythium interrogarunt, quid illis in tanto diſcrimine faciendum eſſet, quibus reſponſum eſt:

Mortalem atq; Deum jubeo decernere ferro.
Victor uterque: aliud ſed enim mortalis habeto.

Phocenſes oraculi ſenſum non intelligentes, Gelonẽ cum trecentis ſpeculatoribus miſerunt, qui omnes trucidati ſunt. Illi metu conſternati, conjuges & liberos cum omnibus fortunis in unum congeſtis, ad rogum ingentem media urbe conſtructum compulerunt: Virosque triginta robuſtiſſimos adſtare juſſerunt, ut ſi reliqui oppidani prælio ſuccumberent, fœminas & pueros jugularent, & omnes opes igne abſumerent: ipſiq; tandem ſe hoſtibus fortiſſimè pugnando opponerent, honeſtaq; morte ſuccũberent. Reliqui Tellitę Eleiyatis cõſilio in Theſſalos agmine *Phocenſium & Theſſalorum congreſſus.*

citato

citato ruerunt, & victoriâ insigni de hostibus potiti sunt. Nam utrinque congressuris tessera militibus data est à Ducibus, à Thessalis quidem *Ithonia Minerva*, à Phocensibus *Phocus* gentis conditor. *Pausanias lib.* 10.

Pyrrhus Epirotarum Rex de bello Romanis inferendo consuluit Apollinem, cui responsum est:

Ajo te, Æacida, Romanos vincere posse.

Hæc verba pro se interpretatus Pyrrhus, in Romanos arma movit, auxilio usus Tarentinorum. Cumque prælium initum esset, equitatus Romanorum Elephantorum, quos Pyrrhus in acie ducebat, novitate perterritus, equis frendentibus retrò cedere coactus est: ipseque Levinus consul apud Heracleam non mediocriter perculsus est: Tandem à Romanis victus cedere cum ignominia compulsus est. Is aliquandiu post, cum Thebas cepisset, ictu tegulæ percussus periit. Erat enim homo elatissimo animo, ut qui maternum genus ab Achille, paternum ab Hercule duceret. Sed cùm in suorum odium incurrisset, propter paternam crudelitatem, & infans ad necem quæreretur, clam à matre subductus in Illyricum transportatus est, traditusque Heroæ Glauci regis uxori nutriendus. Cúmque jam natus esset annos undecim, à suis revocatus est, propter excellentes corporis animique dotes, quibus cæteros omnes superare dicebatur. Tantáque virtute crevit, & audaciâ, (ut scribit *Cæcilius*) imperium orbis totius, ut animo agitaret suo. Primumq; Romanorum potentiam non ferens, illis, oraculi Delphici ambiguitate deceptus, se ausus est opponere. Sed versum superiorem, quem à Pythia recitatum fama refert, *Cicero lib.* 2. *de Divinatione* fictum esse putat. (Ex *Ennio* enim desumptus est.) Quia Apollo Græcè, non Latinè Delphis loqui erat solitus: ac Pyrrhi tempestate, oracula non ampliùs metris, sed oratione solutâ reddebantur. *Plinius de viris illustribus cap.* 35. Lege Pyrrhi vitam locupletissimè *à Plutarcho* descriptam.

Pyrrhus contra Romanos.

Cyrus Persarum Rex ad Oraculum Delphicum Legatos misit, qui à Deo postularent, an ejus regnum diuturnum foret, nec ne: His respondit Pythia:

Oraculum Cyro redditum.

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος Βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
Καὶ τότε λυδὲ ποδαβρὲ πολυτρηχείδα παρ' ἔρμιν
Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Per mulum qui apud Medos imperaret, Deus intellexit Cyrum: utpote qui ex duabus gentibus ortum duceret, Patreque Cambyse Persâ, & Matre Mandane Astyagis regis filia Medi natus esset: Isque victo Astyage socero Medorum imperium Persico adjunxit, subactáque brevi tempore Asiâ, totum orientem in suam potestatem redegit. Lege *Xenophontis Cyropædiam:* ubi tota ejus vita describitur.

Delphis fuit statua *Lysandri* Spartiatum ducis coronata: in cujus capite corona subitò apparuit ex herbis asperis facta, quę statuæ faciem obumbrabat, & obtegebat. Erant & eodem in templo Delphis aureæ stellæ à Lacedæmoniis Apollini dicatæ, post victoriam adeptam ad Ægos potamum, qui est Chersonesi Thraciæ fluvius, ad cujus ostia classis Athenienśium à Lysandro superata est; & captæ. Stellæ illæ tholo templi avulsæ & lapsæ, nunquam postea potuerunt inveniri: signum Lacedæmoniis infortunatum & infaustum, prædixit illos brevi Græciæ imperium amissuros. *Cicero lib.* 1. *de Divinatione*, & *Plutarchus libro* cur Pythia versu respondere desierit.

Statua Lysandri coronata herbis asperis.

Thasii, qui Maris Ægæi Insulam incolebant Thraciæ adjacentem, contra Nessi fluminis ostia, feracem vini præstantissimi & olei, cùm sterilitate telluris diu laborassent, Delphos miserunt qui poscerent tantæ calamitatis remedium: Pythia è cortina respondit, revocandos esse exules in patriam, si agrorum ubertatem recuperare cuperent. Quod cùm fecissent, & sterilitas perseveraret, rursùm Apollinem consuluerunt qua in re peccassent: quibus dictum est. *Theagenis* vestri nullam ha-

Statua Theagenis oraculo restituta.

habuistis rationem. Thasii mentem DEI intelligentes, statuam Theagenis Thasii in mare abjectam, per piscatores inquisitam restituerunt suo loco, & fœcunditas Insulæ reddita est. Statua hæc posita erat cuidam *Theageni* Thasio Athletæ robustissimo, qui, secundùm *Pausaniam*, centum & quadraginta coronas è certaminibus retulerat. Eam calumniator quidam, & obtrectator invidus flagris per contumeliam percussit, exprobrans immeritis honores exhiberi publicos: statua verò crebris ictibus percussa nutans dejecta verberantem obtrivit. Filii obtrectatoris occisi statuam de cæde postulant. Res ad judices defertur: ii ex Draconis Legislatoris statuto, a clege censent in mare demergendam: & statim maxima illa sterilitas totam Thasum invasit.

Pythia *Philippo Macedoni* interroganti de fine suæ vitæ dixit:

Philippo Arymnthæ oraculũ redditum.

Taurus adest, & finis adest, feriétq; minister. Vel

Ἕστεφται μὲν ταῦρος, ἔχει τέλος, ἐστὶν ὁ θύζων.

Serta gerit taurus, finem capit, adstat Aruspex.

Hoc responsum in suam rem Philippus assumpsit, quod oraculum videretur innuere Persam, in quem bellũ parabat, instar victimæ mactatum iri. Lætus igitur cõvivia celebrare, & sacrificia facere Diis auxiliaribus instituit, qui Asiam Macedoniæ servituram promittebant. Cúmque Cleopatram filiam ex Olympiade susceptam, Alexandro Epirotarum regi & Olympiadis fratri desponderet, & ad convivium nuptiale multi proceres convenissent: Philippus in mediis sacris albâ veste amictus à Pausania uno ex stipatoribus adacto gladio cæsus est ad Thermodoonta fluvium, prope Cheronæam: ubi paulò antè contra Græcos insigni victoriâ potitus erat: Causa necis hæc fuit. Indignè ferebat Pausanias, quòd de illato sibi stupro ab Attalo Olympiadis nepote questus apud Philippum regem, ab eo derisus esset. *Diodorus Siculus libro* 16. & *Pausanias in Arcadicis.* Sed & alio responso Philippus per Pythiam monitus erat, ut currus caveret: innuentem, illi mortem instare à Pausania, in cujus gladii capulo sculptæ erant quadrigæ, quo gladio percussus rex periit *Valer. Maxim. lib.* 1. *cap.* 8. & *Cicero de Fato. Plutarchus in Alexandro. Ælianus de varia Historia lib.* 3. narrat Philippum trucidatum ad Thebaïcam Paludem in Bœotia, cui nomen erat *Harmà*, hoc est currus.

Philippus à Pausania cæsus.

Cùm in domo Tarquinii Superbi Romæ ex lignea columna anguis delapsus ingentem fugam hominum in regia fecisset: sive, ut *Dionysius Halicarn.* ait, cùm aquilæ pullos, quæ in palma prope regiam nidificaverat, subitò incursu vultures depasti essent adhuc implumes, Rex prodigii eventum scisciturus, filios duos misit ad Delphicum templum, quibus comes additus est *Junius Brutus*, ludibrii magis, quàm honoris causâ, quòd amentiam, & stuporem mentis datâ operâ simulabat. Erat enim Tarquiniæ Prisco Tarquinio genitæ, & Junii (qui ex Æneæ comitibus ortum ducebat) filius. Cujus pater cum majore fratre interfectus fuerat à Superbo. Hic *Brutus* adhuc puer à tyranno relictus est, qui domestica clade territus stultitiam simulabat, ut tutior esset in aula regia, ideò cognomen Bruti adeptus est. At postquam regii juvenes Delphos venissent, & munera obtulissent Apollini, *Brutus* quoque aurum quod corneo baculo inclusum attulerat Deo dedit. Mandata igitur patris sedulò exsecuti sunt, duo regii filii *Titus* & *Aruns* Pythiam interrogarunt; quis natorum post Tarquinium Patrem Romæ regnaturus esset? Vox ex intimo specu reddita est, qui primus matri osculum daret, eum Romano Imperio potiturum. Aruns & Titus audito Dæmonis responso, simul in eo convenerunt, ut Dei verba inter se celarent, neque communicarent adultiori fratri *Sexto*, qui Romæ remanserat, ut regiâ auctoritate privaretur. Atque ex illis duobus, cui primùm mater occurreret, illi osculum daret. Sed *Brutus* oraculum DEI longè aliter interpretatus est: & non secùs ac si pede humi impegisset, in faciem pronus decidens, osculum terræ dedit, deridentibus illum profuso cachinno co-

Brutus cum Arunte & Tito Tarquiniis Delphos missus.

gnatis: Rectè enim sensit terram omnium esse matrem. *Sabellicus lib. 6. Enneadis secundæ.* Et *Valerius Maximus libro 7. cap. 3.* Eventus ejus sententiam probavit. Nam exactis Româ regibus, propter illatum Lucretiæ stuprum à Sexto Tarquinio, Brutus civitate in libertatem vindicatâ, primus Romæ cum L. Tarquinio Collatino Lucretię marito Consul factus est. *Livius lib. 1. & 2.* ab urbe condita.

Appio responsum datum.

Tempore belli civilis inter C. Julium Cæsarem, & Cn. Pompejum *Appius Claudius* Achaiæ Præfectus, sacrorum Antistitem in intimum specus Delphici descendere coëgit. Mulier furore correpta, *Nihil*, inquit, *ad te pertinet hoc bellum, ô Romane, Tu Eubœæ cellam obtinebis.* Appius hoc responso metu correptus Eubœam vitare studuit, & secessit in eam Atticæ partem, quæ Rhamnunti & Caristo vicina est, Chalcidico freto contermina, ubi morbo consumptus est, & sepultus: idq; contigit paulò ante Pharsalicam pugnam ad Philippos: *Valerius Maximus lib. 1. cap. 8.*

Nero deceptus oraculo.

Delphicum Oraculum *Neroni* aliquando injunxerat, ut *septuagesimum tertium* annum caveret, quò ille periclitaretur, & in discrimen vitæ veniret. Ille existimans se usq; ad eam ætatem superstitem fore, & imperaturum sine metu, luxui, libidinibusq; variis se dedidit, beluinâ feritate, raptis, & cædibus vacans. Neque animadvertit illam ætatem *ad Galbam* referri debere, qui Nerone interfecto Imperium occupavit, cùm annum *septuagesimum tertium* jam esset ingressus.

Pythia *Græcis* hoc Dei responsum retulit:

O utinam fierem Jovis ales in æthere, juxtà
Thermodoontis aquas, procul, ut bella horrida ab altò
Despicerem: victus flet, & is, qui vicit, obivit.

Verbà hæc Phœbadis de morte Philippi Macedonis pronunciavit, qui, ut superiùs ostendimus, ad Thermodoontem à Pausania cæsus est.

Hæc sunt ferè quæ de Apolline Pythio apud diversos auctores reperi. Cujus oraculum, cum homines consulere essent soliti toto anno, certissima tamen responsa reddere credebatur mense Bysio; quo natus dicebatur in Delo: ejusque mensis die septimo, major hominum numerus Delphos confluebat, ut Deum de futuris consulerent: *Plutarcho teste, in quæstione Græcan.*

Ciceronis opinio de Apolline.

Sed paulò ante CHRISTI adventum tacere cœperunt impostorum Dæmonum fallacia responsa: Quamvis eorum fraudes multi magni viri non ignorarent: sed metu superstitiosorum Principum, & populorum, qui ab his fascinati ad insaniam usq; furebant, non ausi sunt suas opiniones publicare. *Cicero lib. 2. de Divinatione*, inquit: *Sed jam ad te venio, ô sancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obsides, unde superstitiosa primùm evasit vox vera. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partem falsis, ut ego opinor, partim casu veris, flexilòquis, & obscuris; ut interpres indigeat interprete, & sors ipsa referenda sit ad sortes.*

Quo tempore desierunt oracula.

Imò ipsi Dæmones senserunt hanc vim fatidicam, quam Deus altissimus illis tot anteactis sæculis indulserat, propter idolomaniam hominum adventu CHRISTI Servatoris sublatam fuisse, vel admodum imminutam. Nam ferè ubiq; oracula cessarunt, vel enthusiasmo debili, & frigido correpti Prophetæ, Sacerdotes, & Phœbades carmine verba Dæmonum exprimere cessarunt, postea rarò responsa dare: quandóq; item fateri se ignorare quæ interrogarentur. *Cælius Calcagninus in* tractatu *de Oraculis*, adducit hunc versum Apollinis sæpiùs repetitum:

Quid frustrà petitis? non nostrum est scire futura.

Enomai de Apolline judicium.

Enomaus Græcus Philosophus horum vanitatem deridens, ait: *Miser igitur tu, qui Delphis habitans, inde ad universum orbem inania fundis responsa: nec meipsum insanum fuisse inficior, qui & bis ambiguitate, ne ignorantiâ tuâ dicam, fuerim deceptus.*

Eusta-

Euſebius lib. 6. cap. 4. ex Porphyrio adducit aliquot verſus, quibus Delphicus Dæmon apertè fatebatur ſe non poſſe futura prædicere: quòd impediretur motu, & poſitione ſiderum, ut diſcernere verum à falsò nequiret. Ubi concludit *Porphyrius*, Dæmonas prædicere multa de bellis, morbis, terræ motibus, & inundationibus, ex obſervatione motuum corporum cœleſtium, & ratione Mathematica, quam exactiſſimè callere certum eſt. Et idem *Euſebius lib. 4. de præparatione Euangelica, cap. 2.* aſſerit Peripateticos, Cynicos, & Epicureos contemnere omnia oracula, tanquam falſa, & ſtolidæ vanitatis plena: *& cap. 1.* dicit antiqua omnia reſponſa Dæmonum mendacia inveniri: Quòd ſi quæ vera reperirentur, caſu magis, quàm judicio certo in exitum perducta fuiſſe. *Euſebius de oraculis ex Porphyrio.*

Nato CHRISTO *Auguſtus Cæſar* edicto cavit, ne in poſterum ipſe à quoquam DOMINUS vocaretur: teſte *Oroſio lib. 6. cap. 22.* Nempe divinabat verum mundi totius Dominum eſſe natum. Quod didiciſſe fertur ex verbis Sibyllæ Tiburtinæ, quæ illi oſtendit in cœlo virginem luce ſplendidam, ulnis tenentem filiolum, qui brevi mundo naſceretur, & DOMINUS omnium vocaretur. *Auguſtus Cæſar de Chriſto.*

Imperante *Adriano* immolationes ſuperſtitioſæ ex majori parte ſublatæ ſunt oraculáq; Apollinis Delphici, Hammonis, & aliorum fatidicorum Deorum tacuerunt. Quæ tempore *Ciceronis* ante CHRISTI adventum jã ſilere cœperant; ut ipſe teſtatur *lib. 2. de Divinatione.* Et *Porphyrii* illius Chriſtiani nominis impuriſſimi hoſtis tempeſtate penitùs abolita ſunt. *Nunc verò mirantur*, inquit, *ſi tam multos annos peſte civitas vexetur, cùm & Æſculapius & alii Dii longè abſint ab ea. Poſtea enim quàm* JESUS *colitur: nihil utilitatis à Diis conſequi poſſumus.* *Porphyrius de Chriſto.*

Pythius ille *Apollo*, qui in Daphne Antiochiæ fano reddebat oracula, reſpondit *Juliano Imperatori* conſilium Dei poſcenti pro expeditione, quam parabat in Perſas, ſe nihil dicere poſſe quæ ad interrogata pertinerent, propterea quòd illum impedirent mortui *Chriſtiani*, qui in ea urbe ſepulti erant; inter quos erat *Babylas* Antiochenus Præſul, & alii multi Martyres. Quapropter Imperator juſſit defunctorum reliquias aliò transferri: quibus translatis templum Apollinis fulmine cœlitùs tactum eſt, & incenſum: Statuáq; DEI lignea & auro tecta in cineres redacta eſt: *Theodoretus lib. 3. cap. 11. Sozomenus lib. 5. cap. 19. 20. & 21.* *Apollo Pythius Daphnius fulmine tactus.*

Ruffinus lib. 7. Eccleſ. Hiſtoriæ cap. 25. tradit Oraculum Apollinis, quod erat in Alpibus, niſi permittente *Gregorio* reſponſa dare non potuiſſe, ſed mutum prorsùs remanſiſſe. Quod plurimis occaſionem dedit, quis eſſet ille CHRISTUS, quem Gregorius colebat, & cujus potentiam formidabant reliqui omnes Dii gentium.

TROPHONIUS.

Nemo niſi noſtris agelaſtus prodit ab antris
Fatidici qui Vim pectoris intus habet.

TROPHONIUS vates fuit excellens ſuo ſæculo, Deorum cultor, & religionis, æqui juſtiq́ue ſervator. Is cum Agamede adytum Delphicæ ſpeluncæ, ex qua Apollo reddere ſolitus erat oracula, quinque lapidibus artificiosè compactis muniverat: Ut ſtructuræ forma mirabilis locum à Deo habitatum formidabiliorem redderet, & religionem augeret: cujus meriti gratia cùm ab Apolline præmiũ aliquod poſtulaſſent; quale homini bono expedire duceret, poſt diem tertium, uterque lectulo ſuo decumbentes mortui reperti ſunt. Auctor *Cicero* 1. *Tuſculanarum Quæſtionum.* Trophonius autem, dum in vita eſſet, habitabat in Lebadia Bœotiæ urbe, ubi Orchomenus & Cephiſus amnes ſunt: de qua ita ſcribit *Strabo: Lebadia quidem eſt, ubi Trophonii Jovis conſtructum eſt oraculum, hiatu ſubterraneo deſcenſum habens, in quem deſcendunt vaticinia ſuſcepturi.* De hoc ſpecu lege *Palæphatum lib.* 1. Quicunque autem in eam ſpeluncam ſe demittebat, ſtatim reddebatur *Agelaſtos.* Hanc primùm patefecit hominibus Præſes & Antiſtes oraculi Delphici. Nam cùm propter pluviarum defectum tanta eſſet in Bœotia ſoliariditas, ut nihil frugum, aut fructuum produceret, in ea annonæ penuria, conſulue-

Antrum Trophonii in Lebadia.

runt

runt Apollinem. Pythia tripodi sacro insidens à Delphico Dæmone inspirata respondit, opus esse Trophonii consilio, qui esset ad Lebadiam. Cúmque eò missi essent Legati, qui de loco adhuc incognito perquirerent, neque facilè esset eum invenire: obtulit sese *Saon* quidam ex Acrephnia urbe natus, ætate jam gravis, & divinandi peritus: Is Bœotos monuit, ut apum examen, quod opportunè sese offerebat, sequerentur: & ubi subsideret, illic esse locum, quem tam solicitè inquirerent. Erunt, inquit, hæ apes vobis duces itineris. Vatis consilium hilares examen divinitùs oblatum cum Saone sequuntur: paulatimque apes blando murmure susurrantes in adjacentis arboris ramos prociderunt. Tum Saon ostendit antrum subjacens, sed terrâ & crebris coopertum sentibus: quibus averruncatis, deturbatisque cespitibus hiatum aperuerunt subterraneum, illicque procidentes venerabundi, Genium loci religiosè salutarunt: ritusque ac leges, modúmque consulendi oraculum ab eo petiverunt: & didicerunt quomodo ædem sacram sibi strui vellet, ubi responsa supplicibus redderet. Hæc cùm ex præscripto accepissent, animo mœrente, & vultu tristi domum reversi sunt, neque postea ridere visi; sed totam vitam mœsta stupiditate exegerunt. Oracula reddebantur supra montem in nemore densis arboribus consito. Fundamenta specus structa erant ex lapidibus candidis, ambitúsque altitudinem duorum cubitorum æquabat; cui duo insistebant obeli ahenei, & quibus hi connectebantur vincula, per quæ fabricatæ patebant januæ. Versùs ambitum prominebat hiatus accurato factus artificio. Cujus ędificii forma furno erat similis, latitudine cubitorum quatuor, & longitudine ferè octo. Per totum eum, scalæ angustæ & teretes extensæ pertingebant in pavimentum inferius, quibus descendebatur. A pavimento alia caverna duorum dodrantum latitudine, altitudine dodrantali ducebat in imum adytum. Eò consulturos Deum cum magna difficultate descendere oportebat, vel nudos, vel alba veste, purpureáve amictos. Sed antequam ingrederentur speluncam illam tetram & horridam, Lemures subterraneos placentis placare necesse erat; ut tutò ingredi & regredi liceret. Antequam tamen adytum tentarent, aquâ calidâ per aliquot dies totum corpus lavabant, & sacrificia offerebant Trophonio liberisque, Saturno, Jovi regi, Apollini & Cereri, quam Trophonii nutricem fuisse ferunt. Aquam *Lethen* deinde potabant, cujus haustu præteritorum omnium obliviscebantur. Hoc modo præparatus is, qui in antrum erat descensurus, in vestibulo templi Genio bono, & Fortunæ sacra faciens, per aliquot dies moram faciebat, castè admodum, & cum omni moderatione animi in dictis factisque se gerens: quotidianis aquæ calidæ lavacris corpus immergens: & ea aqua hauriebatur ex canali Hercinnæ fluvii. Tunc iterùm instaurabat sacra Diis magnis Saturno, Jovi, Apollini, Cereri, & Genio. Vates & Arúspex præsentes aderant, dum litaretur, diligentíque indagatione viscera scrutabantur victimæ. Quibus exactè consideratis, judicium faciebant de voluntate Dei: explicabantque verbis quo vultu, & animo Trophonius excepturus esset descensurum in specum: an benignè placidéque, vel infestâ morosáve fronte. Eadem hora, qua voragini sese immissurus erat, arietem rursùm immolabat, Agamede Trophonii socio & amico sæpiùs invocato. Cujus viscera iterùm Arúspex diligentissimè considerabat Enclabri mensæ in lance exposita. Quòd si deprehenderet aliquid aliud à prioribus ostentis demonstrari, bono animo hominem esse jubebat, & benè sperare, Deum mitigatum sententiam mutasse, superioráque irrita reddidisse. Rursùs antequam irreperet in antrum noctu ad profluentum Hercinnæ ducebatur, ubi illum expectabant duo pueri civium ingenuorum filii, qui annum decimum tertium non excederent, à quibus lavabatur, oleóque liniebatur, & hos quoties alloqueretur Mercurii nomine compellabat. Postquam diligenter lavisset, ducebatur à templi antistite ad fontem vicinum, ex quo aquam hauriebat, & bibebat affatim: Aquæ nomen erat *Lethes*, cui proprium erat inducere præteritorum oblivionem. Postea simulachrum fabricatum sum-

Præparatio ad descensum in antrum.

mo artificio à Dædalo præferebatur, quod à nemine conſpici fas erat, præterquam ab eo, qui Trophonium erat aditurus. Tum humi in genua proſtratus, imaginem precibus conceptis venerabatur. His peractis tunicâ indutus lineâ purâ, vittisq; ſacris redimitus, crepidisq; ſubligatis, in hiatum ſe demittebat, & cum DEO conferebat de iis, quæ illi mandata erant. Regreſſúsq; agelaſtus, triſtis, & melancholicus reliquam vitæ partem exigebat, memor tantùm eorum, quæ à Trophonio didicerat, in reliquis ſtupidiſſimus redditus. Statua Trophonii non erat repoſita in templo, neq; in voragine ſpecûs, ſed erat erecta in eminentiore loco, ut ab omnibus ſpectari, & coli poſſet: obeliſcis tamen ferreis in circuitu diligenter ſepta, ne quis eam contingere poſſet.

Oracula data ſunt plurima ab hoc Trophonio: inter quæ hoc celebratur dictum *Philippo Regi Macedonum* conſulenti hunc Deum.

Philippus à Pauſania caſus.

Φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα: *cavendum eſſe Harma:* ſive intellexit de capulo gladii Pauſaniæ, à quo interfectus eſt, cui currus ebori inſculptus erat: cùm Pauſanias propter formæ elegantiam ab Attalo ſtuprum paſſus erat, & convivis tanquam ſcortum ab eodem fuerat exhibitus: conqueſtúsq; apud Philippum ultionem injuriæ non potuit impetrare, ideò furorem in regem convertens, illum prope Harma Thebanam paludem gladio transfodit.

Parmeniſcus agelaſtus.

Trophonii lucum adiit *Parmeniſcus Metapontinus*, deſcenditq; in ſpecum, ex quo poſtquam aſcendiſſet, ridere nunquam poſtea viſus eſt. Cui percunctanti de ea re oraculum, ex infimâ voraginis intimæ parte vox audita eſt Apollinis dicentis:

Deriſu percunctaris me difficilis vir.
Ipſa tibi mater dabit: hanc venerare reverſus.

Parmeniſcus riſum recuperat.

Parmeniſcus Delphis in patriam reverſus ſperabat ſe riſum recuperare poſſe, viſáq; matre & ſalutatâ cum nihil ampliùs rideret, exiſtimans ſe deluſum deceptumque à Dæmone Delphico, profectionem ſuſcepit in Delum, ubi in Latonæ templo ſortes dabantur certiſſimæ: quò poſtquam veniſſet, Deæq; imaginem ligneam ſatis ruditer dedolatam cerneret, quam putabat excellentis alicujus artificis opus eſſe elaboratiſſimum, præter omnium opinionem riſiſſe fertur, & ægritudine liberatus. Cujus rei gratiâ magnificis Deam Apollinis fatidici matrem honoribus poſtea proſecutus eſt.

Apollonius cum Trophonio.

Ad Trophonii antrum veniſſe *Apollonium Tyanæum* teſtis eſt Philoſtratus Lemnius, & cum Genio ſubterraneo de multis contuliſſe: quæ ipſe ſcriptis mandavit: Liber poſt ejus mortem ad Adrianum Imperatorem delatus eſt, & Antii Urbe Latii in Bibliothecâ regiâ ſervatus, cum aliis quibuſdam ſcriptis ab eodem Apollonio relictis.

Juppiter Trophonius.

Lebadienſe templum conſecratum fuit Jovi, qui per Genium Trophonii credebatur oracula reddere. Vocabatúrq; *Juppiter Trophonius:* Nam hic Trophonius dum in vivis eſſet, religioſiſſimus fuit Deorum cultor, Jovis maximè, cujus Numine afflatus multa ſolebat docere, quæ ad ſalutem mortalium pertinebant.

Trophonii templum Thebis.

Aliud fuit templum Trophonio dicatum *Thebis Bœotiis* vaticinio clarum, & in quo conſulendo ceremoniis tantis non erat opus: Reddebantur enim à Sacerdote enthuſiaſmo correpto, factis tantùm DEO levibus ſacrificiis farre, vino, oleo, & placentis. Hoc oraculum conſuluerunt *Thebani*, dum contra *Lacedæmonios ad Leuctra* pugnaturi eſſent. Dúmq; rem ſacram facerent, galli gallinacei, qui in loco ſacro ad captanda auguria ſervabantur, continuis ſaltibus, & cantu Θηνίκιον μέλος ſacrificantibus concinuerunt. Quod bonum omen fauſtúmq; antiſtiti judicatum eſt: Factumq; eſt, ut in eâ pugnâ duce *Epaminonda* & *Pelopida* Thebani tantâ animoſitate & impetu irruerint in Lacedæmonios, ut eorum exercitum penitùs attriverint & confecerint, adeò ut poſtea nunquam potuerint vires reſumere.

SERA-

SERAPIS.

Lux æterna mihi eſt: Græcis ſum Pluto. Serapi Ægyptus: Ditem Gallia priſca vocat.

SERAPIS, qui & *Apis*, & *Oſiris* dictus eſt in Ægypto, à Græcis *Pluto*; à Gallis *Dis Pater* cognominabatur. De quo *Cicero libro tertio, de natura Deorum. Cœlius Rhodiginus libro* I. *antiquarum lectionum cap.* 34. Græci illum Jovis & Niobes Phoronæi Regis Argivorum filiæ filium eſſe voluerunt: licèt Ægyptium fuiſſe affirmet *Diodorus Siculus libro primo.* Conſtantiſſimè tamen aſſerunt Græci *Phoronæum* Inachi filium populos diſperſos in unam civitatem coëgiſſe, Argis, quæ urbs à ſuo nomine *Phoronicum* appellatum eſt: cúmq; inter ſuos ſummâ auctoritate regnaſſet, moriens duos reliquit filios regni hæredes *Oſirin* & *Ægyalum*. Sed *Oſiris* natu major, poſtquam plures annos Argis regnaſſet, *Ægyalum* fratrem Achaiæ imperio præfecit, ipſe verò majoris gloriæ cupiditate ductus, in Ægyptum claſſe navigavit, ubi homines rudes ad mitiorem vitæ cultum traduxit, & colendarum vinearum rationem docuit, prælisque liquorem è racemis exprimere, & in utribus reſervare ad potum

inſti-

instituit. Ideò ab omnibus summo honore exceptus, communibus suffragiis Rex Ægypti declaratus est: ubi invenit *Io* amitam, *Phoronæi* patris sororem, & *Inachi* filiam, quam uxorem duxit: Cúmq; ea literas docuisset, & Deorum cultum, & Osiris diversas artes, utrumq; in vitâ, & post obitum pro Diis venerati sunt. Sed postquam Osiris cum uxore aliquandiu summa prudentia, & clementia regnum administrasset, à Typhone fratre per insidias occisus est; Is ejus corpus lacerum, & in diversa frusta conscissum misit ad quinquaginta impiæ necis conspiratores, (inter quos fuit *Azo* Regina Æthiopiæ,) qui boni regis gloriam, & æquitatem ferre nequibant: Conjurati omnes simul convenerant apud Typhonem convivæ futuri cum Osiride: Scrinium curaverat compingi Typhon ex preciosis lighis arte singulari, quod post convivium in medium adferri jussit, obtulitque dono illi, cujus mensuram æquaret corpore: In id se demiserunt aliquot ex convivis, quorum statura corporis longior vel brevior erat, qui omnes à dono scrinii remoti sunt cum joco: Cúmq; suo ordine in ejus cavitatem admissus esset Osiris, clauso & obserato operculo, in eo suffocatus est, & in partes discerptus: quas unusquisq; ex conjuratis secum abstulit, præter pudenda, quæ in Nili profluentem abjecta, in mare devoluta sunt, & à piscibus devorata Lepidauro, Phagro, & Oxyrincho.

Osiridis cades à Typhone procurata.

Osiridis cades.

Isis cædem factam suspicata, maritum conquisivit undiq; per totam Libyam, & Arabiam errabunda: donec post aliquot menses per indicem comperit partes corporis defuncti apud Phialam juxta Syenem. quæ urbs est in confinibus Æthiopiæ & Ægypti, non procul à Nilo versus meridiem, quinq; stadiorum millibus à Tropico cancri locata. Ut scribit *Plinius lib. 2. cap. 37. Isis* igitur repertas mariti reliquias simul composuit, easq; deposuit in Abato insula Paludis Memphiticæ, quæ inaccessibilis dicta est propter densum limum, & copiam papyrorum, quæ totam ferè Paludem complent, & inviam cymbis reddunt. Illic erecto tumulo sepultum est corpus: Palúsq; vocata est *Styx*, hoc est, *mœror*. In Abatum insulam venire nulli permissum erat, præterquam Sacerdotibus, qui mitrati eò navigabant certis anni temporibus: Atq; in eam deportabantur Ægyptiorum regum corpora post mortem, & in consessu Judicum & Prophetarum licebat defunctum accusare, si quid in vita admisisset suo officio indignum: & prout convicti essent malæ conversationis, aut criminum, piaculorúmque; ita honoribus sepulchralibus privabantur. *Isis* pudenda mariti longè latéq; exquisivit, quæ cùm non posset investigare, audivisset; à Nympha quadam marina fuisse à piscibus Oxyrincho, Phagro, & Lepidauro comesta, ab eorum esu Ægyptios in posterum abstinere jussit, eosq; sacros esse voluit: Pudenda tamen ex auro fabricari præcepit, quę solemni ritu appendit tholo templi, proposuitq; populo adoranda, tanquam partem datam à Natura generationi aptam, & necessariam ad propagationem generis humani, *Phalumq;* vocavit. Cujus numen Sacerdotes sacrificiis honorarunt: ejusq; cultum statim amplexi sunt Arabes & Syri, postea tota Græcia, tam Asiatica, quàm Europæa, Deumque istum generationis efficacem nominaverunt *Priapum*: Licèt suum Priapum Venere & Baccho genitum velint apud Lampsacenos. Hebræi hunc quoq; venerati sunt & vocaverunt *Phagor* vel *Beelphegor*: cujus Antistes fuit *Maacha* Regis *Asæ* mater, ut traditum est 2. *Paralip.* 16.

Abatos insula ubi sepultus Osiris.

Pisces sacri qui pudenda Osiridis devorarant.

Phalus adoratus.

Mortuum igitur Osiridem tota Ægyptus Lessum ducens pullata flevit, & quibuscunq; potuit honoribus, sacrificiis, & ceremoniis ejus inferias prosecuta est: Cúmq; in publico luctu Ægyptiis occurrisset eximiæ pulchritudinis bos, cicur admodum & tractabilis, quiq; populum videbatur blandè approbare, eum *Osiridis* animam esse rati sunt, exceptúmq; cum omnium applausu *Apin* vocaverunt, hoc est, *Bovem*: eumq; Sacerdotes indictis feriis, & solemni festo adorandum proposuerunt: Postea remansit hæc religio, ut *bos* adoraretur pro *Osiride*: Eum autem bovem oportebat toto corpore nigrum esse, alba fronte. Et in tergo candidas habentem notas, duplicibus in cauda pilis, cujus linguam cantharo notabant: & eum certum

Apis.

Anima Osiridis sub bovis viventis specie adorata.

certum vitæ terminum non licebat excedere: quo peracto, Antistites illũ in Sacerdotum fontem demergebant: indictoq; justitio per totam Ægyptum, veste scissâ, & laceratis capillis vita functũ cum planctu lugebant: donec alio invento, qui ejusdem coloris esset, publica lætitia promulgabatur, & sacrificia, conviviáq; à populo cum hymnis, & tripudiis passim celebrabantur: His ceremoniis Animam Osiridis sub imagine viventis bovis coluerunt Ægyptii, quem *Apin*, & *Serapin* dixerunt: Sacráq; Isiaca in ejus honorem excogitata sunt, quæ fiebant à Sacerdotibus mitratis, rasis capitibus, & omnibus corporis partibus, albâ talariq;, & lineâ veste amictis: & quia horum sacrorum mysteria tecta esse decebat, & plebi incognita, verbis exprimi non permiserunt, sed silentio sacro texerunt: Ideò *Silentii statua* (quæ *Sigalion* dicebatur) in altaris principio erigebatur, favere linguis jubebantur assistẽtes, & oculos ad eam imaginẽ convertere; & ob eandem causam *Sphyngum* simulacra ad altaris angulos addebant, quæ arcanam rerum sacrarum cognitionem denotabant. Græci *Serapin* Jovẽ infernum esse duxerunt, & nocturna flumina illi commissa putaverunt, Orci imperium illi tribuentes: Sed Græci suum Plutonem sive Jovem Infernum Saturni filium & Rheæ, fratrem Jovis, & Neptuni dixere: sicut Galli eundem Ditem Patrem ex Ægypto venisse, & Gallorum imperium moderatum esse asseruerunt, à quo didicerunt mysteria sacrorum, astrologiam, bonas artes, & politiæ gubernationem, illiq; *Samothis* nomen indiderunt: ex quo descẽdisse credidit antiquitas longa annorum serie Principes Gallorum, potentia & virtute excellentes, ut sunt *Magus, Sarron, Nomnes, Druydes, Bardus Priscus, Longo, Bardus Junior, & Celtes*: de eo lege *Ciceronem lib. 3. de Natur. Deor. & Cælium Rhodiginum antiquar. lectio. lib. 1. cap.* 34. At *Berosus* Osiridis genealogiam ita describit: Ex *Ogyge* Prisco (qui *Noa* dicitur in sacris literis, *Janus* ab Arameïs & Latinis,) ante cataclysmũ nati sunt *Semus, Chamus*, & *Japetus Priscus*: Ex *Chamo* sive *Cameśi* Ægyptiorum Saturno *Chur, Osiris, Typhon, Cana* sive *Phœnix, Phut* sive *Phaëthon, Ochus*, & *Isis*. Ex *Osiri* (quem *Misraim* vocat Moses,) geniti sunt *Lydus, Anameon, Casleus, Hercules Libycus, Neptunus, Orus, Anubis*, & *Macedo*. Nam ex *Chur* Osiridis fratre, geniti sunt *Arabs, Sambecres, Sabathurifer, Sabathius Saga* (qui *Sangui*, & *Sanctus Pater* dictus est,) & *Nymbrothus* Saturnus Magnus Babyloniorum. Ex *Sabathurifero* nati sunt *Gogus Gangis* & *Indi Pater*, & *Triton* Rex Libyæ: ex quo susceptisunt *Libya, Cirene, Numidia*, & *Hammon Juppiter*. Et hic Hammon ex Amalthea nympha suscepit *Dionysium*, qui *Juppiter Justus Libycus* cognominatus est: isq; ad Tritonem Paludem expositam puellam Palladem adoptavit, & pro filia habuit. Genuit enim ex se *Deabum*, seu *Geram*, vel *Chrysium* Lomninorum Philarcharum Hispaniæ (qui *Geryones* vocabantur) patrem.

Sigalion in sacris Isiacis.

Osiridis Genealogia ex Beroso.

Osiris igitur *Ioa* Inachi filiam, & Phoronei sororem uxorem sibi junxit, vel propriam sororem, auctore *Beroso*: quæ cùm multis beneficiis cum marito cumulasset Ægyptum, post mortem ad Deos relata est, & *Isis* (hoc est *Sancta*) vocata. Osiris autem sive *Apis* aut *Serapis* existimatus est Lux cœlestis, & æterna Sapientia, propterea in Ægypto ab illo responsa de futuris eventibus exquisitis ceremoniis scitati sunt, illiq; templa delubráq; plurima consecraverunt. Quorum omnium sumptuosissimum fuit *Memphis*, celeberrimum verò *Alexandriæ*. Ad quorum exemplum Græci postea illi quoq; fana dedicarunt, & sacrorum leges, ceremoniásq; ab Ægyptiis desumpserunt: ut *Athenienses, Spartani, Bœoti*, & alii plurimi, qui huic Deo peculiaribus ceremoniis & ritibus serviverunt. Nam ut Ægyptii doctrinam de Deo vero à primis parentibus acceptam in superstitiones successu temporis converterunt, Græci in disputationes curiosas, & allegoricas, Chaldæi verò in Philosophicam Sapientiam; Puritas tamen doctrinæ diutiùs purior remansit apud Ægyptios, quàm apud alios.

Templa Serapidis

Ægyptii doctrinam de Deo in superstitiones, Græci in allegorias, Chaldæi in Philosophiã converterunt.

Vaticinia Prophetica captabantur ex responsis Dæmonum, qui imagines hujus *Serapidis* occupabant. Primò quidem ex illo bove sacro, qui Apis vocabatur: Si pabulum oblatum à sciscitantibus placidè & voluntariò excepisset, eventus se-

cundos, & prosperos decernebat: si verò aversaretur, & abnueret sumere, sinistrum erat omen; quod evenit *Germanico* Imperatori, è cujus manu Apis oblatum pabulum noluit sumere, hoc illi futuram cædem significavit, quæ illi paulò post per Pisonem procurata est. De Api lege *Strabon. lib. ult. Plinium lib.* 5. 6. & 3.

Germanici mors ab Api prædicta.

Hannibal dum ex Africa fugeret, propter suorum odium, propter illam insignē cladem, quam acceperat à Scipione Africano ad Zamam Africę oppidum, qua duo Pœnorum millia cæsa sunt: & paulò post receptis ab Antiocho copiis auxiliaribus iterùm superatus est. *Liv. lib.* 3. *Justin.* 31. *Plutarch. in Hannibale.* Is in Asiam se recepturus ad Prussiam regem Bithyniæ, oraculum Serapidis consuluit: à quo hoc audivit:

Λιβύσσα κρύψει βῶλος, Ἀννίβα, τὸν δέμας.

Libyssa corpus, Hannibal, terra teget tuum.

Hoc responso aliquantulum exhilaratus est, quod speraret se tandem suæ civitati reconciliatū iri, & senectute inter suos traductâ fruiturum sepulchro patriæ. Sed hac in parte deceptus est: Nam cum Romanorum solicitatione Prussias illi strueret insidias, mortem metuens ignominiosam, hausto veneno, quod in annulo ad hunc effectum gerebat, imminens fatum maturâ morte prævertit. *Eutropius lib.* 4. *Orosius* 4. 20. ait, lapidibus obrutum fūisse à Carthaginensibus, ob rem malè gestam. *Livius lib.* 9. tradit fuisse affixum cruci. Constat tamen miserum Hannibalem deceptum fuisse in vocabulo Λιβύσσα βῶλος: quòd *Libyssam terram* putaverit dictam fuisse de *Libyca regione*, cùm ejusdem nominis fuerit *campus in Bithynia*, quo in loco mandatu Flaminii à Prussia captus Hannibal mortem sibi conscivit, ne quid gravius pateretur, si in manus hostium deveniret.

Hannibalis mors.

Templum illud Serapidis celeberrimum, quod fuit *Alexandriæ*, idolum habuit ejusdem DEI portentosæ magnitudinis, quod summa religione per multa sęcula cultum est: duravitq; usq; ad Theodosii Augusti tempora. Quando Theophilus Alexandrinus Episcopus id funditùs everti curavit. Ejus ędificii parietes triplicibus diversæ materiæ laminis obducti erant, aheneis, argenteis, & aureis, ita interse connexis & incrustatis, ut amotis anterioribus, supereſſent & conspicerentur posteriores integræ compactæ simul opere mirando. Idolum erat ligneum, & ex omni metallorum genere conflatum. In cujus os exertum, composita ad id fenestella ad ortum Solis, radios intromittebat & illustrabatur, dum res sacra fieret, ita, ut Serapis osculum Solis excipere diceretur. Et magnete in laquearibus adplicato, (cujus vis naturalis est ferrum ad se attrahere) aliud simulachrum minus, ferreis tectum laminis altari adpositum paulatim magnetis virtute loco movebatur nutando, ac modicè elevabatur in altum: Sed ne repentino lapsu recideret, & conquassaretur, dolusq; patefieret, Sacerdos imaginem manibus religiosè excipiebat, & suo loco reponebat: *Surrexit*, inquiens, *Sol, & Serapi vale dixit; ut ad propria revertatur.* Hoc Colossæo simulachro confracto, & igne cremato, ejusdem DEI thoraces depicti & exsculpti ad singula domorum ostia pro amuletis, abrasi sunt & sublati: In quorū locum signū crucis Dominicæ repositum est: quod apud Ægyptios characteribus Hieroglyphicis, Propheticis, & sacris significabat vitam æternā: nempe tunc vitā hominibus venisse per crucem JESU CHRISTI Servatoris humani generis. Imò illud signum *Tau* T fuit, quod Israëlitæ adscripserant ostiis domorum suarum, dum Angelus exterminator primogenitos Ægyptiorum perdebat: & ubicunq; hoc signum inveniebat, domum relinquebat intactam: ideò sacrosanctum semper fuit id signū: Quod sacerdotes dū cognovissent, primi inducti sunt, ad amplectendā *Christi* doctrinam. Et quia invaluerat opinio apud Ægyptios, inundationē Nili (quæ solet quotannis evenire, & fœcūdare totā regionē) Serapidis providētiâ procurari, post eversionē templi, & simulachri illius, tanta secuta est Nili inundatio, tanta terræ ubertas, ut anteactis sæculis nulla unquā major visa, neq; audita esset. Nimirū DEUS demonstravit abductis errore populis, non Serapin Nilum (cui longè erat inferior ætate,) sed Deum ipsum summum regere, & moderari quo velit modo & ratione.

Templum Serapidis Alexandriæ.

Serapidis statua confracta & cremata.

Crucis signum loco Thoracis repositum.

Ido-

Idolum hoc erectum fuit in templo Alexandrino, quod religiosissimâ veneratione ab omnibus populis colebatur: tantóq; metu, ut à Sacerdotibus famâ antiquâ publicatum esset, si quis id contigisset præter Antistites, subitò cœlum ruiturum, & terram in voragines horrendas apertum iri, quibus profanus ille sacrorum violator absorberetur. Dolum hunc miles quidam Christianus detegens arreptâ securi statuam DEI veteratoris dejecit, & frustilatim conscissam igne cremavit, nullo cum periculo. *Eusebius lib.* II. *Ecclesiasticæ historiæ cap.* 20. Et *Ruffinus Aquilejensis Presbyter libro 2. cap.* 23.

Ad Serapidis prædictiones hoc refertur responsum, quod *Thulidi* Ægyptiorum regi reddidisse fertur scisciranti de vero Deo, quis esset, & quo modo sibi inserviri postularet:

Oraculum Thulidi datum.

Πρῶτα Θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα ξὺν αὐτῷ
Σύμφυτα δ' εἰν ἑνὶ πάντα τάδ' ἐστὶ, καὶ εἰς ἕν ἰόντα,
Οὐ κρατος αἰόνιον. Σὺ δ' ὠκέσι πόδεσι βάδιζε,
Θνητὲ, ἀϊδηλον λείπων βιότοιο πλάτηλ.
Principio Deus est: hinc verbum, & Flaminis aurâ.
Unum Numen idem tribus est, naturâq; consors.
Cujus vis æterna. Sed hinc pedetè ocyùs aufer,
Mortalis, peragens incerti limitis ævum.

Hic Dæmon fatetur unum Deum tribus personis distinctum, Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Neq; mirum est, impostores hos Spiritus aliquando suis mendaciis vera & salutaria nonnunquam admiscuisse documenta, non quòd hominibus bene consultum cuperent, sed ut specie veritatis magis corroborarent credulitatem mortalium, illósq; ad suum cultum potentiùs pellicerent. Nam & hoc responsum legitur datum fuisse *Sybaritis*, promittens illis felicitatem, quando Deos religiosè colerent: quibus etiam ruinam, & interitum minitatur, si honores Deo debitos mortalibus impertirent.

Oraculum de vero Deo colendo.

Εὐδαίμων, Συβαρῖτα, πανδδαίμων ξὺ μὴν αἰεὶ,
Ἐνθαλίῃσι θεῶν τιμῶν ἦνος αἶεν ἐόντων;
Εὖτ' αὖ δὴ πρότερον θνητὸν θεὸν ἄνδρα σεβέσσῃς,
Τηνίκα σοὶ πόλεμος, καὶ ἐμφύλιος φάσις ἥξῃ.
Felix omnino felix, Sybarita, futurus,
Dum rebus lætis venerabere numina Divûm.
At simul atq; illis mortalis homo anteferetur,
Tunc veniet bellumq; tibi, atq; domestica turba.

Aliud oraculum de vero Deo colendo datum est, cùm interrogaretur, quis Deus præcipuus, & verus esset? ita respondit Dæmon:

Judæos verum Deum colere.

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίῃσι λάχον, οἱ δ' ἄρ' Ἑβραῖοι
Ἀυτογένητον Ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.
Chaldæi soli sapiunt. Tum Numen Hebræi
Ingenitum Regemq; pio venerantur honore.

Cùm *Sybaritæ* triginta Legatos Crotoniatarum interemissent, visa est Juno in medium forum accedere, & choleram vomere. Inq; ejus sacello, quod in urbe media fuit celebre, fons sanguinis erupit. Nempe Deam iratam hæc signa denotabãt, ob contemptos Deos jus gentiũ protegentes: Nã paulò post Sybaritæ à Crotoniatis deleti sunt. Ut testis est *Athenæus lib.* 12. antè quorũ excidiũ, ex Patriciis quidã in agro servum suum loris inhumaniter verberabat: qui cùm ad Numinis aram cõfugisset, neq; quicquam de sævitia remitteret Dominus, miserq; servus animadvertens Numinis reverentiam nihil sibi profuisse, ad monumentum patris heri sui delapsus est. Tum herus aliquâ religione motus, verbera posuit. Hanc crudelitatem cõspiciens *Amyris* quidam, vel ut alii malunt *Thamyris*, homo prudẽs, & religionis cultor, Deorum iram metuens, quos hac crudelitate non mediocriter offensos sensit, ob contemptum Numen invocatum à servo, collectis omnibus sarcinis, & rebus suis, simul

Ob neglectos Deos Sybaritæ deleti sunt.

Sybaritæ inhumanitas.

cum tota familia in Peloponnesum migravit, reliquis Sybaritis illum tanquam delirum & insanum deridentibus: sed tamen paulò post magno suo malo senserunt prudentis viri judicium non temerarium fuisse, sed inspiratione boni Genii tempestivè rebus suis prospexisse, alióq; se transtulisse maturè patriâ relictâ, quæ graves suæ impietatis & proterviæ pœnas dedit.

Quomodo Serapis in Ægyptum translatus.

Serapidis Historiam describit *Tacitus lib. 4. Histor.* In somnis apparuit Serapis Ptolomæo filio Lagi, cui præcepit, ut in Ægyptum transferretur, & adoraretur ab Ægyptiis. Ædificaverat enim Ptolomæus Alexandriam, quam templis, & religione ornare quàm maximè statuerat. Cúmq; hoc apud se faciendũ statuisset, obtulit sese juvenis formâ insigni, plusquàm humana esse posset: qui jussit, ut Rex in Pontum legatos mitteret, qui Serapidis effigiem transferrent in Ægyptum, pollicitus ex DEI præsentia urbem novam redditum iri populosiorem, & feliciorem. Hæc postquam dixisset, disparuit ex oculis Ptolomæi, secum trahens lumen admirabile; & in cœlum conscendit. Visionem insomnii Rex declaravit Sacerdotibus Ægyptiis, qui somnia soliti sunt interpretari. Ii responderunt, Deorum monitis obtemperandum esse: Ponti regnum se quidem cognoscere, sed Serapidis nullam unquam mentionem fieri se audivisse asseverabant: Ptolomæus igitur, ut aliquid de ea re certiùs expiscaretur, convenit Timotheum Athenienſem ex tribu & gente Eumolpidarum, qui Sacerdos erat sacrorum Eleusinorum: Hunc cùm interrogasset, an cognosceret, quis esset Deus ille Serapis, qui in Ponto coleretur, Timotheus respondit in Sinope Urbe Ponti templum esse antiquissimum, & religione celeberrimum, dicatum Jovi Diti, vel Plutoni, ubi erectum esset Dei simulacrum; prope quod adstabat statua muliebris, quæ credebatur esse Proserpinæ. Sed cùm Ptolomæus rebus aliis occupatus minùs curaret visionem, quæ sese per somnum illi obtulerat, rursùm idem Serapis sese Regi obtulit facie horrendâ & minaci, prædixitq; illi grande malũ, & calamitates inevitabiles impendere ejus regno, nî mandatis obtemperaret. Hac secundâ visione Rex non mediocriter commotus Legatos ex optimatibus cum donis misit ad Scydrothemin Regem Synopes: quibus præcepit, ut in viâ diverterent Delphos, & de ea re consulerent Apollinis oraculum. Sortes DEI non ambiguis verbis præceperunt, ut Synopen adirent, & inde ausportarent Patris sui simulacrum, sed Sororis imaginem relinquerent. Postquam autem venissent Synopen, causam Legationis suæ exposuerunt Scydrothemi, & dona illi Ptolomæi nomine exhibuerunt. Rex animo turbato, jam DEI jussibus contradicere non audebat, jam populi metuebat defectionem, qui facilè non pateretur DEI tutelaris simulacrum aliò transferri. Dúmq; hæc in longum protraherentur, & jam per integrum triennium distulisset gratificari petitioni Regis Ægyptii, Ptolomæus iterùm Legatos alios in Pontum navigare jussit, cum excellentioribus, & locupletioribus donis, qui supplices orarent Scydrothemin, ne petitioni sui Regis se difficilem præberet. Cúmq; Rex Ponticus negligentior esset, Spectrum Serapidis sese obtulit horrendum, & furore plenum, præcepitq; ne diuturniorem traheret moram, neq; Deorum voluntati se opponeret. Dúmq; imperio minùs esset audiens, irâ Deorum circumventus, morbis & variis angustiis conflictabatur; cúmq; de sua salute desperaret convocatâ Populi concione, exposuit visiones, quæ illi & Ptolomæo contigerant. Timendum esse, ne si Populus DEO contrarium se præberet, inevitabilibus malis opprimeretur. Sed Populus perfidiam sui regis detestatus, Ægyptóq; invidens, tumultu facto Serapidis templum numerosâ turbâ cinxit, ne quæ vis fieret sacrario. In hac seditione Serapidis simulacrum suâ sponte templo egressum, in naves se contulit Ægyptias, quæ statim velis expansis, & vento secundo impulsæ, spatio tridui Alexandriam pervenerunt. Eo cum appulissent lætitiâ incredibili perfusus Ptolomæus, Deo gratias egit, illiq; maximis sumptibus templum extrui jussit eo in loco, qui Rhacotis dicitur, ad quod populus frequens ex totâ Ægypto sacrorum novorum causâ confluebat.

PALISCI

PALISCI.

Pingue ſacrificium Siculis celebrate Paliſcis,
Trinacriam ſterilem at fertilitate beent.

PALISCI ſive *Palici*, qui & *Delli* dicti ſunt, Jovis, & Ætnæ Nymphæ filii ſunt æſtimati: vel, ut mavult *Æſchylus*, Jovis & Thaliæ Vulcani filiæ. Ii inter Deos fatidicos ab antiquis relati ſunt, & prima veneratione culti in Sicilia, ubi nati erant, propter inſignes prædictiones, & monitiones quibus homines illius Inſulæ, dum viverent, inſtruxerunt. Horum talis recitatur hiſtoria: Thalia Mulciberis filia, Nympha excellentis formæ inter omnes puellas Siculas fuit: cujus pulchritudine illectus Juppiter, illam ſæpè de concubitu interpellavit, multa blandiendo pollicitus, ſi complexum amantis admitteret; Sed, ut erat venuſtate eximia, ſic quoq; caſtimoniæ dotibus exornata, procaciùs ſolicitantem ſæpiùs à ſe rejecit, virginitatis gloriam omni alii præferens commodo & utilitati: donec tandem importunitate, & vi ſuperata juxta Simethum amnem, non procul à Catana compreſſa eſt à Jove. Illa dolens, quòd ſe gravidam ſentiret, & uterum geſtaret, metuénsq; Junonis iram, quàm ſciebat non æquo animo mariti adul-

Paliſci ex Thalia nati.

adulterium, gravémq; futuram & crudelem erga pellicem, maximè in partu, cui illa præesset, posséetq; per infinitos cruciatus prægnantem excarnificare, ut factum erat in *Io* Inachi filiâ in vaccam mutatâ, quam diu furiæ agitatam vexaverant. In Latonâ, quam Python Serpens horrendus prosecutus fuerat, ac vix auxilio Jovis miserum exitium vitaverat; in Calisto Lycaonis filiâ, quæ ruptis capillis, & crebris verberibus lacerata à Junone tandem in ursam cum filio Arcade mutata fuerat: Hæc & alia exempla Thaliam non sine causa terrefaciebant, quæ cum gemitu, & lacrymis assiduò mortem invocabat, Jovem accusans, qui illam in has angustias conjecisset, neq; ab imminentibus periculis illam eximeret: conceptis igitur votis optavit, ut sibi terra dehiscceret, & occultaret ab ira Deæ Zelotypæ. Terra Nymphæ miserata molliter dehiscens illam recepit inter sua viscera, & abscondit tantisper, donec expleto partûs tempore, gemellos pareret pueros Patre ac matre dignos. Hos terra denuo se aperiens in lucem edidit, eo in loco, ubi Siculi duos ostendunt lacus, ex quibus pueros emersisse ferunt: unde *Palisci* dicti sunt, ὅτι εἰς πάλιν ἐκ τῆς γῆς ἦλθον, *quòd in terram immersi, in lucem rursùm rediverint.* Adulti juvenes pulchritudine formæ, robore corporis, & mentis acumine pollentes, genus se à diis trahere satis probabant; quòd omni virtutum genere suæ tempestatis homines longè superarent: ac singulari studio conabantur de omnibus benè mereri, publicam utilitatem, quantum fieri poterat, promoventes: pietatem erga Deos salubribus admonitionibus inculcantes, concordiam inter homines necessariam ostendentes, ad tranquillè & beatè vitam transigendam. Quare violentos submoverunt, & summâ severitate injurias coërcuèrunt: unde post mortem divinos honores inter suos populares mereri visi sunt: Quod antiquis illis sæculis usitatum fuit, ut Reges, Principes, hominésq; alii pietate, justitiâ, & vitæ integritate illustres, quíq; genus humanum diversis adjuvissent beneficiis, sive liberalitate, documentis, aut auxilio in difficultatibus: Hos viventes quibus par erat honorib. affecerũt, defunctos verò nõ periisse sepultos, sed eorũ animas in cœlum relatas, supremæ Divinitati assidere, vitâ æternâ frui, & communicatâ à Deo potestate genus mortale conservare, illi opitulari, & assistere in adversis rebus existimaverunt: Erga quos homines ne viderentur ingrati, his aras, templa, lucósq; sacrabant & sacrificia procurabant iis ritibus, quos defunctorum Genii declarabant. Quare Siculi existimantes se *Paliscorum* numinibus protegi, & defendi in difficultatibus, templum illis in eo loco, ubi vixerant, erexerunt, & Sacerdotes instituerunt, qui eorum laudes hymnis quotidianis decantarent, sacráq; facerent. Contigit autem aliquot annis postea longâ siccitate, & æstu tellure torrefactâ, ut sterilis redderetur Sicilia, ferax alioqui frumenti, vini, & olei, cæterorumq; fructuum præ reliquis omnibus maris mediterranei Insulis. Hac sterilitate, & annonæ penuriâ laborantes Insulani mirificè torquebantur, anxiè famem tolerantes, quâ populus conficiebatur, & peribat: Quare postquam omnia tentassent, quæ ad egestatem hanc juvandam videbantur necessaria, ad Deorum auxilium censuerunt confugiendum, apud quos solos miseriarum levamen se inventuros credebant. Supplicationibus igitur publicè institutis, votísq; conceptis, ad aram Paliscorum gementes confluxerunt undiq;, rogantes auxilium, & rationem qua Juppiter, Ceres, Diiq; omnes patrii irati placari possent, & reconciliari. Tum geminorum Deorum responso moniti sunt, ut certis ritibus Diis sacra facerent, sacella voverent Cereri & Proserpinæ Liberóq; Patri & Jovem Hecatombe placarent. Quibus rebus reverenti religione peractis pluviæ subitò ortæ, denso primùm rore terram irrigarunt, deinde auctis imbribus totam Insulam ita macerarunt, ut humore recepto tellus luxurians pristinæ ubertati sit restituta; omniumq; frugum, & fructuum affluentia populo facta. Ex eo tempore veneratione summâ Paliscos coluere Siculi: eorumq; oracula in posterum studiosè requirebant, quotiescunq; res afflictæ requirebant. Utq; viderentur eorum divinitati plus honoris tribuere, juramenta circa duos illos lacus exigere insti-

Thalia absorpta tellure.

Palici in lucem redditi.

Paliscorum virtutes.

Sterilitas Sicilia Paliscorũ monitis correcta.

instituerunt per eorum nomina. Ut si quando quis in furti suspicionem incidisset, accepto priùs fidejussore, qui præstaret id quod exitus ostenderet, si quid juranti accidisset. Cùm enim rei negatæ fides quærebatur, & Jusjurandum à suspecto petebatur, uterq; ab omni contagione mundi ad Crateras accedebant, deinde conceptis verbis loci Numen invocabant. *Adeste Genii boni præsentes, si crimini de quo accusor obnoxium me cognoscitis, ultricem manum capiti devoto imponite, commissum scelus supplicio merito expiate: Sin innocentem scitis, auxilium suppliciter poscenti benigni favete.* Tum si jure factum esset, qui accusatus erat discedebat illæsus: Si verò malè jurasset, falsus jurator statim in lacum demersus vitâ privabatur, vel visum amittebat, vel horribilibus tormentis eodem in loco spectantibus omnibus cruciabatur, pro sceleris admissi gravitate: quæ precibus ad Deos, factisq; sacrificiis leniebantur, & satisfactione factâ, furtiq; restitutione vel compensatione mitigabantur, annuente accusatore, & peccatum ultrò remittente. Hæc tantum auctoritatis conciliavit Paliscis, ut illos non Siculi tantùm, sed Itali omnésq; circumvicinæ regiones primâ religione coluerint, & veneratæ sint; retulerintq; illos in numerum Deorum *Alexicacorum*. Ideò Insulani ad Paliscorum templum quotannis donaria venerabundi conferebant: & ad eorum aram omne genus frugum congerebant, quod vocabatur *pingue sacrificium:* Circa aram choreas agitabant puellæ coronatæ floribus, sparsisq; capillis, & tibicines citharœdi melos concinebant, applaudente voce, & manibus præsente populo. Urbs quoq; *Palice* de eorum nomine est ædificata. *Stephanus*. *Theophilus* scribit Palicenum fontem esse in Sicilia, juxta Palicorum Dæmonum templum religione sacrum, qui decaclivos vocatur, id est, magnitudine quæ decem lectos caperet, cujus aqua ad sex cubitorum altitudinem exsiliat: Ita, ut spectantes sæpè diluvium loci metuant, iterúmq; intra se colligatur. De hoc fonte tractat *Aristoteles in mirabilibus*, quem appellat κρηνὴν ἐν Παλικοῖς. *Stephanus* verò dicit: κρήνη τις ἐν Παλικοῖς, quæ sulphurei est odoris.

Fons decaclivos.

BRAN-

BRANCHUS.

BRANCHUS Apollinis filius, quem ſuſcepit ex Iance Succronis filiâ, dum in Theſſalia regis Admeti paſceret armenta. Cúmq; adoleviſſet, videndi patris deſiderio ductus, matrem obnixè rogavit ſæpiùs, ut illi Genitorem declararet; & oſtenderet. Quod poſtquam Nympha ab Apolline impetraſſet, juvenis reverenter adiens Patrem, in ejus amplexum inclinatus, malas Dei oſculatus eſt: Apollo contemplatus filium ſe ac matre dignum, ſingularibus animi corporisq; dotibus exornatum, non mediocriter delectatus eſt illius aſpectu, & præſentia: laudatóq; pueri conſilio, quòd ad Patrem veniſſet, illius capiti coronam impoſuit, virgámq; donavit, quâ fultus vaticinari cœpit, & futura prædicere, oraculáq; poſcentibus reddere. Cúmq; Apollini Didymæo magnificentiſſimum templum ſtructum eſſet ad Poſſideum promontorium Ioniæ propè Miletum, Apollo Branchum filium ſuis præfecit ſacris, oraculáq; diu per eum reddidit. De quo ita *Strabo lib.* 4. Poſt Poſſidium, inquit, Mileſium eſt oraculum Apollini Didymæo ſacrum apud Branchidas, octodecim ſtadia aſcendenti. Hoc templum

plum Xerxes Perſarum Rex incendio deſtruxit cum aliis omnibus Græcorum Deorum delubris, præterquam Dianę, quod ſumptuoſiſſimo opere ſtructum erat, id integrum ſervari juſſit, propter ſtructuræ magnificentiam. At Mileſii poſtea templum hoc reſtaurarunt, & auxerunt ornamentis, ędificiisq; diverſis, ut ad faſtigium ſuſtentandum mille trabes non ſufficerent: Idq; propter amplitudinem & vaſtitatem, ſine tecto remanſit. Branchus poſtquam per multos annos Sacerdotio functus eſſet in templo Patris ſui, extremâ ſenectute decedens è vita, ad ſuperos relatus eſt communi Mileſiorum decreto, communibúsq; ceremoniis, honoribus, & templo cultus eſt cum Apolline, unde ipſe *Deus Branchides* appellatus eſt, templum Branchiadum, & Sacerdotes Branchidæ: ut memoria Branchi nominibus tam magnificis nobilitaretur: imò & populi Branchidæ vocati ſunt, apud quos oracula hæc reddebantur. Didymęus enim Apollo dictus eſt, quòd geminam ſpeciem ſui nominis præferat, illuminando, formandóq; Lunam: Nam ex uno fonte lucis gemino ſidere ſpatia diei, & noctis illuſtrat, inquit *Macrobius*. Habuit enim Apollo diverſa nomina, à locis variis, ubi reddebat reſponſa, ut *Clarius* à Claro inſula maris Myrtoï, *Delius* à Delo inſula maris Ægeï. *Colophonius* à Colophone urbe Ioniæ. *Pataræus* à Patarâ urbe Lyciæ, ubi ſex menſibus hybernis reddebat oracula. *Ptoüs* à Ptoo monte, vel à Ptoo Athamantis & Themiſtûs filio. *Palæphatus lib.* 1. *Mileſius* quoq; dictus, ab hoc Branchidarum nobili oraculo. Cui hoc tribuitur reſponſum datum poſcentibus quibuſdam, quid credendum eſſet de opinione ubiq; recepta, *immortales eſſe animas*: inquit:

Branchus ad Deos relatus.

Ψυχὴ μὲν μέχρις ἂν δεσμοῖς σὺν σώματα κρατεῖται
Φθαρτὰ νοῆσαι πάθη θνητῆς ἀλγηδόσιν εἴκει.
Ἡνίκα δ' ἀνάλυσιν βροτέῳ μὴ σῶμα μερόπων δῷ,
Ὠκύτην δύρηται ἐς αἰθέρα πᾶσι φορεῖται,
Ἄφθιτον ἀγήρατόν τε ἔσα, γνοὺς δ' ἐς πάμπαν ἀτειρὴς:
Πρωτόγονον δὲ τοῦτο θεῶν διέταξε προνοία.

Donec corporeis animus connexibus hæret,
Cedit mortali, patiens humana, dolori.
Sed cùm mortali compage ſolutus abibit
Corpore confecto, tum totus in æthera fertur,
Incorruptus ubi maneat, nunquamq; ſeneſcens.
Sic antiqua Dei fieri prudentia mandat.

Oraculum de immortalitate animæ datũ Politi.

Hoc oraculo refutabat opinionem à multis receptam de animorum mortalitate, quos Philoſophorum non pauci aſſerebant interire cum corpore: ſtatuentes hoc certum, quod principium habet à Natura, & incrementa ſua cum tempore ſortitur, declinationémq; occiduam, id quoq; finem habere: quod in anima hominis contingere dicebant Epicuræi, & alii plurimi. Alii qui ſaniore fuerunt judicio, non ſolùm immortalitatem animarum crediderunt, ſed etiam reſurrectionem corporum, & reverſionem animarum in renovata corpora poſtremo ſęculo, quo generale fiet judicium, Deo exigente rationem de omnibus, quæ quiſq; in vita geſſerit, ut in renovatione & reſtauratione mundi corpore & animâ pietatis & juſtitiæ amantes æternâ felicitate fruantur: mali verò æternis torqueantur ſuppliciis. Hujus ſententiæ fuit *Chryſippus*, eo libro, quem *de Providentia* ſcripſit; ubi ita loquitur:

Τάτε δὲ ἅτως ἐχονῶ, δῆλον ὡς ὐδὲν ἀδυώατον, καὶ ἡμᾶς μὴ τὸ τελόληοιν πάλιν πρειόδων τινῶν ἀλημμόνων χρόνε, εἰς ὃ νυῦ ἐσμὲν καταϛήσεοθαι ἀῆμας.

Chryſippus de reſurrectione.

De hac renovatione mundi *Plato* vaticinium antiquum Orpheï tale refert:

Ἑκτῇ ἐν γενεῇ καταπαύζεται κόσμος ἀειδὴς.
Ætate in ſexta ceſſabit machina mundi.

Mundum ſex annorũ millibus duraturũ.

Id quod deſumptum videtur ex prophetia familiæ *Heliæ*: qui prædixiſſe fertur mundum ſex millibus annorum duraturum, poſtea interiturum, & noviſſimè

renovatum iri à Deo rerum omnium reſtauratore: *Heliæ* hæc verba eſſe multi credunt: *Duo millia inane, duo millia Lex, & duo millia Meſſias.* Et de hac reſtauratione univerſi plena ſunt Sibyllarum ſcripta. Sed nos certiora multò diſcimus ex ſacris literis, quæ apertè id docent & affirmant.

Ut iterùm ad Branchidarum ſive Apollinis Didymæi templum revertamur, quod ſumptu, & opibus non ceſſit Delphico, abfuit à Mileto metropoli Ionię octodecim ſtadiis, & ab Ionico littore viginti.

Ad oraculum cùm aliquando veniſſet *Seleucus* Syriæ Rex, ut inquireret de ſuo in Macedoniam reditu, quam poſt Alexandri Magni mortem cupiebat Imperio Syriæ conjungere: Hoc verſu illum à propoſito Deus divertit.

Oraculum Seleuco datum.

Μὴ σπεῦδ' Εὐρώπην· Ἀσίη τοι πολλῷ ἀμείνων.

Ne propera Europen: Aſiæ tibi fauſtior ora.

Cumq; idem percunctaretur de loco ubi moriturus eſſet, reſponſo hoc ambiguo illi DEUS annuit.

Ἄργος ἀλωόμενος τὸ πεπρωμένον εἰς ἔτος ἵξεις·
Εἰ δ' ἄρα πελάζοις τότε κεν θανάτοιο μοῖραν ὁλοῖο·

Fatales perages annos, ſi fugeris Argos.
Ante ævum fatale cades, ſi veneris Argos.

Rex DEI admonitionem animo recondens, urbes omnes Argi nomine appellatas vitavit, ut Peloponneſiacam, Amphilochicam, & aliam in Oreſtia prope Macedoniam, à qua Macedones olim vocabantur Argeadæ, & aliam à Diomede conditam in Ionia: Sed poſtquam Lyſimachum ſuperatum ad Lyſimachiam urbem interemiſſet, caſu incidit in aram quandam cultu celebrem, quam regionis accolæ vocabant *Argos*, ubi à Ptolomæo Cerauno per inſidias interfectus eſt.

Licinio datum oraculum.

Hoc quoq; Branchidarum oraculo deluſus eſt *Licinius* Imperator, qui cum *Conſtantino* Magno regnabat: Is ſpe obtinendæ monarchiæ ductus, Apollinem Mileſium ſive Didymæum conſuluit, qui illi in hæc verba reſpondit:

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
Σή τε βιὴ λέλυται· χαλεπὸν δὲ σὲ γῆρας ἱκάνει.

Te vetulum vexat juvenum manus impete forti:
Et tua jam fracta eſt vis, adventante ſenectâ.

Sozomenus lib. 1. cap. 7.

Etiamſi in multis multa vera protulerit Dæmon, quia tamen mendaciis gaudet, omnia ejus reſponſa ambigua, & incerta proponit, ut homines decipiat, & in interitum adducat: quâlia multa legimus antea. Hinc λοξίας Apollo vocatus eſt, quòd veritatem oraculorum ænigmatibus, & obſcuris verbis ita intricet, ut in contrarium ſenſum plerumq; interpretari poſſint.

Apollo λοξίας.

Branchidarum oraculum juſſerat aliquando *Pactyam Lydum*, (qui à Cyro Rege Perſarum defecerat, ſecúmq; ingentem vim auri abſtulerat) tradendum Tabalo Præfecto regio Sardis. Ariſtodicus Cumæus Heraclidę filius, cùm grave putaret, & ab omni humanitate alienum, ſupplicem hominem barbaro regi ad certũ exitium tradere oraculi vanitatem refellere volens, templum Branchi undiq; circumivit, paſſeres, aliásq; aviculas, quæ in templi parietibus nidificarant, è nidis excuſſit, & ejecit. Quæ dum faceret, vox ex adyto templi audita eſt: *O hominum ſceleſtiſſime, quænam libido te inceſſit, ut audeas meos ſupplices è templo meo deturbare?* Reſpondit Ariſtodicus: *Et tu hujuſmodi auxilium fers ſupplicibus; dum Cumæos jubes Pactyam ſupplicem Perſis prodere.* Cui Deus: *Equidem jubeo, ut malè agentes malè pereant: neq; deinceps hoc oraculum veſtris interrogationibus importunis laceſſatis.* Hoc poſtremum reſponſum cùm accepiſſent Cumæi, Pactyam ablegaverunt Mitylenam; inde in Chium, Chii verò illum hoſtibus tradiderunt. *Herodot. lib. 1.*

Oraculum contra Pactyam Lydum.

Julianus Imperator poſtremus fuiſſe dicitur, qui ad Dæmonum oracula ſe contulerit, auguriisq;, extiſpicina, cæterisq; Ethnicorum ſuperſtitionibus uſus ſit.

Cùm

Cùm enim expeditionem pararet in Persas, de qua valdè solicitus erat, postquam sacrificiis consuetis Deos placasset, & ad Ctesiphontem levi prælio de hostibus victoriam reportasset, pro gratiarum actione, dum Marti instauraret sacrificium; ex decem tauris, antequam ad aras pervenissent, novem morte subitâ corruerunt. Decimus fractis funibus effugit, vixq; iterùm captus, calcitrando, & reluctando tandem cum difficultate ad altare perductus est: quod mali ominis indicium Aruspices omnes interpretati sunt. Placuit igitur Deum consulere, ut ab eo planiùs ediscceret, quis futurus esset belli exitus. Cui in hæc verba responsum est:

Juliano Imp. respõsum datum ambiguũ.

Γηγυέων πολὲ φῦλον ἐνήεκτο μητίετα Ζεύς.
Ἔχθιστον Μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Ῥωμαίων Βασιλεῦς Ἰυλιανὲ θεοειδὴς,
Μαρνάμενος Περσῶν πόλιας, καὶ τείχεα μακρὰ
Ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ, κεραπερῶτε σιδήρῳ
Νοσφισθεὶς δ' ἐδάμασσε πόλεις, τε καὶ ἔθνεα πολλά.
Ἀλλὰ καὶ Ἐσπερίων ἀνδρῶν Ἀλεμάνικον ἔδας.
Ὑσμίνας πυκινῆσιν ἐλὼν ἀλαπάξεν ἀρούρας.

Terrigenûm quondam stravit Saturnius agmen,
Cœlicolûm divo populo quod bella parabat.
At Dux Juliane invicte clarissime Romæ,
Tu Persas bello profligas, mœnia, & urbes
Diruis, & ferro, & hostilibus omnia flammis
Vasta facis, populisq; domas cum pluribus urbes.
Quinetiam occiduis Alemanæ gentis in oris,
Prosterniq; acies, & agros populare feroces.

Obscuro hoc responso multa Dæmon fallax Principi nefario promittit, sed falsa, ut illum deluderet, & de sua apostasi, Deo ita jubente, ultionem sumeret: Nam paulò post cum hoste congressus, in conflictu ab homine quodam incognito conto transfossus vitam cum Imperio amisit; exercitus fame consumptus est; pax fœda & turpis cum hoste pacta, proditis civitatibus, quæ nunquam antea juri Persico paruerant.

Juliani Mors.

Cares aliquando Apollinem Milesium sciscitati sunt, quos in suum auxilium accerserent, dum bellum pararent contra Persas: an Milesios ipsos sibi expeditionis socios sumerent: Branchida Sacerdos Deo concepto respondit:

Milesii ab Apolline notati ignavia.

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Olim cùm dicat *Milesios fuisse strenuos*, infert postremis temporibus à majorum virilitate degenerasse, ideò Caribus futuros inutiles. Factumq; est, ut pugnâ cum Persis conserta, Milesii omnes ad internecionem cæsi sint.

De Brancho ita scribit *Statius:*

Primoq; æqualis honori Branchus. Et *Mirandula in hymnis:*

Hinc quoq; Branchiaco vatem stimulavit ab axe
Delius, innumeris subigens ambagibus orbem.

Apollo Thyrxeus.

Apollo *Thyrxeus*, qui prope Cyanas in Asia colitur ad Lycum amnem, fanum habuit religione clarum: cui adjacebat fons aquis fatidicis: in quas qui intuebantur, præfatis aliquibus verbis, & precibus, agnoscebant quæ vellent.

MERCURIUS TRISMEGISTUS.

Quòd Iove sis genitus magno, vis enthea mentis
Divinæ, et cœli cognitio alta probat.

MERCURIOS antiquitas *tres* numeravit. *Primus* Cœli & Himeræ, hoc est, diei filius habitus est. *Secundus* Liberi Patris, & Proserpinæ. *Tertius* Jovis & Majæ Plejadis: quibus alii addunt *quartum* Jove & Cyllene genitum. *Quintus* citatur à *C. Cotta* Pontifice, (qui apud *Ciceronem* de religionibus, & varietate opinionum de Diis disputat) & hunc esse dicit, qui Argum occidit, unde Ἀργειφόντης vocatus est. Propter cujus cædem Jovis jussu factam, ut ab Argi Actoris filii custodia *Io* Inachi filiam in vaccam mutatam liberaret, relictâ Græciâ in Ægyptum cum Io fugere coactus est. Sed mythologi hanc fabulosam historiam mysticè interpretantur. Argum enim illum πανόπτιον oculatum interpretantur sphæram stelliferam, innumeris oculis, hoc est, multitudine stellarum fulgentem. Mercurium autem pro Sole capiunt, qui ortu suo, profuso lumine, stellarum lucem obscurat. Unde dicitur Argum interemisse, quia stellæ species quædam videntur cœlestium oculorum. Lege de hac re *Macrobium lib.* 1. *Saturnal. cap.* 19.

Ἑρμῆς Ἀργειφόντης.

Mer-

Mercurius igitur ob cædem Argi in Ægyptum fugiens, honorificè ab omnibus exceptus est, propter eruditionem, literarúmq; cognitionem, & Jurisprudentiam: Leges enim dedit Ægyptiis, & modum præscripsit vitæ tranquillæ, & ad conservationem societatis humanæ accommodatæ. Ritúsq; sacrorum literis mandavit, & Sacerdotum collegia instituit, qui singuli peculiaribus ceremoniis Deos patrios colerent, & iis pro anni temporibus sacrificia facerent. Fuit enim inter Ægyptios Sacerdos, Philosophus, & Rex: floruitq; ante Pharaonum tempora. *Suidas* scribit illum nomen *Trismegisti* sortitum fuisse ob *Trinitatis mysterium*, ab ipso primo inter Ethnicos revelatum. Erat enim doctrinâ excultissimus, & rerum usu excellenter exercitatus. Idcircò Ægyptii viventem summâ reverentiâ coluerunt: mortuúmque pro DEO habuerunt, illum *Theuth* appellantes, & ab ejus nomine Septembrem (qui apud eos est primus anni mensis) cognominaverunt. In ejus honorem ædificata est in Ægypto *Hermopolis:* Nam Ἑρμῆς apud Græcos est *Mercurius*. Is multa scripta reliquit de cognitione rerum divinarum. In quibus Deum unum & solum esse tradit Patrem, & ἀνώνυμον. Quia cùm unus sit & solus, nomine non eget, ut ab aliis discernatur. Ὁ δὲ Θεὸς, *inquit*, ὁ ἷς, ὀνόματος οὐ προσδέεται, εἰ μὴ ἀνώνυμος. Et hunc Deum, qui solus est & Deum alium neminem suæ Divinitatis socium admittit, fatetur esse conditorem hominis.

Mercurius Rex, Sacerdos, & Philosophus ante Pharaonum tempora.

Trinitatis mysterium à Mercurio revelatum.

Theut Mercurius.

Deus ἀνώνυμος.

Καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων, τῆς μὲν ἀθανάτου, καὶ τῆς θνητῆς μίαν ἐποίει φύσιν ἀνθρώπου: τὸν αὐτὸν πῆ μὲν ἀθάνατον, πῆ δὲ θνητὸν ποιήσας, καὶ τέτον φέρων ἐν μέσῳ θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς, καὶ μεταβλητῆς καθεστήσατο, ἵνα ὁρῶν ἅπαντα, ἅπαντα δὲ θαυμάζῃ.

Atqui DEI hujus summi filium vocat Δημιεργὸν: quòd per eum facta sint omnia, quæ in hoc mundo creata sunt. Et hujus filii nomen ait incognitũ esse omnibus hominibus, ipsis etiam Angelis, qui DEO assistunt, & ejus voluntatem jussáq; promptitudine mirabili exequuntur. Mysterium tamen generationis hujus filii admirantur & suspiciunt; cujus nomen ore non potest exprimi:

Δημιεργὸς Dei filius.

Ἀιδία δὲ τέτε αἰδίε ἡ δὲ Θεῦ ἀγαθῆ βέλησις, ἣ Θεὸν προήνεγκεν, ὃ τὸ ὄνομα ἀδύνατον ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι. Et paulò post addit iterùm: Ἐὰν δέ τις, ὦ τέκνον, ἀπόῤῥητον λόγον σοφίας πάντων καὶ προγεννωμένε κυρίε, ὃ εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι.

Idem Trismegistus, (ut citat *Lactantius lib. 4. de verâ Sapientiâ*) fatetur Dei summi filium venturum in carne, ut legitur eo libro, qui inscribitur Λόγος τέλειος.

Ὁ κύριος, καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν Θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ὅτι τὸν δεύτερον ἐποίησε Θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν: αἰσθητὸν φημὶ, ὃ λέγε τὸ αἰσθέσθαι αὐτὸν, (πρὸς δὲ τέτου οὐκ ἐστὶ πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν; ὅτι ὅμοιον τέτον ἐποίησε πρῶτον, καὶ μόνον, καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πλήρεσι πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡγίαζέτε, καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.

Trismegistus de Christo.

Hunc quoq; DEI filium testatur Hermes venturum ultimis sæculis, ad liberationem & salutem piorum.

Ἐπ' ἀν δὴ ταῦτα ὧδε γένηται, ὦ Ἀσκληπιε, τότε ὁ κύριος καὶ Πατὴρ, καὶ Θεὸς, καὶ ὁ πρώτος, καὶ ἑνὸς Θεῦ Δημιεργὸς ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις, καὶ τῇ ἑαυτῦ βελήσει, τοῖς τοιέτοις τὸ ἀγαθὸν αὐτερεισας τῇ ἀταξίᾳ, καὶ ἀνακαλεσάμενος πλὴν πλάνην, καὶ πλὴν κακίαν ἐκκαθήρας: πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ καταβλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ μαχαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις, καὶ λοιμοῖς ἐκτέσας, ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀποκαθέστησε τὸν ἑαυτῦ κόσμον.

Non fuerunt ignari summi illi Philosophi unum esse Deum conditorem, & conservatorem mundi: sive id didicerint ab Ægyptiis, qui omnium postremi doctrinam à primis parentibus acceptam servaverunt integram, sive legerint libros sacros Israëlitarum, & monumenta Prophetarum DEI, qui Spiritu Sancto afflati multa prædixerunt de mutatione regnorum, de afflictionibus, & ærumnis, quas Deus immittet hominibus propter idolorum cultum, & enormia crimina, quæ hanc idolomaniam consequi solent.

Neq; solus hic Hermes Deum unum, & solum esse adorandum cognovit, *Justinus Martyr* citat locum ex Orpheï Poëmate ad Musæum, quod Μαθήκας vocat, in quo unum ac solum Deum conditorem, bonorum datorem, & vindicem scelerum fatetur.

Orphei de uno Deo sententia.

Μῶσαι, ἐξερέω γὰρ ἀληθέα: μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ:
Εἰς δὲ Λόγον θεῖον βλέψας, τοῦτῳ σὺ νοήσεις
Ἰθυμίων καρδίης νοερὸν κύτος, ὃς δὴ διέβαινε
Ἀτραπιτὸν, μοῦνον δὲ ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἐς αὐτογόνης, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται:
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς θαυμάζεται: ὃν δ' ἢ τις αὐτὸν
Εἰσορόᾳ θνητῶν: αὐτὸς ἢ γε πάντας ὁρᾷ.
Οὐ δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι.
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα:
Οὐδέ τις ἐσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλοιο Ἄνακτος.
Αὐτὸν δ' ἔγχ' ὁρόω: θαῦμα γὰρ νέφος ἐσάμβατον.
Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνητὴ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
Ἀθανέες δ' ἰδέειν τὸν Δία πάντων μεδέοντα.
Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' ἀερτὸν ἐσάμβατον
Χρυσέῳ ἐν θρόνῳ. Γαίης δ' ὑπὸ πᾶσα βέβηκε.
Χεῖρά τε δεξιτερὴν ὑπὸ τέρμαθ' Ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν: θαῦμα γὰρ τρέμει ἄρεα μακρά.
Καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

Hæc sic Latinè reddita sunt:

Vera loquor, Musæe, audi: non prodita quondam
Pectoribus, caræ privent te lumine vitæ.
Tu verbum aspiciens Divinum, hæresce re nunquam
Huic cessa: huc mentem verte, huc cor dirige: rectam
Insistensq; viam, mundi Regem aspice solum.
Ex se unus genitus: genita & sunt omnia ab uno.
Versaturq; in eis ipse: ex mortalibus ullus
Non videt hunc: contra sed cunctos lumine cernit.
Largitur mala deq; bono mortalibus. Idem
Ærumnas tristes ciet, & lacrymabile bellum.
Nec regum quisquam est Rege illo major in orbe.
Ipsum ego non video velatum nubis amictu.
Namq; tueri acie infirma, qui cuncta gubernat,
Mortales nequeunt oculi, regemq; coruscum.
Ipse autem in magno constans, & firmus Olympo est:
Aureus huic thronus est, pedibus subjectaq; terra:
Oceani ad fines illi protenditur ingens
Dextera, qua montes alti tangente tremiscunt,
Et fluvii, canumq; æquor cum sede profunda.

Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum postremos versus paulò aliter recitat, & auget hoc modo.

Ἐκτέτακεν, ὀρέων ἢ τρέμει βάσις, ἐνδόθι θυμῷ
Οὐδὲ φέρειν δύναται κραιπνὸν μένος, ἐστὶ δὲ πάντῃ
Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ὑπὸ χθονὶ πάντα πελάζει.
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσων, ἠδὲ τελείων,
Ἄλλως δ' ἥμιτον σε λέγειν: τρομέει δὲ τε γαῖα.

Expandit dextram, montanas concutit intùs
Ira bases, motus nec possunt ferre valentes.

Ipse

Ipſe eſt in cœlis, & terram amplectitur omnem.
Principium mediis, extremisq; ipſe paratum eſt.
Non aliter fas eſt te dicere: membra tremiſcunt.

Idem *Clemens* alios quoq; ex Orpheo citat verſus, teſtantes unum & ſolum Deum eſſe omnium conditorem. *Deus unus & ſolus.*

Εἷς ἐς' αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.

Unus perfectus per ſe: ex uno omnia facta.

Et alibi, ubi exprimit Chriſti nativitatem, & ortum ſecundùm carnem ex Chaldæa gente futurum. Chaldæos enim capit pro Hebræis, qui ex Chaldæa regione venerunt.

Εἰ μὴ μεμονωμένης τις ἀπορρῶξ φύλλα ἄνωθεν
Χαλδαίων, ἴδρις γὰρ ἔην ἀέρθοιο πορείης.

Unigenam præter, cui derivatur origo
Chaldæûm de gente: via huic nam cognita cœli.

Euſebius lib. 9. de præparatione Euangelica citat hoc teſtimonium de vero Deo, quem Chaldæi, & Hebræi colant: quod ſuperiùs ad *Serapidis* Oracula retulimus.

Χαλδαῖοι μὲν νοφίλω λάχον: οἱ δ' ἀρ' Ἑβραῖοι
Αὐτογνήτην Ἄνακτα ζεβαζόμενοι Θεὸν ἀγνῶς.

Chaldæis quæ vera eſſet Sapientia tantùm
Hebræisq; ipſis conceſſum agnoſcere, purâ
Æternum qui mente colunt regemq; Deumq;.

Noverant ſanè antiqui illi Philoſophi ex uno DEO dependere certitudinem cauſarum omnium, quas ſolus mutat, quotieſcunq; placet, nec cuiquam ſubjectus eſt: ſed illius voluntate cuncta gubernantur & reguntur. Contra opinionem Stoïcorum, qui Deum poſt abſolutum mundi opificium credebant otioſum in cœlis degere, gubernationemq; rerum relinquere Fato & Fortunæ. *Deus Stoïcorum otioſus.*

Non Deus eſt Numen Parcarum carcere clauſum,
Quale putabatur Stoïcus eſſe Deus.
Ipſe poteſt Solis currus inhibere volantes:
Ipſe velut ſcopulos flumina ſtare jubet.

Omnes enim eventus, omnia conſilia, DEO adjuvante, ſunt proſpera & ſecunda: quod ſæpè repetit *Pindarus:*

Γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος ἀρχάπε δαίμονος
Ὥρνυσι καὶ ἄυξεται.

Jucundus hominibus exitus, principiumq; Deo incitante creſcit. Et *in Olympiis:* Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ ζοφίαις ἀνθεῖ ἐς ἀεὶ πεπαιδεύσιν. *Deo adjuvante homines in perpetuum florent Sapientiâ.* Et paulò poſt:

Πολλοὶ δ' ὁδοὶ ζωὰν θεοῦ ὀπαδίαις.
Multæ ſunt viæ felicitatis Deo comitante.

Ejuſmodi plurima leguntur apud antiquos, quæ ex commercio, & frequentatione cum Patribus ſanctis, & ex lectione librorum ſacrorum eos didiciſſe eſt veriſimile. Non enim dubium eſt Orpheum, Pindarum, Platonem, aliosq; plurimos legiſſe Iſraëlitarum libros: ſed ſuperſtitionibus ubiq; creſcentibus, & opinione de Deorum pluralitate ab omnibus populis receptâ, ſubobſcurè mentis ſuæ conceptum ſcriptis mandaverunt, quæ expuncta, abraſa, & correcta fuerunt à Sacrificiculis, & Dæmonum ſacerdotibus, ne populus averteretur ab idolorum cultu. Periculoſum enim fuit veritatẽ in medio proponere poſterioribus maximè ſæculis: ut legimus de Socrate, Platone, Theophraſto & aliis: quorũ alii morte plexi, alii in vitę diſcrimẽ venerunt, quòd doctrinã de uno Deo, contra omniũ opinionẽ publicarẽt.

Sed

Statua Mercurii fatidica.

Sed de noſtro Mercurio hoc addendum eſt, illum poſt obitum divinis honoribus fuiſſe cultum, non ſolùm in Ægypto, ſed per totum orbem terrarum, templis illi, arísq;, & ſacrificiis dicatis. Ac inter cæteras ejus ſtatuas una fuit lapidea in Achaiâ Pharis, quæ oracula reddebat. Ad eam enim ſub veſperam thus incendebatur in arâ, lucernæ replebantur oleo, & ad dextram ſimulachri manum reponebatur nummus aheneus, precésq; auribus DEI obmurmurabantur: quibus ritè peractis, ſciſcitantes diſcedebant è templo domum obturatis auribus, egreſſiq; forum, quam primò vocem apertis auribus excipiebant, reſponſi loco interpretabantur, tanquam à Mercurio emiſſam.

Hermes de Trinitate.

De *Trinitate* loquens Hermes inquit, *in Trinitate unam eſſe Deitatem:* his verbis: *Fuit Lumen intelligens ante Lumen intelligens, & fuit ſemper Mens Mentis Lucida: & nihil aliud fuit hujus veritas, & Spiritus omnia continens. Extra hunc non eſt Deus, non Angelus, non eſſentia ulla alia. Omnium enim Dominus eſt, & Pater, & Deus, omnia ſub ipſo, & in ipſo ſunt. Obteſtor te, cælum magni Dei ſapiens opus, obteſtor te vocem Patris, quam locutus eſt primum, cùm omnem mundum formavit, obteſtor te per unigenitum Sermonem, & Patrem omnia continentem, propitius, propitius mihi eſto.* Lege *Suidam* de reliquis.

Dii ab hominibus facti.

In Aſclepio Hermes *alios Deos à ſummo Deo factos*, dicit, *alios ab hominibus.* Et paulò poſt: *Quoniam majores noſtri* (Ægyptios intelligens) *multùm errabant circa Deorum narrationem increduli, & non animadvertentes ad cultum religionemq; divinam, invenerunt artem, quâ efficerent Deos. Cui inventæ adjunxerunt virtutem de mundi naturâ convenientem: Eamq; miſcentes, quoniam facere non poterant, evocantes animas Damonum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus ſanctis, divinisq; myſteriis: per quas idola, & benè faciendi & malè vires haberent:* Auguſtinus lib. 8. de Civitate Dei cap. 24.

Abelis liber de Planetis.

S. Thomas in libro quem edidit *de Ente & Eſſentia*, tradit Abelem Adami filium conſcripſiſſe quædam de virtutibus & proprietatibus Planetarum: Cúmq; cognoſceret mundum periturum diluvio generali, characteribus certis id deſignavit, ſignatumq; ſecretum lapidi incluſit, nequid damni ex inundatione cataclyſmi ſcripta acciperent. Multis poſt diluvium ſæculis ſcripta hæc pervenerunt in manus Mercurii Triſmegiſti: ex quibus de multis edoctus eſt, quæ omnia in ſuum uſum convertit: nempe modum conſecrationum, & arcana plurima ad Magiam naturalem pertinentia: Eadem ſcripta per manus tradita ab illâ antiquitate, tandem devenerunt ad S. Thomam: ex quibus didicit confectionem quarundam imaguncularum, quæ conſecratæ ad certos Planetarum influxus, & cœli poſitionem, avertunt occurſum noxiorum animalium: impoſitæq; fontibus efficiunt, ut urnę frangantur ad aquarum contactum. Et alia infinita ſecreta, quæ per Magiam naturalem procurantur, quam multi aſtu Diaboli decepti non alienam à pietate audent affirmare. Quicunq; primus hanc hiſtoriam contexuit, graviſſimè erravit, aliosq; decipiendo ſibi ipſi impoſuit. Indignum, certè, Chriſtiano eſt credere, ſanctum illum Patriarcham Abelem, tam citò à creatione hominis in hæc deliria lapſum eſſe, ut tam curioſa, vana, & impia ſcriptis mandaverit, per quæ homines in errores pernicioſos inducerentur, & à Deo vero alienarentur.

NB.

Venturum Chriſtum prædixit, qui cultum idolorum ſubverteret.

Hermes item *in Aſclepio* de cultu Dæmonum loquens, (in quo Ægyptii reliquos orbis totius populos ſuperabant) ita ſcriptum reliquit: *Quoniam præſcire cuncta prudentem decet, iſtud vos ignorare fas non eſt. Futurum tempus eſt, cum appareat Ægyptios in caſſum piâ mente Divinitati ſedulam religionem ſervaſſe: & omnis eorum ſancta veneratio in irritum caſura fruſtrabitur.* Ubi videtur deſignare venturum Chriſtum, qui doctrinâ cœleſtis Euangelii per ſuos Apoſtolos cultum Dæmoniorum ſubverteret. Poſtea addit Hermes: *Tunc terra iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum, atq; templorum, ſepulchrorum erit mortuorumq; pleniſſima.*

De Triſmegiſto his verbis loquitur *Lælius Cleopaſſius Hydruntinus* in ſuis poëmatibus, ubi introducit Mercurium diſſerentem de uno ſolo & æterno Deo, ac de ſuperſtitionibus Ægyptiorum:

Gen-

Gentiles coluiſſe Deos me Barbara Memphis
Vidit, & Iſiacis incubuiſſe ſacris;
Sed fixiſſe oculos longè altiùs inſcia mente
Perſonis unum nam tribus eſſe Deum
Diſtinctum ſenſi Patrem, Natumq́; : ab utroq;
Divinus manat Spiritus atq; Deus.
Cætera, quæ mundi gentes coluere prophanæ,
Numina, confictis ſunt data nominibus.
Quoſq; Deos dixi Geniis extare vocatis,
Hos ſenſi humani vanum opus ingenii.
Stulta ſuperſtitio, & fallaces dæmoniorum
Technæ, & Magnatum prævaluére minæ.
Connivere neceſſe fuit me moribus illis:
Mors ſpretæ precium relligionis erat.
Sed tamen arcanis docui myſteria ſignis
Maxima, prudenti non niſi nota viro.
Quæ declarabant unum ſuper æthera Numen
Eſſe, hoc mundanum quod ſtatuiſſet opus.
Cujus ſtelliferos immenſa potentia cœlos,
Et terræ, & pelagi vaſta fluenta replet.
Qui regit, & vegetat latum, quem condidit, orbem:
Cui ſimilis nullus, parq́; in honore Deus.
Secretum hoc ſolis notum Sapientibus: error
In denſis reliquos detinuit tenebris.
Hoc ſibi homo exitium conflat, dum Numine ſpreto
Inventis ſtolidè luxuriat propriis.
Cæcæ ſunt hominum mentes, niſi cœlitùs illas
Divini fulgor Luminis irradiet.
Ipſe ſui cultûs leges præſcripſit: ab harum
Normâ mortali flectere vota nefas.
Solus enim, ſolus (qui quâ ratione jubetur
Aris imponit munera) ritè litat.

Cleopaſſus de Mercurio.

Et certè Cleopaſſus veram hîc Mercurii mentem declaraſſe videtur. Certum enim eſt magnum illum Regem, Sacerdotem, & Philoſophum mente conjectaſſe multa de omnipotenti, & æternâ DEI Subſtantiâ, quæ ſuæ Divinitatis nullum participem vel ſocium admittit: cùm ſolus ſit omnium conditor: omnésq; creaturæ cum cœleſti majeſtate collatæ, minùs ſint quàm nihil. Quapropter mihi graviter peccare videntur, qui Philoſophorum antiquorum laudē ita imminuunt, ut nihil illis relinquant, quàm neſcio quas virtutes politicas, quæ ab omni pietate ſint alieniſſimæ. At non eſt quod ſummis illis viris tantillum gloriæ invideamus. Ignaros quidem admittam illos fuiſſe adventus CHRISTI Servatoris, per quem ſolum ſalus mundo parta eſt: Illos tamen non dubito mente concepiſſe unum Deum, qui ſolus coli vellet ac deberet; Reliquos Gentium Deos crediderunt eſſe Genios Aſſeſſores illius ſummæ Divinitatis, à quâ, communicatione quadam, multum potentiæ in humanas creaturas accipiebant, ut illis in neceſſitatibus opitulari poſſent, morbis ſuccurrere, alimoniam præbere, telluris ubertatem promovere, & reliqua ejuſmodi procurare, quæ adornatum, & neceſſitatem facerent: ideò aliquem ſecundum honorem Geniis illis tribuerunt, quatenus per eos ſummus ille Deus tam excellentes virtutes operaretur. Philoſophia quidem hæc errores maximos in ſe continuit, utpote quæ anſam præbuit cultûs idolorum, & mortuorum: qui poſtquam introductus eſt, paulatim extirpavit omnem reverentiam quæ DEO ſummo debebatur: Neq; in poteſtate fuit poſterorum eradicare

Multi ſinistrè ſentiūt de Philoſophis antiquis.

è mentibus hominum conceptam hanc de pluralitate Deorum opinionem, quam vulgus obſtinaciter retinuit, & Principes ſuperſtitioſi edictis ſeveriſſimis obſervari præceperunt.

Hinc videmus Socratem potâ cicutâ mortem ultrò ſubiiſſe, quòd unum Deum conditorem rerum omnium coli debere doceret: Platonem, Theophraſtum, aliosq; plurimos hanc opinionem ſecutos de vitâ periclitaſſe. Qui ſi ſcriptores habuiſſent idoneos ſuarum opinionum promulgatores, fortaſſis legeremus inſignia pietatis illorum teſtimonia. Metus illos coërcuit, ne auderent propalare, quod animo ſentirent. Puſillanimitas illorum vituperanda eſt, ſicuti conſtantia illa & Zelus ardens ſanctimoniæ & pietatis erga Deum meritò laudatur in ſanctis martyribus primitivæ Eccleſiæ, qui alacriter, & fortiter, rejectis idolorum, & creaturarum cultibus; diverſorum ſuppliciorum cruciatus ſuſtinuerunt, ad unum æternum & omnipotentem Deum convertentes oculos, & ad ejus Filium æternum JESUM CHRISTUM, per quem vitæ æternæ fruitionem expectabant, & ea fide jam potiebantur in terris. Ideò illos oportuit virtute ſupernaturali confirmari, qua ſalutaris Euangelii doctrina in animis fidelium inſinuaretur, dum conſtanter mortem obirent; miraculisq; diverſis in vitâ, & poſt mortem illuſtres redderentur. Ideò tantis honoribus illos coluit antiquitas, & veneratur hodierna fidelium charitas.

Metus Philoſophos multos coërcuit ne veritatem de Deo publicarēt.

Palæphatus lib. II. tradit Mercurio Triſmegiſto patrem fuiſſe Philonem, qui ex Proſerpina filia, quam in balneo conſpexerat, generavit hunc filium: eumq; cùm exponere vellet propter inceſti dedecus, conſuluit Mathematicum quendā, qui eo tempore famâ erat celebris, propter aſtronomicas prędictiones & vaticinia. Is Philoni patri reſpondit puerum, qui ex ejus filiâ natus erat, fore maximum & doctiſſimum rerum divinarum interpretem. Obtenturumq; inter homines magnam auctoritatem, & potentiam: id illi ex aſtris promitti eventu certiſſimo. Pater hoc vatis reſponſo motus, puerum ſervavit, & educavit: curavitq; bonis literis & liberalibus omnibus diſciplinis inſtitui: ita ut cum tempore miraculo omnibus factus ſit, propter doctrinam, & ingenii acumen.

Mercurius Philonis & Proſerpinæ filius.

Atq; ideò dictus eſt SOL, quòd quaſi lumen eſſet mundi, ob excellentem rerum omnium ſcientiam. Quod autem noſtro tempore quidam exiſtimant, (ſequentes *Marſilii Ficini* opinionem,) Mercurium hunc Triſmegiſtum ſecundùm *Suidam* præceſſiſſe Pharaonum tempora, & conſcripſiſſe libros de origine mundi, à Deo omnipotente Sapiente & Bono conditi, ex quo Moſes bonam ſuæ Geneſis partem deſumpſiſſe probetur: quòd iiſdem verbis utatur, quibus Mercurius in primâ creatione, *Et ferebatur Spiritus DOMINI ſuper aquas.* Horum opinio, ut falſa eſt, ita quoque periculoſa eſt, & in Atheiſmum præceps. Sanctus *Propheta* MOSES, *qui cum DEO locutus eſt de facie ad faciem*, non opus habuit teſtimonio hominum, quantumvis excellentium in omni genere doctrinæ, cùm à fonte luminum, & omnis Sapientiæ potuerit haurire ea omnia, quæ ad ſuæ hiſtoriæ certitudinem facerent. Quòd ſi Mercurius, & alii aliqui conſentanea multa publicarunt cum eis, quæ in ſacris continentur voluminibus, non dubium eſt, quin ea didicerint à Chaldæis, Judæis, & Ægyptiis, qui eam doctrinam à primis Patribus, quaſi per manus acceptam, & diu in ſuâ puritate conſervatam retinuerunt: quæ ſucceſſu temporis, Dæmonum aſtu, & populorum in ſuperſtitiones & idololatriam proclivium violentiâ, paulatim in mentibus hominum refrixit, obſcurata eſt & extincta. Quapropter, cùm de hac mundi creatione ratiocinamur; ſolius Scripturæ ſacræ teſtimonio niti & fulciri nos oportet: ne dum externorum auctorum aſſertiones admittimus, fidei noſtræ fundamenta luxemus, & debilitemus: quæ hodiè tot monſtroſarum hæreſeum convelluntur ſectis, & niſi Spiritus DOMINI mentes Electo-

Curioſitas in multis periculoſa.

rum

rum ſuorum confirmaret, labefactarentur. Tanta eſt in animis omnium innata curioſitas, & controverſiarum, contradicendíq; cupiditas, ut Sartoribus, Sutoribusq;, & mulierculis moris ſit diſputare de rebus ſacris, de Philoſophiâ, & abſtruſioribus Naturæ ſecretis: idq; conniventiâ & indulgentiâ doctiorum: qui dum aſſerunt ſalutem, quam obtinemus per JESUM CHRISTUM, ad omnes pertinere, cujuſcunq; ſexus & conditionis eſſe poſſint: ideò rationi conſentaneum eſſe cenſent, ut omnes huic ſtudio incumbant, erudianturq; in omnibus, & ſingulis, quæ in ſacris literis continentur. Hinc Enthuſiaſtarum tantus numerus ubiq; videtur, qui locorum obſcuriorum interpretationes ſibi vendicant: Doctores publicos audiunt, ut reprehendant, & in dubium adducant eorum doctrinam, ignorantiæ, negligentiæ, vel ſtupiditatis, eos redarguant; viſiones ſuas enarrant, ſomniant futura, prophetizant, & ejuſmodi deliriis agitati Spiritum Sanctum ſibi communicari autumant: Alii quorum malæ ſunt animæ colligunt adcuratè quæcunq; inveniunt in libris Sacris conformia cum antiquorum Philoſophorum opinionibus, & ex hac collatione & conformitate fidem abrogant verbo divino, contradictoria, abſurda, falſa, & pro ratione temporum, locorum, & perſonarum immutata vel neglecta in unum congerentes: Cumq; ſe in his exactam operam præſtitiſſe putant, nihil aliud præſtant, quam ſe in præcipitia omnis impietatis deturbent, conſcientias ſimpliciorum & incautorum illaqueent, & in perditionem adducant. Sapere quidem nos jubet Apoſtolus, ſed non quæ ſupra captum noſtrum ſunt. Sobriè de Divinis diſputandum, *ne dum Majeſtatem minùs opportunè ſcrutamur, opprimamur à gloriâ.* Modus in omnibus ſervandus eſt, neq; curioſitate nimiâ, aut garriendi ſtolidâ cupidine, aut ingenii aciem oſtentandi, danda eſt Satanæ occaſio nos decipiendi, aut alienandi animos noſtros à Chriſtianâ ſimplicitate: quæ Doctores Eccleſiis propoſuit, quorum documentis inſtitui & regi neceſſe eſt rudem plebeculam: quæ ſuo intenta operi, non debet nimiùm curiosè diſquirere, quæ ad eorum ſtatum & conditionem non pertinent.

Noli altum ſapere.

PROTEUS.

PROTEUS inter Deos marinos ab antiquis numeratus est, existimatúsq; filius Oceani & Tethyos, & Phocas Neptuni in mari pascere, plurimúmq; potestatis in Pelagi Numina adeptum. Ut qui Tritoni Glauco, Nymphisq; imperaret, & Æolum cum suis ventis ad tempestates movendas admitteret, quotiescunq; liberet: monstráq; æquoris incitaret ad naufragia cienda: Ideò Protei Numen metuendum placabant sedulò nautæ: tabulásq; ejectamentorum naufragii non minus ac Neptuno consecrabant. Fuit & idem vaticiniorum peritissimus: Responsa enim dabat poscentibus, nõ minùs certa quàm Apollinis, quotiescunq; in rebus dubiis ejus posceretur consilium; idq; nõ solùm postquã defunctus ad Deos relatus est, sed etiam dum adhuc in vita superstes esset. Princeps fuit juris humani diviniq; cultor insignis, religionis, & pietatis erga Deos observator, justitiæ, recti, æquiq; procurator: quiq; hominis vitam ad concordiam, societatémq; humanam referri debere docebat: terram colendam, & de

Proteus fatidicus.

Proteus Princeps doctus & religiosus.

& de primitiis omnium frugum ſacra Diis facienda. Hæc illi ſummam auctoritatem acquiſiverunt apud priſcas illas gentes rudes, & omnis cultus expertes, qui tantas virtutes in homine Principe ſuſpiciebant & admirabantur: ideò ſeſe ultrò illius dominationi ſubmiſerunt, illiusq; præceptis inſtitui ſe, & regi permiſerunt. Regnaſſe enim dicitur ſumma integritate in *Carpatho* inſulâ maris Mediterranei, quæ media eſt inter Rhodum & Cretam, continens in ſuo circuitu ducenta ſtadia, ſpectatq; Ægyptum verſus, non procul à Co inſula, ut teſtis eſt *Stephanus*, & *Plinius lib.* 4. *cap.* 12. Principatum antea tenuerat in Palene urbe Theſſaliæ. Tandem in Ægyptum trajiciens ſtatim propter Sapientiam & vitæ integritatem communibus ſuffragiis Rex electus eſt. Neq; deſunt, qui illum patriâ Memphitem faciant, Nili filium (qui olim vocabatur Oceanus,) & Tethyos: & in regno ſucceſſiſſe Pheroni Seſoſtris filio poſtquam cęcus factus eſſet. Pheron enim inundante Nilo ultra modum iratus, telum in medios vortices fluminis detorſit, ſubitóq; cæcitate tactus eſt per undecim annos integros: quibus exactis, monitus eſt oraculo, ut oculos lavaret urinâ mulieris, quæ unicum virum tantùm cognoviſſet: quod cùm feciſſet, viſum recepit: teſte *Herodoto*. Proteus verò regnum obtinuiſſe in Ægypto creditur belli Trojani temporibus. Nam *Herodotus lib.* 2. tradit Paridem Priami filium, dum expugnata Lacedæmone, abductáq; Helenâ Tyndari filiâ, & Menelai Spartiatarum Regis uxore, cum omnibus Regiæ theſauris in Phrygiâ claſſe remearet, tempeſtate actum, compulſum eſſe in Ægyptum, & ad Canopicum Nili oſtium adpuliſſe. Eo tempore Tomis quidam Princeps Ægyptius illi provinciæ præfectus erat à Rege Proteo. Is claſſem peregrinam invaſit, Alexandrumq; Paridem captivum miſit ad Proteum. Qui diligenti inquiſitione factâ à nautis, & ſervis Paridis, agnovit mulierem illam, quæ in navi erat Menelai Lacedæmoniorum regis uxorem eſſe, illamq; abductam à raptore hoſpite, contra jus gentium, & omnem æquitatem, abſente etiam viro. Quam perfidiam deteſtatus, prædonem ſeveriſſimè reprehendit, juſſitq; à ſuis finibus ante triduum excedere. Helenam verò cum omnibus opibus, quas Paris direptâ Spartâ ſecum vehebat, retinuit: ut datâ occaſione, illam poſſet ad Menelaum remittere. Sed Menelaus cùm poſt Ilii excidium cognoviſſet uxorem ſuam non veniſſe Trojam, ſed à Proteo detentam in Ægypto, ad eum duce Canobo navis ſuæ gubernatore navigationem ſuſcepit: Cumq; ad oſtium Nili perveniſſent, navibus egreſſi, Canobus Hæmorrhoïdis ſerpentis morſu periit, & illic ſepultus eſt. In cujus mortis ſolatium, Menelaus ad defuncti ſepulchrum urbem condidit, eamq; *Canobum* vel *Canopum* nominavit: colonósq; in eâ reliquit omnes ægrotos, & qui ad navigationem videbantur inutiles. Audienſq; apud Proteum regem, uxorem ſuam Helenam liberaliſſimè habitam, eam cum univerſis opibus recepit: quod videtur inſinuare Vergilius II. Æneidos, ubi ait:

In Carpatho & Palene regnavit.

Rex in Ægypto factus Proteus.

Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exulat.

Quæ ſi vera ſcripſerit Herodotus, minimè convenit hæc narratio cum iis, quæ ab Homero & Vergilio tradita ſunt. Helenam abductam à Paride primùm appuliſſe in Cranaën inſulã unam ex Sporadibus, è regione Sunii promontorii Atticæ, in quâ illi ſtuprum intulerit Paris, deindè in Phrygiam contendiſſe. Quâ injuriâ cõmoti Græci omnes Principes, in Aulidem Bœotiæ portum convenerunt, contractáq; mille navium claſſe in Aſiam trajecerunt, everſiſq; plurimis oppidis, ac direptis, decennali obſidione preſſum Ilium expugnarunt. Eo in bello multi inſignes Heroës, tam Græci quàm Trojani occubuerunt, inter quos & ipſe Paris cæſus eſt: Helenáq; Deiphobo fratri ejus nupſit: Sed cùm jam dolo Sinonis capta eſſet Troja, Helena proditionis particeps, facem ardentem ex arce dicitur ſuſtuliſſe, quod ſignum illi cum Græcis convenerat aggrediendæ proditionis. Ita fatali illa nocte Trojam ingreſſi Græci, Menelaum virum ſuum in Deiphobi cubiculum introduxit, quo interfecto cum priore viro in gratiam rediit. Sic devaſtatâ Phrygiâ, totáq;

Helena in Ægypto retenta à Proteo.

Homeri & Vergilii opinio de raptu Helenæ.

Myſiâ, diverſis infortuniis Græci duces remearunt domum: ipſéq; Menelaüs poſt octavum erroris varii annum, cùm Helenâ Spartam redivit.

Multa de hoc Proteo ſcriptis prodita ſunt, de ejus oraculis, & mutabilitate; quod in omnes quas vellet formas ſe tranſmutaret. Inde *Vertumnus* dictus eſt à Priſcis Latinis, ut ſcribit *Ovidius Metamor.* 14. quòd dum amore captus eſſet Pomonæ, ut ejus conſpectu liberiùs frueretur, ſe præbebat ſpectandum diverſo vultu, & formâ, qualem putabat Nymphæ placere; Tandem in anum mutatus, illi conatus eſt perſuadere, ne Vertumni amatoris nuptias tantoperè averſaretur: At cùm animadverteret omnes has artes parùm prodeſſe, ſéq; iis operam ludere, ad priſtinam naturalémq; figuram reverſus non admodum invitæ vim intulit, ejusq; nuptiis ultrò potitus eſt. Sed hæ fabulæ natæ ſunt ab Ægyptiorum moribus. Ægyptiis enim regibus, teſte *Diodoro Siculo*, mos olim fuit in inſignia Principatûs Draconis, Leonis, Tauri, Pardi, vel alterius alicujus feræ partem priorem capite geſtare, ut terribiles populoſeſe exhiberent. Aliquando ignem, vel aromata ſuavefragrantia, vel unguenta: quæ vel ad decorem facerent, & ornatum, vel ſtuporem, ſuperſtitionémq; aſpicientibus injicerent: Hæc enim miracula externa ſimplicem plebem mirum in modum afficiunt: dum moti admiratione rei inuſitatæ ſimul terrentur objecto pavendo: quibus ſi opinio ſanctitatis accedat, eos quos hoc modo ſuſpiciunt, & colunt, formidant ſimul, & ut in adorationem majeſtatis proclives ſunt omnes, ſuos reges tanquam divinitatis participes exiſtimant. Hæc oſtenta locum dedere opinioni vulgari, Proteum ſe mutaſſe in varias formas: unde natum proverbium, *Proteo mutabilior.*

Proteus in diverſas formas cur dictus eſt mutari?

Oraculum Protei ad Jovem.

Ejus nobile fuit hoc oraculum, quod reddidit Jovi amore Thetidis capto, & nymphæ nuptias ambienti. *Thalamos*, inquit Proteus, *puellæ ne invadas. In fatis enim eſt, eum, qui ex Thetide naſcetur, majorem patre futurum.* Juppiter qui antea Saturnum patrem regno deturbaverat, & ne ampliùs gigneret, illi virilia amputarat, veritus ne filium ex Thetide ſuſciperet, qui illum quoq; regno privaret; idq; illi eveniret, quod Saturno priùs fecerat, à Thetidis complexibus in poſterum abſtinuit: Ea Peleo Æaci Regis Oenopiæ & Æginę filio nupſit, vel ut alii volunt Endeidis Chironis filiæ, ex quâ nati ſunt Telamon, & Æacus Pelei pater: qui ex Thetide Achillem filium habuit, nobilem illum Martis alumnum, patre quidem gloriâ, factísq; bellicis multo majorem, imò Græcis omnibus famâ celebriorem. Qui in expeditione Trojana dum Polyxenæ Priami filiæ conjugium poſceret, proditione Hecubæ à Paride ſagittâ venenatâ in plantâ pedis ictus (nam toto corpore invulnerabilis erat) in templo Thymbræi Apollinis miſerè interfectus eſt, & in Sigæo ſepultus: ad cujus ſepulchrum, poſt everſionem Ilii, Pyrrhus, Achillis & Deidamiæ filius Polyxenam immolavit. Oraculum hoc datum Jovi de cavendis Thetidis nuptiis quidam ad Prometheum Japeti filium referunt.

De Protei mutabilitate *Ovidius Metam.* 8. ita ſcribit:

Sunt quibus in plures jus eſt tranſire figuras.
Ut tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modò te juvenem, modò te vidére Leonem;
Nunc violentus aper, nunc quem tetigiſſe timerent
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpè lapis poteras, arbor quoq; ſæpè videri;
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.

NICOSTRATA.

Fata Italos ventura docens Evandria mater
Est inter Latias annumerata Deas.

NICOSTRATA Ionii Regis Arcadiæ filia dicitur. Arcadis filii Jovis & Caliſtûs neptis. Fatidica fuit mulier: quæ quia Enthuſiaſmo correpta Apollinis oracula carminibus reddere ſolebat, *Carmenta* vel *Carmentis* à Latinis appellata eſt. Alii *Carmentam* quaſi *mente carentem* dixerunt, propter furorem quo Phœbades illæ Prophetiſſæ invadebantur, reſponſa daturæ. *Plutarchus in Romulo.* Ita non *Carmentæ* appellationem carmina dedere, verùm hæc potiùs nomen ab illâ invenere: quòd ſortes verſibus, & metris fanatica caneret: ut idem *Plutarchus* ait, *in quæſtionibus Roman.* Ea Regi Arcadiæ nupſerat, ex quo ſuſcepit Euandrum: quem propter eloquentiam, & ſingularem rerum divinarum cognitionem, Arcades dixerunt eſſe Mercurii filium. Mater enim illum inſtruxerat in omni ſcientiarum genere: maximè in iis, quæ ad cultum divinum pertinebant, in procuratione ſacrificiorum, prædictione futurorum, & gubernatione regni pacificâ: quæ religione, ceremoniis, & ſuperſtitionibus conſtabat: quibus rebus maximam ſibi apud ſuos auctoritatẽ conciliavit.

Unde Carmentâ eſt dicta.

Sed

Sed cõtigit, ut Patrem ictu malè destinato per imprudentiam occiderit. Eaq; cæ-
des, & parricidium illum Arcadibus odiosum reddidit: quorum conspirationem
metuens, avito regno relicto, conscensâ navi cum matre alias sedes quærere statuit:
Carmenta enim ex oraculo Apollinis didicerat aliò migrandum, quò fata illum vo-
cabant: quapropter suasu matris trajecit in Italiam. Eo tempore regnabat in La-
Faunus unde dictus. tio Faunus Aborigenum Rex filius Pici, & Latini pater: Ab eo excepta est Nico-
strata cum Euandro filio; nam & *Faunus* divinandi erat peritissimus, & à *fando* no-
men traxerat, quod voce responsa daret: & templa ab eo *fana* dicta, quia cultum
Deorum religiosissimè servaret, & auguriis vacaret, quæ à Pico patre didicerat.
Euander igitur à Fauno donatus est eâ parte Latii, quæ ad Tiberim sita est: ubi in
monte fluvio adjacente oppidum extruxit, quod Palantæum vocavit, de nomine
Palantis proavi: & montem quoq; Palatinum dici voluit. *Vergilius* 8. *Æneidos:* Pal-
lans enim Lycaonis fuit filius, Calistûs frater. *Palantium* tamen *Varro* mavult dicià
balatu ovium, quasi *Balanteum*, vel *à Palantia* Latini matre, quæ illic habitavit: velà
Palantia Euandri filia, quæ ab Hercule violata est, & in eo monte sepulta: vel à
Palatinus mons unde *Pale* Dea pastorum. *Plinius* à *Palante* oppido Arcadiæ, & patriâ Euandri dictum au-
tumat. In eo monte Palatino Consules post ædificatam Romam, sicut & reges an-
te illos, & postea Imperatores sedem habuerunt. In eo monte dum consedisset
Euander cum matre, maximam statim potentiam acquisivit inter Aborigenes mõ-
tanos, rudes admodum populos: de quo ita *Livius lib.* 1. *decadis* 1. Euander tum ea lo-
ca profugus ex Peloponneso auctoritate magis, quàm imperio regebat, venerabi-
lis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines: venerabilior divi-
nitate creditâ Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adven-
tum miratæ hæ gentes fuerunt. De eâ *Martianus Capella*, ita scribit: *lib.* 2. *de nuptiis*
Philologiæ: Alii quoq; hujus generis homines in divinandi usum, & præscientiam
procreati, ut Carmentis in Arcadia, ab effuso per vaticinia carmine memorata.
Aborigenes Carmentã excipiunt. Aborigenes Euandrum tanquam Principem coluerunt, ejusq; matrem divinis ho-
noribus, etiam dum viveret, prosecuti sunt, quod eos mulier Prophetissa religio-
nem doceret, & literarum cognitionem ostenderet: ideò ad illam concurrebant,
quotiescunq; in rebus dubiis, vel gubernatione politiæ ambigerent, ut modum vi-
vendi ab eâ edocerentur. Quò cùm Hercules devicto Geryone in Hispaniâ, ab-
ductisq; bobus illius, divertisset, eum Nicostrata ex oraculo cognovit, salutavitq;
Jovis filium; & hospitio comiter ac liberaliter excepit. Communicatisq; simul cõ-
siliis aram erexerunt, in quâ Jovi sacra fecerunt: & paulò post ipsi quoq; Herculi sa-
cra instituta sunt, postquam Cacum occidisset Latronem, qui in spelunca Aventi-
ni habitabat; & inde quotidianis incursionibus agrum Latinum infestabat: Erat
enim Vulcani filius, & ore flammas, fumumq; vomebat, terribilis omnibus pro-
pter vastitatem; & robur corporis. De quo *Livius libro* 1. *ab urbe*. Et *Vergilius*
Æneidos 8.

Caci spe-
lunca.

Hic spelunca fuit vasto submota recessu
Semihominis Caci: facies quem dira tegebat:
Solis inaccessam radiis, semperq; recenti
Cæde tepebat humus: foribusq; affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignes, magnâ se mole ferebat.

Cacum à malis quæ Latinis inferebat nominaverant Arcades. Et is boves sur-
ripuerat Herculis, & in Speluncam suam pertraxerat, quem Hercules re cognitâ
invasit, & clavâ domitum interemit. Propterea Aborigenes cum Carmentâ &
Arcadibus, illi sacrificium annuum propter liberationem constituerunt, quale ipse
Hercules commonstravit: electis duobus senibus Arcadibus, qui Sacerdotium
hoc inirent. Quorum unus *Potitius*, alter *Pinarius* vocabatur: utrumq; Hercules

docui

docuit quo ritu, & ceremoniis manè ac veſperi coli vellet. Sed cùm ad Epulas ſacrificii venire recuſaſſet Nicoſtrata, Hercules iratus ſanxit lege, ne quæ in poſterum mulier ſacro convivio admitteretur. Cumq; ſub veſperam victimam adduxiſſent Popæ mactandam ad altare, *Potitius* diligentior matureadvenit, victimamque immolavit: ſacroq; peracto, poſtquam exta cum ſuis comediſſet, *Pinarius* tardior ſupervenit: cujus negligentiâ indignatus Hercules, lege ſacrorum inſtituit, ut Pinariorum poſteri miniſtrarent Potitiis epulantibus, neq; dapibus ſacris veſcerentur: unde illis nomen inditum eſt, ἀπὸ τοῦ λιμοῦ. hoc eſt, *à fame & eſuritione*: conſtat enim Pinarium illum ſenem alio nomine fuiſſe vocatum: ut *Servius* teſtatur. *Pinarii & Potitii.*

At Carmenta propter inſignem pietatem, & futurorum prædictiones exiſtimata eſt commercium familiare cum Diis habere, quorum numine afflata prænoſceret futura, & prædiceret hominibus ad eorum conſervationem & ſalutem: ideò pro Dea eſt habita inter Aborigenes, & Arcades Tiberis accolas: ſacráq; illi inſtituta ſunt *Carmentalia*, quæ quotannis celebrabantur à matronis XVIII. Kal. Februarii. In iis aliquod ſcorteum, aut ſua morte peremptum attuliſſe erat piaculum. Poſt excidium Trojanum Ænæas ſublato Patre Anchisâ, filioq; Aſcanio & Penatibus, poſt longos errores tandem in Latium adpulit ad Euandrum, & Latinum regem, Tyrrhenosq;, quibus eo tempore Tarchon Junior imperabat: à quibus in participationem regni admiſſus eſt: & ex Trojanorum, Arcadum, Aborigenumq; commixtione Latini vocati ſunt, quorum Rex factus eſt Latinus: & poſt eum Ænæas, ductâ Laviniâ Latini filiâ, quam ſibi conjugem, Turno Rutulorum rege cæſo, elegit. *Carmentalia ſacra.*

A Carmentâ dicta eſt *porta Carmentalis:* quæ poſtea ſcelerata dicta eſt: quòd per eam trecenti ſex Fabii, cum quinque ſuorum ſervorum, & clientum millibus egreſſi eſſent ad pugnam contra Hetruſcos: in quâ ad Cremeram amnem Tuſciæ Vejentum inſidiis circumventi omnes ad internecionem cæſi ſunt, præter unum impuberem, qui, quòd ad bellum ob teneram ætatem nondum eſſet idoneus, Romæ relictus erat: à quo poſtea Fabiorum familia propagata eſt: longaq; poſterorum ſerie natus eſt *Fabius ille Maximus*, Dictator factus contra Annibalem, qui cunctabundâ prudentiâ Pœnum hoſtem inſolentiâ tumentem ſuperavit: unde Ennius de eo ſcripſit: *Porta Carmentalis.*

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem,

At hæc Nicoſtrata ex Arcadia literarum Græcarum characteres primò in Italiam attulit, eos quos à Cadmo Agenoris Phœniciæ regis filio antea Græci acceperant: & iis conceptum mentis exprimere ſcripto docuit: quæ res priùs incognita Aborigenibus mirifica judicata eſt, & divini ingenii certiſſimum argumentum. Quod & noſtro tempore contigiſſe legimus Americanis illis populis: qui inter ea, quæ inuſitata uſq; ad ſtuporem admirabantur in Hiſpanis, qui recenter eò adpulerant; non poterant mente comprehendere, qua ratione charta, quæ vitâ & omni ſenſu carebat, loqui poſſet, & mentem abſentium longè remotis hominibus ſine ullo verbo articulato exprimere.

TELEMUS.

Telemus Eurymi filius.

Inſpirante Deo Fatorum arcana recludo,
Lymphatum quoties enthea flamma ſubit

TELEMUS NEPTUNI & Eurymæ Nymphæ filius, unus fuit Cyclopum. Ex Amphitrito enim Neptunus ſuſcepit Augen, Bronten, Steropen, & Pyracmona: ex Thooſſa Phorcum (licèt hic ad Deos marinos non ad Cyclopas referatur) & Polyphemum: ex Eurymâ Telemum. Tres primi potiſſimum dati ſunt Vulcano, ut illi miniſtrarent ad fabricanda Jovi fulmina: de quibus *Ovidius* 4. *Faſtorum*: & *Vergilius* 8. *Æneidos* de iis in hæc verba ſcribit:

Cyclopes.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesq́, Steropesq́, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus jam parte politâ
Fulmen erat, toto Genitor quæ plurima cælo
Dejicit in terras, pars imperfecta manebat.

Enceladus Ætna ſubpoſitus.

Dicti ſunt *Cyclopes*, quòd unũ tantùm haberent in fronte oculũ. Eorũq́; officina, eodem

eodem *Vergilio* teſte, conſtituitur in *Ætnâ* monte Siciliæ, qui olim *Ineſius* vocabatur: circa quem Juppiter dicitur dejeciſſe Gigantes: maximè *Enceladum* illum *Titanis* & *Terræ* filium, qui cum fratribus in ſuperos conſpiraverat: eum ſuo fulmine ictum, totóq; corpore proſtratum ſubpoſuiſſe Trinacriæ fama eſt, cujus pedes manúsq; Pachino, Peloro, & Lilybeo compreſſit, caput autem Ætnâ: unde *Verg.* 3. *Æn.*

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hac, ingentemq; inſuper Ætnam
Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis.

Telemum quidem Cyclopem ab aliis fratribus pietatis ſtudio, & animi moderatione longè diverſum fuiſſe tradunt. Homo fuit prudentiſſimus, religionísq; & cultûs Deorum obſervantiſſimus. Quæ virtutes illum Apollini gratiſſimum reddiderunt: unde illi Deus divinandi peritiam tribuit: ut ejus conſilio uterentur homines, tanquam DEI oraculo. Inter ejus prædictiones fertur Polyphemo fratri multa dixiſſe, & declaraſſe, quæ illum fata manerent: Venturum aliquando Ulyſſem, qui illum lumine privaret, ob contemptum Deorum, & tyrannidem, quam crudeliter exercebat in Siculos: quos immaniter opprimebat, fultus vaſtitate corporis, & viribus roboréq; naturali. *Ovidius* 13. *Metam.*

Polyphemus ab Ulyſſe obcæcatus.

Telemus interea Siculum delatus in æquor
Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit; luménq; quod unum
Fronte geris mediâ, rapiet tibi, dixit, Ulyſſes.

Atqui prædictionem Vatis caſus inſecutus confirmavit. Nam Ulyſſes poſt Trojæ ſubverſionem, decennali navigatione errans, tandem in Siciliam pervenit: Quem Polyphemus ſuo antro incluſum, cum comitibus aliquot, objectis rupibus ad devorandum ſervabat, & jam quatuor ex ſociis diſcerptos comederat, de reliquis idem facturus, niſi ſævitiam Cyclopis aſtu prævertens Ulyſſes, illum vino nigro propinato inebriaſſet; altóq; ſopore poſt potum obrutum impetiviſſet, præuſtaq; ſude illius oculum eruiſſet. *Hom.* 10. *Odyſſ.* & *Vergil.* 3. *Æneid.*

Telemum conſulens Thetis quid Achilli eventurum eſſet, ſi in expeditionem Trojanam cum reliquis Græciæ Principibus proficiſceretur, hoc reſponſum tulit: Achillem in eâ obſidione moriturum. Mater de filii ſalute ſolicita illum à Chirone præceptore clam abduci curavit, & in Scyrum inſulam maris Ægeï tranſmitti. In ea enim regnabat Lycomedes: habebatq; filiam Deidamiam nomine, formâ excellentem: cum eâ puellisq; regiis in gynæcéo, habitu muliebri educabatur Achilles adhuc eberbis, ne agnoſceretur: quam tamen compreſſit; & ex eo concubitu gravida peperit Pyrrhum: Tandem ab Ulyſſe & Diomede cognitus, ad caſtra perductus eſt: cùm oraculo Græci cognoviſſent Trojam non niſi præſente Achille expugnari poſſe. Poſtquam igitur cum ſuis Myrmidonibus in Phrygiam navigaſſet, poſt infinita inſigniter, & ſummâ virtute patrata facinora, Hectore ſublato, qui Patroclum ejus cognatum & amicum occiderat, tandem à Paride per dolùm interfectus eſt. Quidam vaticinium de morte illius ad Proteum referunt: quem Jovi quoq; ambienti Thetidis nuptias prædixiſſe ſuperiùs oſtendimus, eum qui ex Thetide naſceretur majorem ſuo patre futurum.

Achillis mors.

IAPYX.

Venturos casus præscire & dicere causas,
Auguria & lauros noscere Apollo dedit.

IAPYX à quibusdam Dædali filius dicitur, ut Solinus lib. 8. quidam Iasii filium fuisse ferunt, vatem & Citharœdum excellentem; de quo *Virgilius* Æneid. 12.

Jamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapix
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium citharamq; dabat, celeresq; sagittas:
Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Japygia unde dicta. Ab hoc *Iapyge* dicta est ea pars Italiæ, quæ in Cherronesi formam redacta est: cujus Isthmus extenditur à Tarento Brunduſium usq;. Licèt *Strabo* lib. 6. & *Servius* Japygiæ fines longiùs extendant, includentes montem *Garganum*, qui in Appulia

situs

ſitus eſt ad mare Adriaticum, quum tamen multis paſſuum millibus diſtet ab Iapygiâ, quæ & Meſſapia vocata eſt, à Meſſapo Neptuni filio, qui Turno ſuppetias tulit contra Æneam. Ab eodem Iapyge nominatum eſt *Iapygium* promontorium Salentinorum, qui Calabris vicini ſunt.

Hujus nominis alium fuiſſe legimus Ætoliâ oriundum, qui patriâ pulſus, Adriaticumq; ſinum ingreſſus, ad intimos Adriæ fines penetravit: ubi in Venetorum regione, oppidum de ſuo nomine excitavit. Unde etiam *Timavus* à *Vergilio Iapides* dicitur 2. Georgicõn:

Caſtella in tumulis, & Iapidis arva Timavi.

Timavus Iapides.

Ortum enim ducens ex Alpibus per Venetorum ditionem fluit, & terrâ abſorbetur: occultísq; meatibus ſubterraneis per ſtadia ferè trecenta & triginta iterùm emergit, & prope *Tergeſte* oppidum Illyrici in Adriaticum influit multis alveis, quos incolæ fonticulos vocant. *Verg.* i. Æn.

Iapygem Iaſii filium ſcientiâ vaticinandi illuſtrem celebrant hiſtoriæ antiquę: ut qui genus à diis ducens, Patrem habuerit Diis magnis amicum. *Iſis* enim (quæ ab Ægyptiis Ceres magna vocata eſt,) in ejus gratiam, ex Ægypto in Italiam navigavit, ut intereſſet nuptiis *Hermiones* ſororis Jaſii: ſecumq; attulit panem, & far ad cõvivium nuptiale exornandum, quantum ad convivas ſaturandos ſufficeret: quod feſtum non mediocriter exhilaravit. Nam eo tempore far & vinum ſacrificiis Deorum propter raritatem deſtinatum erat. Atqui Ceres in eo conventu dicitur cum Iaſio concubuiſſe, ex quibus genitus eſt *Plutus*; qui primus pecunias coacervare, & ad uſum vitæ politioris ſervare inſtituit, cùm ante illum pauci cumulandis theſauris intenti eſſent.

Ex Cerere & Iaſio natus Plutus.

Iaſii Genealogiam paulò altiùs ex Beroſo repetere non erit inutile. Ex priſco *Ogyge* (quem Cœlum vocarunt Græci) nati ſunt *Iapetus* priſcus, *Semus*, & *Cameſes* Saturnus Ægyptiorum: Ex Saturno *Cures, Tyhon, Phœnix, Phaëthon, Ochus, Iſis*, & *Oſiris* orti ſunt. Oſiris filios habuit *Lydum* priſcum, *Anamæonem*, *Caſleum*, *Neptunum*, *Anubin*, *Macedonem*, & *Herculem* magnum, qui *Libycus* cognominabatur. Ex hoc Hercule & Araxâ Semivipera Arameâ ſati ſunt *Gython*, *Scytha*, *Peucinus*, & *Tuſſus*, qui & *Tuſcus* vocatus eſt. Ex Tuſco genitus eſt *Altæus*: ex quo *Hermione* ſive *Armonia*, *Iaſius*, & *Coriban*. Ex Iaſio nati *Atalanta*, *Iapyx*, & *Dædanus*, qui & *Dardanus* dictus eſt. Ex Dardano & Bathea Teucri filia venêre *Blaſcon*, *Curis*, *Abotinus*, & *Erichtonius*: ex quo *Tros*, ex quo *Ilus* & *Ganymedes*, ex Ilo *Laomedon*, ex quo *Tithonus* ab Aurora raptus, & *Heſione* Telamonis uxor, ipſeq; *Priamus* Trojanorum Rex.

Iaſii Genealogia ex Beroſo.

Græci Scriptores *à Beroſo* differunt: Dicunt enim *Iaſium* & *Dardanum* fratres fuiſſe uterinos natos ex *Electrâ* filiâ *Athlantis* & *Electræ Tethyos* & *Oceani* filiæ: Sed Dardanum patre *Jove*, Iaſium verò patre *Corito* ſive *Abante* Argivorum rege procreatum fuiſſe. Abantem fulminatum per invidiam: vel potiùs quòd Jovis ſtatuam per faſtum & arrogantiam contumeliâ affeciſſet. Et Dardanum fratrem interemiſſe, fugiſſeq; propter hanc cędem ex Italiâ in Samothraciam, indè veniſſe in Phrygiam ad Teucrum regem, cujus filias *Neſonem* & *Bathiam* duxit: locaq; Helleſponto vicina obtinuit, ubi Dardanum oppidum de ſuo nomine extruxit.

Ejuſdem ſecundùm Græcos.

TIRESIAS.

Iuno abcæcavit: sed mi pro lumine adempto
Iuppiter omnipotens scire futura dedit.

TIRESIAS Eueri filius, Thebis Bœotiis natus est, homo inter suos primarius, & ob prudentiam summo loco habitus. De eo fabulæ hoc referunt. Cùm fortè in Citherone monte Bœotiæ Libero Patri sacro, & ubi Orgia celebrari erant solita, vagaretur meditabundus, incurrit in duos angues simul coëuntes: quo spectaculo offensus, scipione, quem tunc manu gerebat, fœminam percussit, & interemit: Dii, quibus serpentes illi sacri erant Tiresiam in fœminam commutarunt. Tum sexu alio adscito, intra se perculsus Thebas reversus est, & inter mulieres tandiu versatus, donec post septennium in Citheronem iterùm ascendens, ex serpentibus, quos priùs viderat, marem offendit, quem baculo illisum interfecit: subitóq; sensit se masculum sexum recuperasse, & virum effectum. Contigit aliquandiu postea, ut Dii convivio celebrato, nectare & ambrosiâ distenti Genio indulgerent; & post pocula ad jocos fuisse conversos fama refert. Juppiter interim cum uxore Junone rixatus est jocosè, asserens in

Tiresias in fœminam.

in coïtu mulierem plus voluptatis recipere, quàm virum: illa pertinaciter contrarium affirmabat. Hæc contentio ad rixas usq;, & controversiam devenit, utroq; suam sententiam pervicaciter defendente: donec ex reliquorum cœlestium consilio judex idoneus adsciscereturr, qui de lite ambiguâ sententiam ferret. Placuit omnibus Tiresiam accersiri, qui ut sexum fuerat expertus utrumq;, ita quoq; judex verior esse poterat. Is ad consilium Deorum admissus, asseruit liberè fœminas in re Venerea plus percipere titillationis, quàm viros. Quo responso irritata Juno, Judicem oculis privavit, perpetuâq; cæcitate damnavit: Alii volunt visu orbatum fuisse, quòd Palladem nudam in fonte lavantem vidisset: Sed *Ovidius lib. 3. Metam.* ad Junonem hoc refert:

Arbiter hic igitur sumptus de lite jocosâ
Dicta Jovis firmat. Gravius Saturnia Juno,
Nec pro materiâ fertur doluisse, suiq;
Judicis æternâ damnavit lumina nocte.

Juppiter cùm non posset uxoris factum irritum reddere, pro visu adempto, divinationis peritiam Tiresiæ largitus est, & auguriorum scientiam: ut in Ovidii sequentibus versibus patet.

At Pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit, pœnamq; levavit honore.
Ille per Aonias famâ celeberrimus urbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.

Inter cæteras ejus prædictiones, hæc citatur: Ex Cephisso amne Bœotiæ, (qui præter Larinnam in Atticum agrum influens, ad Piræum sese exonerat in in Phalericum sinum) & Lyriope Oceani Tethyosq; filiâ natus erat recens puer formosissimus *Narcissus*: De cujus fato soliciti parentes Tiresiam consuluerunt. Vates respondit tamdiu puerum superstitem futurum, quamdiu à sui conspectu abstineret. Dictum cæci vatis ridiculum primò visum est: sed eventus postea comprobavit prophetiæ veritatem. Nam jam adultus Narcissus à Nymphis pluribus, propter formæ venustatem amatus est, maximè ab Echo: sed juvenis superbâ quadam morositate ductus, omnes per contemptum fastidiosè repulit. Cúmq; propter æstum gravem defessus in sylvâ vagaretur, venisseteq; ad fontem limpidissimum, inclinatúsq;, ut biberet, imagine sui vultus in aquis tanquam in speculo conspectâ, sui ipsius amore captus est: Cúmq; nulla potiundi spes illi relinqueretur, ardenti desiderio contabescens in florem sui nominis mutatus est. *Vaticinium de Narcisso.*

Tiresias quoq; consultus à *Creonte* Menetii filio, & fratre Jocastæ, quæ Lajo Thebanorum regi nupserat, eoq; cœso ab Oedipode filio per imprudentiam, ductaq; matre Jocastâ, ex quâ jam susceperat Eteoclem & Polynicem, qui pro regni successione simul decertantes, solicitatione Polynicis Argivi Thebas obsedissent, quarum gubernationem susceperat Creon. Cùm igitur à Tiresiâ scire cuperet, quem exitum habitura esset ea obsidio, respondit Vates, Thebanos solvi non posse, nisi Creon proprium filium Meneceum pro patriæ incolumitate Diis sacrificaret: Vatis sententiam indignè ferens Creon iratus illum his verbis repulit: *Vaticinium Creonti datum.*

Χαίρων ἴθ': ἐκ γὰρ ζῶν με δεῖ θεσπιμάτων.

Abi in malam rem: tuis mihi non est opus vaticiniis.

Et ad eundem excandescens hæc in verba irrupit:

Οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα· χαιρέτω πόλις.

Non audivi, non assequor: valeat respublica.

Euripides in Phœnissis.

Tiresias filiã habuisse dicitur, nomine Historidẽ, quæ Alcmenę Amphitryonis uxori,

Galanthis Tireſiæ filia.

uxori, & Herculis matri inſerviebat; Eam Galanthidem vocat *Ovidius*. Hæc cùm veneficam à Junone immiſſam ſub formâ Ilithyiæ Deę parturientium animadverteret, pectinatim implicatis manibus genua in ventrẽ reducta, comprimere, ac verba neſcio quæ arcana obmurmurare, vaticinata eſt, quod verum erat, Alcmenam his incantationibus graviſſimè torqueri, ejuſq; partum impediri. Quare ancilla prudens, ut Sagæ conatum averteret, de loco unde audiri poſſet exclamavit: Io, enixa eſt Alcmena: Hac voce deluſa venefica manibus ſolutis, genibusq; ab uteri compreſſione relaxatis ſurrexit: & ſtatim puerpera partu liberata eſt. *Pauſanias in Bœoticis. Ovidius Metamorp.* 9. dicit fuiſſe Lucinam, quæ ante fores partum impediebat: eamq; iratam commutaſſe *Galanthidem in muſtellam*: quæ quia mentiendo ore Deam decepiſſet, ideò in poſterum ſuos partus ore edere coacta eſt.

Galanthis in Muſtelã.

Mopſus Tireſiæ filius.

Mopſum filium ſive nepotem habuit Tireſias vaticinandi ſcientiâ patri non cedentem. Cujus nominis fuit & ille Apollinis, ſive Ampyci filius, qui cum Calchante decertavit, de quo paulò poſt. Fuit & eidem Tireſiæ alia filia Daphne, quæ Delphico DEO conſecrata, verſibus oracula fatidica fundebat, inſpirata à Dęmone: de cujus verſibus multa Homerus deſumpſit, ad ſui poëmatis ornatum: de hac quoq; poſtea dicemus in Sibyllis.

Daphne Tireſiæ filia.

At poſtquam diu Tireſias vixiſſet, ſummo honore propter divinationis certitudinem inter Græcos cumulatus, Thebis profugus ſeceſſit ad montem Bœotiæ *Telphoſſum*, ubi privatus reliquam ætatẽ exigeret, remotus ab urbanis tumultibus. Sub eo monte, teſte *Pindaro*, fons ſcaturit limpidiſſimus, & frigiditate ſuâ noxius: de cujus aquis, ut ait *Ariſtophanes*, cùm Tireſias jam gravi ſenio preſſus largiter potaſſet, & frigus nimium ferre non potuiſſet, ſanguine congelato, & coaleſcente extinctus eſt, ibidemq; ſtructo ſepulchro tumulatus: Alii dicunt illum diem poſtremum obiiſſe in viâ ad Haliartum oppidum Bœotiæ: ſepultumq; ad Telphoſſum: Cui poſt mortem Thebani aliiq; Græci vicini divinos honores tribuerunt, & ſacrificia quotannis inſtituerunt: reſponſaq; petiverunt multis ceremoniis ab ejus Manibus: Lege *Homerum Odyſſeæ* 10. qui introducit Ulyſſem evocantem animam Tireſiæ, ut ab eâ edoceretur de rebus futuris: quod & *Strabo* teſtatur lib. 9.

Fons Telphoſſius frigiditate noxius.

Reliquit Tireſias moriens filiam Manto fatidicam mulierem: quæ expugnatis Thebis captiva, ab Argivis Delphos abducta eſt: ubi aliquandiu reddidit oracula: Tandem in Aſiam trajiciens Rhacio Cretenſium duci, qui paulò antè Colophonem colonias duxerat, nupſit, & ex eo ſuſcepit Mopſum: qui Lelegas omnes ſuis finibus exegit. *Pauſanias in Achaicis. Vergil. Æneid.* 10. *Ovid. Met.* 6. *Statius lib.* 10.

Manto Tireſiæ filia.

Dicitur & illa veniſſe in Italiam, & Tiberino regi nupſiſſe quæ illi peperit Ocnum Mantuæ conditorem. De ea capitẽ proprio plura dicemus.

IDMON

IDMON.

IDMON Apollinis & Asteries filius fuit, qui ex Thestiâ susceptit Thestorem: alii pro Thestia Laothoën reponunt: alii Laothoën Thestoris uxorem dicunt, & Calchantis matrem. Hi omnes à Phœbo parente divinandi scientiam acceperunt, & in eâ clarissimi evaserunt: Idmon cum Argonautis Jasonem Æsonis & Alcimedes filium secutus est, in expeditione Colchicâ, ut aureum Vellus inde reportarent: Eò enim amandabatur Jason à Patruo Pelia, ut juvenem laudis cupiditate ductum navigio difficili, & periculis maximis exponeret, quibus oppressus moreretur, ipse verò regno potiretur. Colchorum Rex eo tempore erat Aëthes sive Æëthes Solis & Persæ Oceani filiæ filius, frater Circes Sarmatorum reginæ. Aëthes verò ex Idyia vel Ipsæa genuit Medeam, Calciopen, & Absyrthum. Ad Aëthen confugerat Phryxus Athamantis Æoli filii, & Thebarum regis filius. Qui post matris Nepheles insaniam, superinducta Ino noverca Patris insidias metuens, cum Helle sorore fugâ sibi consuluit: conscensoq; aureo ariete, quem Neptunus ex Theophane Nymphâ genuerat Hellesponti

 fluc-

Phryxus & Helles Ino novercam fugiunt.

fluctibus seſe commiſerunt: Quæ rebantur enim uterq;, ut victimæ fierent Diis, pro ſterilitate terræ removendâ, quæ ab Ino novercâ toſtis frugibus procurata erat, ne farra ſulcis commiſſa germinarent. Dum igitur Helle arieti inſidens mediis undis allueretur, metu perculſa lapſa eſt, & ſuffocata mari nomen dedit. Sed Phryxus animo intrepido transfretans, in Colchos pervenit incolumis: ubi ab Aëthe rege perhumaniter exceptus, filiam ejus Calciopem uxorem duxit, & ex eâ Cytorum ſuſcepit: qui poſtea in Paphlagoniam veniens, Cytoro monti buxetis nobili nomen impoſuit. Phryxus arietem illum, quo vectus fuerat, Marti ſacrificavit: velluſq; illius aureum tholo templi ſuſpendit, ut illic ſervaretur. Erat enim in fatis regnum illud florentiſſimum fore, ubi vellus Phryxæum cuſtodiretur integrum. Hoc poſtquam innotuiſſet per Græciam, multi principes conſilium inierunt, qua ratione vellus illud auferri poſſet. Idmon inter cæteros prædixit Græcos voti compotes futuros, ſi Diis faventibus profectionem in Colchos ſuſciperent. Placatis igitur Superis, ſacrificisq; ſolemni ritu factis, conſilio Minervę monitus Idmon, navem majorem quàm eo tempore fieri conſueverat fabricari curavit per Argum Architectum. *Flaccus lib.* 1. *Argonaut.*

Ad charum Tritonia devolat Argum
Moliri hunc puppim jubet, &c.

Facta eſt igitur ea navis, ex roboribus Dodonęis, quæ olim vocales fuiſſe, & oracula reddidiſſe fama ferebat: alii ex abietibus Pelii montis Theſſaliæ. Confecta eſt affabrè, & omnibus rebus neceſſariis ad tam longam navigationem inſtructa: in quam conſcenderunt Argivi, qui *Argonautæ* dicti ſunt, ab Argo nave. Inter quos præcipui fuerunt Jaſon reliquorum Princeps, Tiphys, Hercules cum ſuo Hyla, Zetes & Calaïs, Caſtor & Pollux, Orpheus, Nauplius, Mopſus, Theſeus, Telamon, Idmon, & Argus, qui navis refarciendæ, ſi quando eſſet opus, curam ſuſceperat. Quidam LIII. fuiſſe Argonautas ſcripſerunt: alii LII. *Val. Flaccus* plures. *Orpheus lib.* 1. & *Apollonius in catalogo Heroüm.* Cùm ergò ad Colchos appuliſſent, aureumq; vellus ab Aëthe petiviſſent, iisq; eſſet denegatum, bellum illi intulerunt. Erat vellus illud in templi penetralibus appenſum, quod tauri æripedes, flammivomi, & indomiti, draconesq; vigil horrendæ magnitudinis cuſtodiebant. Hęc pericula cùm ſuperare non eſſet facilè, Medea Aëthes filia Jaſonis amore capta, verita ne non incolumis evaderet, illum monuit quo pacto tauros domare, & vigilem draconem ſopire poſſet; deniq; vellere aureo tutò potiri: Quibus feliciter peractis, ut priùs inter eos pactum erat, cum Jaſone fugam arripuit: Ac ne pater inſequens illam à fugâ retraheret, Abſyrtum fratrem impuberem diſcerpſit, partesq; corporis paſſim per agros disjecit, ut proſequentes remoraretur, colligendo pueri membra. Ipſa cum Jaſone in Græciam venit: ex quo mater facta eſt duorum liberorum. Sed cùm propter veneficia in odium mariti veniſſet, qui Creuſam Corinthiorum regis Creontis filiam duxerat, filios interfecit, Creuſam cum totâ regiâ cremavit: draconibusq; in ſublime evecta, Athenas venit, ubi Ægeo Theſeï patri nupſit, & ex eo Medum concepit. Reverſa tandem in Colchos patrem ſenem & exulem regno reſtituit.

Argonautæ.

Vellus aureum receptum.

TAGES.

TAGES.

Nil ſine me Hetruſcus ſacris intentus Haruſpex
Aggreditur: leges quem docui augurij.

TAGETEM *Feſtus* ſcribit fuiſſe Genii cujuſdam filium nepotem Jovis, qui cùm adhuc puer eſſet, Hetruriæ populos Aruſpicinam docuit, & ſacrorum ritus, divinandiq; ſcientiam: quam Hetruſci ſemper ſuperſtitiosè poſtea coluerunt, & ſervarunt inter ſe ſacroſanctam. Hinc *Tuſci* vocati ſunt ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc eſt, *à ſacrificando*, vel *à thure*, cujus in ſacrificiis maximus eſt uſus. Eorum regio extenditur à Lyguriâ in Latium uſque, duobus amnibus diſtincta: Macrâ à Lyguribus, & Tiberi à Latinis, porrecta in longitudinem ad ſeptuaginta quatuor millia paſſuum, ſecus mare inferum, quod ab Hetruſcis Tyrrhenis vocatum eſt Tyrrhenum. Tam celebris fuit ea regio aruſpicinâ, & divinatione Tagetis, ut Romani (qui ſtudioſiſſimi ſemper fuerunt ſervandæ, & amplificandæ religionis Patrum) duodecim Principum Romanorum filios, ex Senatusconſulto, in Hetruriam mittere cenſuerint, qui duodecim populis illius regionis committerentur, ut ab iis inſtructi in ceremoniis, & ſacrorum diſciplinâ, inſtructiſſimi Romam redirent, religioníque præeſſent, & ſacris *Tuſci unde dicti.*

Deorum operarentur. In Tuſciâ urbes celebriores ſunt Piſæ, Senæ, Luca, Florentia, Viterbum, Bolſena, Aſiſium, Aretium, aliæq; plurimæ famâ, opibus, & civibus illuſtres.

De Tagete *Cicero lib. 2. de Divinatione* ita tradit: Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cùm terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus, extitiſſe repentè, & eum affatus eſſe qui arabat. Is autē Tages, ut in libris eſt Hetruſcorū, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentiâ. Ejus aſpectu cùm obſtupuiſſet bubulcus, clamorémq; majorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum; totamq; brevi tempore in eum locum Hetruriam conveniſſe: Tum illum plura locutū multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literísq; mandaverint. Omnem autem orationem fuiſſe eam, quæ aruſpicinæ diſciplinâ continetur. Eam poſtea creviſſe rebus novis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis. De eo ſic *Ovidius* 15. *Metamorp.*

Haud aliter ſtupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis aſpexit in arvis,
Sponte ſuâ primùm, nulloq; agitante moveri.
Sumere mox hominis terraq; amittere formam.
Oraq; venturis aperire recentia fatis,
Indigenæ dixere Tagen: qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

Tagetis origo ex Beroſo.

Beroſus Tagetis Genealogiam hoc modo recenſet: Ex Noa, qui Ogyges priſcus, & Janus, & Chaos, & Cœlum vocatus eſt, & ex ejus uxore Titheâ, ſive Terrâ, ſive Aretiâ, ſive Horchiâ, & Veſtâ magnâ ante generalem cataclyſmum, (quo totus inundatus eſt orbis,) nati ſunt Iapetus priſcus, Semus, & Cameſuës magnus Ægyptiorum Saturnus, qui dictus eſt Pan magnus, & Innuus, & Zoroaſtres Magiæ divinationiſq; inventor: ex quo nati ſunt Cur, Oſiris, Typhon Ægyptius, Cana ſive Phœnix, Pherithon ſive Phaëthon, Ochus, & Iſis, quæ Ceres magna vocabatur. Ex Cur geniti ſunt Arabs, Sambecres, Saba Thurifer, Sabatius Saga, qui & Sangui & Sanctus dictus eſt, & Nymbrotus Babyloniorum Saturnus. Ex Sabatio Sago duxerunt ortum Barzanes, Sabus, Curitus, & Anitinus: Ex Anitino natus eſt Aruntius pater Pherentii & Tagetis, qui Malot ab Hetruſcis appellatus eſt: ad quos Tages ſe recepit, eosq; in ſacris, divinatione, auguriis, & aruſpicinâ inſtituit. A primo enim parente Cameſe per manus hæc ſcientia ad poſteritatem longo temporum intervallo pervenerat, ſempérq; ceremoniarum, ſuperſtitionúmq; adjectione in immenſum creverat. Nullæ enim immolabantur victimæ, quin in Enclabri mensâ ſacrâ, lebetibus expoſita exta à Flamine ſacrificio rimarentur: lobi pulmonum, cor, & hepar diligenter diſcutiebantur, & conſiderabantur fibræ, diſtillatio ſanguinis è jugulo hoſtiæ, flammæ ſacrificii, crepitus ſalis & farris, mugitus boūm, balatus oviū, grunnitus porcorū; itē garritus avium, volatúsq;, & pullorum ſacrorum eſus, ſaltus, & tripudia: Regiones cœli per aruſpicem lituo augurali baculo deſignabantur: ex quibus religiosè contemplatis omnibus, futuri eventus, de quibus inquiſitio fiebat, de privatis aut publicis rebus, judicabantur & fata futura pronunciabantur.

Aruſpicinæ originem idem *Beroſus* refert ad Janum priſcum auctorem. *Libro* enim 5. ſic ait: Anno Nini 43. Janus pater Janigenas Razenuos docuit Phyſicam, Aſtrologiam, Divinationum ritus, & rituales libros ſcripſit, omniáq; literis mandavit, quę ad ſacra pertinebant: iisdemq; nominibus, & veneratione divinâ ſunt proſecuti, quibus in Armeniâ Sagi erant uſi. Anno 6. Semiramidis apud Janigenas Razenuos Veſta uxor Jani ſempiternum ignem cuſtodiendum virginibus puellis edoctis ſacra tradidit: Sub Baleo Babyloniorum Rege octavo Malot Tages ritus ſacros à Jano traditos, & aruſpicinam auxit. Is quoq; ſub Armatrite 19. Rege filium Sicanum Janigenarum Principem reliquit: à quo cognominata eſt Vetuloniæ regio. Is ædificavit Aretiam, & nominavit eam linguâ Janigenâ Horchiam.

Atqui

Atqui hęc doctrina à primis parentibus derivata ad posteros longâ sęculorum serie, culta est ab Hetruscis: & aucta à Sabo Sabinorum conditore, Sabatio Sangui gentili edito. Sangui (ait *M. Portius Cato libro originum*) gentilem Sabi pronunciant Sabini, Sanctum Romani, Sagam barbari: à quo & Sagi primi Tusci, id est, Pontifices, & sacri expiatores.

Roma tunc rudis erat, cùm relictis literis, & disciplinis Hetruscis, mirabunda Græcas fabulas, rerum & disciplinarum erroribus ligaretur, quas ipsi Hetrusci semper horruerunt. Neq; ob id Latinas quidem voluerunt suscipere; usq; ad Cecinnã Volturrenum magistrum quadrigarum, & Augurum principem, patrem Menippi, & avum Menodori: quos ante illum pater ejus Volturrenus, avúsq; Titus, & proavus Turrenus semper Romanis Principibus carissimi renuerunt; cùm ad eas recipiendas urgerentur. Nam ipse Turrenus patre Elbio Volturreno & regum Hetruscorum ultimo ad lacum Vadymonis cœso, equidem ad reddẽdam urbem Hetruriam anno secundo centesimo vigesimæ quartæ Olympiadis allici potuit, sed ad recipiendas literas Latinas nunquam persuaderi potuit. Cùm hic Cato multorum Principum Hetruriæ mentionem faciat, conducet videre quâ serie à Jano Prisco, usq; ad Augusti Cæsaris tempora huic regno præfuerunt: quorum nomina hæc ordine recensentur,

Janus Priscus Ogyges, Comerus Gallus, Ochus Vejus, Cameses Jani filius, Athlas Italus, Janus secundò, Cranus Razemon, Aruns, Tages, Sicanus, Enakii, Lukii, Apis, Lestrigon, Hercules, Thuscus, Alteus, Hesperus, Athlas junior, Morges, Coritus, Iasius, Coriban, Turrenus, Tarchon priscus, Abas, Olanus, Veibennus, Oscus, Tarchon secundus, Tiberinus, Mezentius, Tarchon tertius, Ocnus Bianor, Pipinus, Nicius, Piseus, Thuscus junior, Amnus, Felsinus, Bon, Atrius, Marsias, Etalus, Celius, (sub quo Remus & Romulus nati sunt) Galeritus, Lukius, Thuscus, Cibicius, Lucano Clusinus, Rhetus, Velus, (tunc pulsi sunt Roma reges,) Porsena Clusius, Tolumnius Vejens, Eques Thuscus, Livius Fidenas, Elbius Thuscus, Prolartes Turrenus, Elbii filius, Titus, Volturnus, Cecinna, Menippus, Menodorus, Mecœnas Augusto Cæsari intima junctus amicitia: cui successit Scianus, postea Sebenicus, deinde Otho Ferentinus. *Reges Hetrusci.*

Hi sunt qui per multa sæcula Hetruriam rexerunt, sacris cerimoniis præfuerunt, & auguralem artem promoverunt: præter quos Nympha quædam Bagoë dicta Thuscis quoq; tradidit artem fulguritarum: cujus scripta servabantur in Capitolio cum Sibyllinis oraculis, & prophetiis Marcianis. *Nympha Bagoë.*

Hetrusci Aruspices quondam acciti sunt Romam, ut fulgur, (quod statuam Horatii Coclitis de cœlo tactam everterat in Comitio positam) auspiciis & piaculis luerent. Aruspices autem infestis animis Romanos prosecuti, instituerant eam rem contrariâ religione procurare. Jusserunt igitur eam statuam in inferiorem locum transponi, quòd sol ex opposito ædium vicinarum eam nunquam illustraret. Id factum est, ut suaserant Hetrusci: Sed delati ad Populum, & proditionis convicti, cùm de perfidiâ confessi essent, supplicio affecti sunt. Cujus rei gratiâ hic versus de iis scriptus à pueris Romanis publicè cantatus est: *Hetrusci Aruspices Proditores mulctati.*

Malum consilium consultori pessimum.

de quo lege *Aulum Gellium lib. 4. cap. 5. ex Verrio Flacco.*

Diodorus Siculus lib. 5. rerum antiq. cap. 9. scribit, Turrenos rerum naturalium, & Theologiæ studio plurimo tempore impenso præ cæteris populis, in fulminum interpretatione fuisse versatos: adeò, ut universus fermè orbis olim iis interpretibus usus sit.

Socrates, quoq; tantum isti divinationi tribuit, ut dicatur suis discipulis hoc cõsiliũ dedisse: si quis majus quã Sapientiâ humanâ vellet consequi, divinationi det operã necesse est. Nã, ut dicebat, qui intelligit quibus indiciis Dii hominibus aliquid significent, nunquam divino consilio destituitur: *Xenophon lib. 4. memorabilium.* *Divinationis commẽdatio.*

Tages primus præceptor fuit Magiæ Romanorum: diciturq; ſtatim ac è terra proſiliit Dianæ Epheſiorum ſuum cultum quaſi cœlitùs demiſſum oſtendiſſe: & apud Hetruſcos hanc doctrinam publicaſſe. Præter quos alii quoq; tam Græci, quàm Aſiatici his artibus egregiam navarunt operam.

Prometheus Pyromanta & divinus.

Prometheo enim Iapeti filio *Pyromantiam* tribuit Æſchilus; medicinámq;, & pharmacorum mixtionem. In primis leges divinationũ, & ſomniorũ interpretationes. Is quoq; primus avium volatus & garritus obſervaſſe dicitur, & eorum explanationem docuit: extorúmq; in hoſtiis colores, ſitúsq; notavit: quibus victimis, quoq; ritu mactantis Dii ſinguli lætarentur, & ſibi inſerviri vellent: fulguráq; & ſigna de cœlo circumſpexit.

Auguria ex avibus docuit *Car*, à quo Caria regio denominata eſt: quæ à ſuo auctore accepta inter omnes Aſiæ nationes ſolerti indagatione poſtea proſecuta eſt & novis adjectamentis & ſuperſtitionib. auxit & ampliavit. Ex animalibus quadrupedibus eadem inquiſivit *Orpheus* diligens religionis obſervator: Avium quoque auſpicia obſervavit in Bœotiâ Tireſias: modúmq; quo ea perquirerentur ſacerdotes Deorum docuit. *Plinius lib. 7. cap. 56.* dicit auſpiciorum locum unde captabantur, vocatum fuiſſe Poſtmurium: & apud Hetruſcos horum religioſiſſimos obſervatores, in collibus & eminentioribus locis caſulæ quædam erigebantur, huicuſui accommodatę, quæ vocabantur *Teſquà:* unde cœliregiones lituo ſignabant, & templa notabant.

Poſt murium & Teſqua.

Prædictiones ex avium volatu invenit *Parnaſſus* Neptuni & Cleodoræ nymphæ filius, qui Delphorum urbem veterem condidit: Deucalionis diluvio ſubverſam, montiq; vicino nomen dedit.

Aruſpices Romæ.

Aruſpices cor in extis victimarum inſpicere primùm cœperunt Romæ centeteſimâ vigeſimâ tertiâ Olympiade L. Poſthumio Albino rege ſacrorum: cùm Rex Epirotarum Pyrrhus ex Italiâ diſceſſiſſet: ut teſtis eſt *Plinius lib. 11. cap. 31.*

Somniorum interpretes.

Somniorum interpretationem primus docuit *Amphictyon* Deucalionis filius: teſte *Plinio lib. 7.* ſed *Trogus* id tribuit Joſepho Jacobi Patriarchæ filio: Cui adſtipulatur *Joſephus* Hiſtoricus *lib 2. ant. Jud.* *Clemens* ad Telmeſſinos refert, (ut teſtis eſt *Polydorus lib. de rerum inventoribus primo, capit. ultimo:*) quos primos excogitaſſe τῶν δ' ὀνείρων μαντικὴν aſſerit. Et *Plinius* auſpicii inventionem cuidam Delpho tribuit, qui hanc artem ſuos docuit, ſicuti igniſpicii Amphiarao.

Ὀνειροκριτικὸν ſive ſomniorum interpretationem ſcripſit *Artemidorus Epheſius ſive Daldianus* (nam hunc aliqui volunt Daldis urbe Lyciæ ortum.) Eum quoq; *Suidas* ſcribit præcepta dediſſe de obſervatione auguriorum, & Chiromantiæ. Noſtro tempore illum ſecutus eſt *Hieronymus Cardanus Mediolanenſis lib.* de ſomniorum Syneſiorum interpretatione.

Xenocrates quidam, non ille Carthaginenſis Platonis auditor, ſed alius, ſcripſit auguria domeſtica οἰκοσκοπικὰ. *Polis* ἐνοδίους, quæ in via eveniunt. *Helenus* χειροσκοπικὰ *Poſſidonius* παλμικὰ, quæ ex quocunque corporis motu conſiderantur, ut refert *Suidas.*

Præter ſacrorum ritus, Aruſpicinam, & extiſpiciorum ſcientiam, Tagi quoque attribuunt diverſos expiationum modos & ceremonias, de quibus *Palladius lib. 2. de re ruſtica:* ubi docet remedia, quæ arcent tempeſtates, ventos ſedant, & grandines avertunt ab agrorum finibus.

Avertenda grandinis modus.

Grandini creditur obviare, ſi quis crocodili pellem, vel Hyenæ, vel vituli marini per ſpatia poſſeſſionis circumferat. Aut in villæ, & cortis ſuſpendat ingreſſu cùm malum viderit imminere. Nonnulli, ubi inſtare malum viderint, oblato ſpeculo imaginem nubis accipiunt, & hoc remedio nubem (tanquam ſibi objecta diſpliceat, ceu tanquam geminata alteri cedat) avertunt: aut contra cœlum ſecures minaciter intendunt.

Has artes uti diximus ad Tagen refert *Columella*, vel ad Dardanum. Alii dicunt

dicunt Hetruscos artem divinandi, Aruspicinam, & Theurgicam Magiam, quomodo venti, grandines depellendi, qua ratione lolium à segetibus arceatur, sacrificando catulum, aut affigendo caput a fini suâ pelle nudatum ad limites agri. Verba hæc sunt *Columellæ*: *Avertendi venti & lolii à segetibus.*

Ipsa novas artes varia experientia rerum
Et labor ostendit miseris, usuq; magister,
Tradidit Agricolis ventos sedare furentes,
Et tempestates Thuscis avertere sacris.
Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas
Sanguine lactantis catuli placatur, & extis.
Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

Hæc remedia diutissimè usurpata sunt, non solùm apud Ethnicos, sed etiam à Christianis superstitiosis recepta; quæ postea à *Leone Cæs. Constitutione* 65. tanquam impia & aliena ab Euangelii doctrinâ abrogata sunt. Magicas enim superstitiones hæc omnia sapiunt, quibus Diabolus illudit misero humano generi, quòd hæc non animadvertit à Dæmonis imposturis provenire, quibus irretit suæ impietatis sectatores; ut characteribus, signis, & verbis monstrosis existiment se posse cœlestes intelligentias, aërias potestates, terrestres & subterraneos Dæmones coërcere, & illis imperare. Hinc illud impium sacrum *Orpheoteliſtarum*, celebratum in Orgiis. Ubi excoctarum carnium humanarum jusculum epotabant ad concipiendum furorem Enthusiasmi, ad cognoscenda futura, & præcavendas calamitates impendentes. Cantabant enim in suis sacris nocturnis furiosi:

Ἐκ τυμπάνου πέπωκα, ἐκ κυμβάλου βέβρωκα, γέγονα μύστικός:
Ex tympano bibi, ex cymbalo comedi, & sacris initiatus sum:

Et hoc in hodiernum usq; diem exerceri à Sagis testatur *Sprangerus*. Qui tradit veneficas sæpiùs confessas esse, noctu se ex sepulchris abstulisse infantes in utero materno mortuos; & eos aheno excoxisse, donec omnis caro corporis resolveretur in jusculum potabile: quod reconditum hircino corio præbent aliis, qui dęmonum sacris initiati sunt. Statimq; post potum spiritu fanatico corripiuntur: aërem movent & sedant, tempestates cient & repellunt pro arbitrio: & multa damna mortalibus inferunt, arcentq; ab iis calamitates imminentes: Et hi Spiritus vel visibiliter inserviunt, ut superiùs ostendimus *in Tractatu de Magia*, vel invisibiliter inclusi annulis, characteribus, schedulis membraneïs, aut aliis rebus: de quorum natura ad unguem omnia se cognosse asserunt Magi: an Joviales, Mercuriales, Saturnii, Martiales, aut Venerei sint, vel Lunares: Nam singuli proprias habent efficacias, pro ratione influentiarum Planetæ ex quo desumpti sunt, & eas communicant Magis ad horum astrorum positiones & motus. *Plinius libro* 24. *cap.* 11. recitat quasdam herbas legi à veneficis, & consecrari verbis, ut cum majori energiâ juvent, quod jam superiùs ostendimus. *Puerorum excoctorum carnes à Sagis comeduntur.*

Multa inserviunt Magis ad sua incantamenta: membrana illa virginea, quâ includitur infans recenter natus. Hippomanes, quod aufertur è fronte pulli, vel quod effluit ex pudendo equæ in libidinem pronæ: vel Hippomanes herba Arcadica. Remora piscis. Pili detracti ex parte extrema caudæ Lupi. Ossa ranæ viridis conjectæ in myrmeciam, & denudatæ sua carne. Avis quæ vulgò Fritilla dicitur. Et Motacilla, multaque alia: ut viscera talpæ: cor cervi, corvi, chelidri, vespertilionis, rubetæ. *Magis inservientia.*

Verbis quoq; sacris, mõstrosis & nõ intelligibilibus utuntur Magi, ut iis videantur diversa operari & perficere. Ut ad Ischiaticos dolores, & Arthritidem reliquorum membrorũ conferre credunt plurimùm hæc verba, vel pronũciata novies, vel novẽ diebus applicata parti offensę. *Terra pestẽ teneto: Salvo maneto hic in meis vedibus.* *Verba Magica ad podagram sanandam.*

Et

Et dum hæc pronunciantur, oportet novies terram deosculari: aut in suum sinum conspuere: & id à jejuno fieri necesse est.

Si bos vel equus ex lapsu, vel alio accidente sibi crus ruperit, neq; medici curâ prosit, assumunt Sagi arundinem viridem, & eam sectam in longum per mediam partem cruri fracto alligant cantantes hæc verba cum tripudio, & præmissis verbis Magicis, repetitóq; frequenti signo crucis, sed certo quoq; numero, & modo, gestibúsq; inversi corporis: *Danat à Daries Dardaries Astaries.* Quòd si illa non statim prosint præmissis aliis ceremoniis novies hæc pronunciant conversi ad ortum solis, *Haut Haut Haut Istagis Turgis Ardannabon Damavotra.* Nomina verè Diabolica, & ipso penè timenda sono. Quæ cùm nihil significent, in iis tamen perditum hoc Magorum genus existimat miriticam inesse efficaciam, ad morbos arcendos, & fascinationes omnis generis. Contra quas antiqui & recentiores gestare soliti sunt membri virilis formam, chartulâ vel membranâ depictam, & collo appensam, hócq; dicebatur fascinum. *Vergilius* florem baccharis ad has fascinationes avertendas præscribit. Ut, *Bacchare frontem Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.* Et *Tibullus* de sinu suo despuendo:

Despuit in molles & sibi quisq; sinus.

De eodem quoq; *Theocritus* ita scribit:

Ὡς μὴ βασκανθῶ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Fascinorum hoc genus & Philacteriorum usus sententiis omnium piorum prohibentur, tanquam profana & Diabolica: sive collo, sive brachiis gestentur: licèt hodie in usu sint, existimenturq; homines à periculis eximere, & arcere languores, & omne noxium: gerunt enim plurimi characteres in chartulis, quibus etiam nomen DEI profanatur, & polluitur: alii gerunt agathitem gemmam (cui insculpta sit Herculis suffocantis leonem effigies) palæ annuli quatuor metallorum inclusam, nempe auri, argenti, æris, & ferri. Quidam numismata antiqua Alexandri Magni collo appensa multùm prodesse rentur, ad felicitatem & bonum rerum successum: alii thoraces, arma, cassides, gladios, sortilegiis consecratos, & characteribus insculptos habent: & Petri Aponitani sectatores statuas breves diversæ materiæ faciunt, quibus etiam Sacramentum Baptismi impiè conferunt. Hæc omnia *Gregorius III. Gelasiusq; Pontifices*, & *Concilium Laodicense* morte punienda censuerunt.

Philacteria.

Circumfertur libellus, qui inscribitur, *Contra omnia mundi pericula:* Is refertus est nominibus DEI, signis crucis, & infinitis characteribus, mysticis figuris, & verbis non intelligibilibus. Et hic quoq; cum reliquis Diaboli impostoris & præstigiis numerandus est: & qui eo utuntur improbi, impii, & blasphemi in DEUM judicandi.

AMPHIA-

AMPHIARAUS.

Quid juvat oſtendiſſe tuis tua funera natis,
Dircæo abſorptus ſi moriare ſolo?

AMPHIARAUS Oïclis filius, vates inter Græcos excellentiſſimus: Princeps arte militari, conſilio, & prudentiâ clarus: Cujus origo longâ majorum ſerie ad Jovem referebatur: *Egeſtha Hippotæ* Trojani filia oraculo Apollinis propter perjuria Laomedontis exponenda erat Ceto beluæ marinæ devoranda: Pater de ſalute filiæ, quam unicam habebat ſolicitus illam naviculâ expoſitam commiſit fluctibus marinis. Maluit enim virginem procul abduci, & tempeſtatibus actam ſubmergi abſentem, quàm antè parentum oculos, lugubri ſpectaculo à beluâ diſcerpi, & devorari: Lacrymabundus pater Diis commendavit illam, in quorum poteſtate totus eſt mundus ſubjectus, quíq; mortalium innocuorum invocati miſereri ſolent.) Mari agitata, poſt longos errores ex Aſiâ pervenit in Siciliã, compulſâ ad oſtiũ Crimniſi amnis ſcaphâ: Fluvii Deus illius pũlchritudine captus eam in littore excepit, compreſſitq;, unde gravida facta peperit *Aceſten*, qui Siculorum rex factus eſt. Aliquantóq; poſtea *Ilio* ſubverſo, fugientẽ Æneam

cum reliquiis Trojanorum,& in Siciliam appulsum hospitio excepit, liberalissimé-que tractavit: Mortuum Anchisen Ænææ patrē honorificè sepelivit in Eryce monte,parentatione solemni factâ cum filio Ænæâ: simulq; abeuntem donis, ac vino generoso donavit,ac redeuntem ex Africâ rursum adjuvit: Phrygésq; socios longis erroribus navigationum quassos & debiles, in suo regno volens detinuit urbe illis conditâ quam de suo nomine vocavit *Acestam*. De quo *Vergil. Æneid.5.*

Amphiarai Genealogia.

Occurrit Acestes
Horridus in jaculis,& pelle Libystidis ursæ
Troïa Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit, veterum non immemor ille parentum. Et alibi:
Est tibi Dardanius divinæ stirpis Acestes: &c.

Egesta propter formæ venustatem Jovi dilecta, ex eo suscepit *Æolum*, Regem septem illarum Insularum quæ sunt inter Italiam,& Siciliam, quæ Vulcaniæ appellatæ sunt, numero septem, scilicet *Lipara*, *Strongile*, *Heria*, *Didyme*, *Ericusa*, vel *Eriphusa*, *Phœnicusa* vel *Phœnicodes*, & *Euonimos* quæ est *Prochyta*. De quibus *Plinius lib.3. cap.9. Strabo lib.6. Solinus*,& *Mela*. *Æolus* ventorum Deus dictus est, & *Hippotades* ab avo materno. Ut *Ovidius*.

Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos: Et *Vergilius 6.*
Quid tempestatum regem, ventosq; furentes
Æoliâ excitos, Et quæ sequuntur.

Ventorum Deus fingitur, tum quòd varii frequentésq; venti circa eas insulas spirent,& quòd ex *Herâ* unâ Æoliarum sive Hephestiadum Insularum,in qua Vulcani officina fuisse credita est: ex ea copiosus ignis noctu, interdiu fumus exhalat, ex quibus incolæ,& nautæ præternavigantes,judicium sumebant de ventis futuris.

Ex *Æolo* Jovis & Egesthæ filio Natus est *Cretheus*, & *Salmoneus* quem Juppiter fulminavit: licèt *Servius* dicat, Salmoneum non hujus Æoli Regis ventorum fuisse filium, sed aliûs cujusdam regnantis in Elide, cui fulminum imitator Salmoneus filius fuit.

Cretheus ex *Tyro* Salmonei fratris filia, filios habuit *Alcimedontem*, *Æsonem*, & *Amythaonem*. *Æson* Thessaliæ Rex fuit Pater *Jasonis*, qui expeditionem suscepit in Colchos cum Argonautis: cujus fratres uterini, sed Neptuno patre geniti, fuerunt *Neleus* & *Pelias*. *Neleus* à Pelia pulsus in Laconiam secessit, ubi *Pylon* ædificavit *Homerus Odyss.2.* Illi fuit uxor *Chloris Amphyonis* regis Orchomeni filia, ex qua suscepit *Nestorem* & alios undecim filios,quos omnes interfecit *Hercules*,præter unum *Nestorem* tum fortè absentem,dum *Pylon* everteret. *Ovid.12.Metam.*

Bis sex Neleidæ fuimus conspecta juventus,
Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus: atq; alios vinci potuisse ferendum est.

Pelias Æsonis fratris filium *Jasonem* in Colchos amandavit,unde incolumis reversus cum *Medea*, ut à venefica Colchide juventutem recuperaret, à propriis filiabus jam senex jugulatus est. *Ovid.7.Metam.*

Amythaon Æsonis frater uxorem habuit *Doryppen*,ex qua genuit *Melampodem* augurem celeberrimum. *Homer. Odyss.23.* & ex eadem quoq; *Biantem* Argivorum regem. *Paus. lib.2.* Licèt hunc ex alia uxore *Argo* natum velint. *Melampus* vocatus est à nigris pedibus: quia mater infantem recèns natum, sed toto corpore tectum exposuerat, præterquam pedibus, qui ex ardore solis atrum contraxerunt colorem. Is adultus corporis viribus valuit, & auguriorum interpretatione. *Biantem* juvit in auferendis bobus ab *Iphiclo* Amphitryonis & Alcmenæ filio,quos ille Neleo restituit: cui propter acceptum beneficium *Neleus* illi filiam *Pero* dedit uxorem. Hinc *Hercules* Iphicli frater ex Alcmena, occasionem sumpsit evertendi Pylon, in qua eversione filii Nelei undecim cæsi sunt.

Ex

Ex *Melampode* natus est Lestrigonum Rex *Antiphates*, non ex Pero, sed ex Iphianassâ Prœti Argivorum regis & Antiæ filia, quam helleboro dato sanavit cum sororibus furiis agitatis:

Ex *Antiphate* genitus est *Oïcles* Amphiaraï pater: *Amphiaraüs* Eriphilẽ Thalaonis vel Iphios filiam, & sororẽ Adrasti regis Argivorum, duxit uxorẽ, ex quâ suscepit *Alcmæonẽ*: ex Alcmęone & Callirhoë Acheloi filia geniti sunt *Coras*, *Catillus*, & *Tibur*. Qui tres fratres in Italiâ secedentes, Tibur oppidum in Sabinis 16. à Româ lapide condiderunt. *Cato lib. originum*, *Solinus*, & *Sextus* Græcus scriptor: & *Verg.* 7. *Æneid.*

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusq́, acerq́, Coras, Argiva juventus.

Amphiaraüs cùm esset divinandi peritiâ celeberrimus inter Gręcos, corporisq; præstantiâ & viribus commendaretur: bellumq́; susciperetur contra Eteoclẽ Thebanorum regem, qui expulso Polynice fratre regnum per vim usurpabat, relictum ab Oedipode patre eâ conditione, ut alternis regnarent: Exclusus Thebis Polynices se recepit ad Adrastum regẽ Argivorum, cujus filiam Argiam duxerat uxorem. Adrastus cum Tydeo Oenei Calydoniæ regis filio ejus genero (habebat enim uxorem Deiphilen Argię sororem) collecto quãto potuit exercitu, advocatis in auxiliũ vicinis principibus, Thebas obsidione cinxerunt: Cum quibus quoq; vocatus est *Amphiaraüs*: ex cujus præsentiâ, & consilio sperabant omnes plurimũ opis referre. *Amphiaraüs*, qui nihil inconsulto Deo agere solebat, Apollinis oraculum sciscitatus est, à quo responsum est, illũ in hac expeditione moriturũ. Ille, ut instantia fata vitaret, conscià uxore Eriphyle se abscondit in locũ abstrusum, ubi diù latuit: Tandem avara mulier accepto ab Adrasto fratre aureo monili, cùm precibus, & minis antea moveri nõ potuisset, maritũ latentem prodidit. Captus itaq;, & abstractus è latibulo arma sumere coactus est, & cum cæteris ad Thebas proficisci. Verùm, ut suis rebus ante profectionem provideret, *Alcmæonem* filium ad se vocavit, illíq; matris perfidiam communicavit; præcepitq; ut primo mortis suæ nuncio accepto illam occideret. At cùm Græci junctis copiis auxiliaribus cum Adrasto, & duobus generis Polynice & Tydeo ad Thebas venissent, primo ipso die, quo castra metati essent, horrendo terræ hiatu aperto, *Amphiaraüs* absorptus periit. Eo in loco cui ἄρμα nomen postea fuit inditum, quòd cum curru & equis dehiscente terrâ tectus sit: ut testatur *Statius* in Thebaïde. *Alcmæon* fato patris intellecto, matrem *Eriphylen* interfecit, in eam impius factus, ut patris mortem ulciscereturr. Ille itaq; ob parricidium relictâ patriâ, furiis agitatus, venit ad Phlegæũ fluvium, à quo lustratus est, & à parricidio expiatus: Cujus filiam *Alphesibœam* sibi junxit uxorem, donato illi aureo monili, quod à matre Eryphyle abstulerat. Sed cùm ad Acheloum Ætoliæ fluvium rediisset; amore captus *Callirhoës* ejus filię, eam à patre Acheloo conjugem obtinuit, ex quâ suscepit Tiburem Coracem & Catillum: Cumq́; ab Alphesibœa monile donatum extorsissent, à puellæ fratribus Temone & Axione, qui sororis contemptum ferre non poterant, cæsus est. Ejus filii in Italiam se receperunt, ubi Tibur condiderunt.

Amphiaraüs ante Thebas absorptus.

Alcmæon ob parricidiũ exul.

Alcmæonis mors.

Amphiarao post obitum, propter divinationis peritiam, & fatidica consilia tẽplum erexerunt *Oropii* in Attica, honoresq́; divinos, & aras, sacerdotesq́; decreverunt. Templum ex candido marmore præstanti arte constructum est: ad quod ex totâ Græciâ conventus erat maximus oraculum poscentium. Quod qui captaturi erant, per somnia illis demonstrabatur. Fatidica illa somnia subituri corpus multis lustrabant ceremoniis, Diisq; sacra faciebant ariete puro, cujus pellem humi expandebant, post sacrificium perfectum, & illi incumbebant dormituri: in somnisq; audiebant, aut videbant quæ sciscitati essent. Eaq́; à vate sacerdote explicabantur, & accommodabantur ostenta ad id, de quo facta erat quæstio. Nam omnia illis figurata, & ambigua proponebantur, raroq́; expressa, & dilucida.

Templum Amphiarao erectũ.

Oracula in somnis data.

Polystratus in vita Apollonii Tyanæi lib. 2. tradit Amphiaraüm in Attica reddere oracula solitum: & eos (qui responsa acciperent) sacerdotes DEI jubebant diem integrum à cibo, & triduum à vini potu abstinere.

Historiæ referunt paulò antequam ad Plateas Urbem Bœotiæ non procùl à Citherone, Græci ducibus Pausaniâ & Aristide conflicturi essent cum Persis, *Mardonium* Xerxis consobrinum, & exercitûs Persici ducem misisse servum suum ad Amphiaraï delubrum, qui eventum, & successum pugnæ futuræ exploraret. Cùm igitur Persa noctu in victimæ spolio procumbens dormiret, per quietem visus est sibi adstare sacrorum Antistes, qui diceret oraculi præsidem abesse, eúmq; juberet templo excedere, neq; responsum expectare, quod frustra captabat; illíq; minitari videretur, nisi statim discederet. Non licere barbaro impunè loco sacro cubare. Sed cùm Persa cunctaretur, & tergiversaretur, recusarétq; recedere, sacerdos visus est illum vi extrudere velle, & lapide impetitum humi prostravisse: Somnium hoc pugnæ exitum depinxit. Nam paulò post habito conflictu ad Plateas, *Mardonius* ictu saxi tactus, ab Arimnesto Spartiatâ occisus est: *Cæl. Rhod. lib.* 19. *cap.* 15. Ex *Plutarcho*, in vitâ *Aristidis*.

Oraculum datum Mardonio.

Somnia fatidica.

De his oraculis, quæ per somnia fatidica reddebantur, multa leguntur apud auctores. Nam apud Ægyptios ægroti, quibus medici suâ arte succurrere non poterant, in delubrum *Isidis*, aut *Melopidæ* semideæ deferri se curabant, & illic sacris de more peractis, lectulis sacris in sanctuario decumbentes, in somnis videbant remedia salutaria, & ad valetudinem necessaria.

Charoneüm antrum.

Trallibus quoq; urbe Asiæ, (quæ alio nomine *Euanthia*, vel *Seleucia*, vel *Antiochia* vocata est, sita inter Mæandrum & Caycum fluvios) antrum fuit *Charoneüm* non procul ab urbe Nysâ, in quod ægroti solemnibus sacris, & ceremoniis priùs operati, invocatóq; loci Genio, remedia per somnum discebant ad convalescentiam recuperandam. *Strabo lib.* 14.

Pasitheæ templum.

In fano *Pasitheæ* (quæ Charitum una fuit nomine *Aglaia*, Thaliæ & Euphrosynes soror, filiaq; Jovis & Eurymones) item in templo *Æsculapii*, quod in agro Pergameno erat, interrogaturi responsa edocebantur de rebus futuris per somnos: ad quos se præparabant lotionibus, & sacrificiis.

Ara Ardali.

Apud *Troëzenios* Peloponnesi populos vetus *Ardali* fuit ara, Musis & somno sacra: ad quam dormientes si procubuissent, multa discebant inspiratione secretâ Musarum, (quę *Ardalides* vocatæ sunt, ab Ardali Vulcani filio Musis amico, à quibus illum tibiam accepisse, testatur *Pausanias*) ad salutem pertinentia: sed hos quoq; à potu vini aliquot ante dormitionem dies abstinere oportebat: de hac arâ lege, *Cæl. Rhod. lib.* 27. *cap.* 16.

Amphiaraï templum Thebis.

Amphiaraï in templo, quod *Thebis* erat, nulli vaticinia captantium esse licebat, qui Thebanus esset. Causam hanc referunt: Quòd Amphiaraüs, dum adhuc in vivis esset, eligendum Thebanis proposuit, utrum mallent eo uti vate, vel defensore. Thebani responderunt, se malle illum habere auxiliatorem in rebus adversis: vaticinia ab Apolline, qui Delphis erat, captaturos. Ideò post Amphiaraï mortem nefas fuit Thebano cuiquam in ejus delubro somniis vaticinia exposcere. *Herodot. lib.* 8.

Pausanias in Atticis ὀνειρόπτων Μαντείων excelluisse scribit Amphiaraüm: Et *Plinius lib.* 7. illi tribuit ignispicii inventionem. Argonautæ in expeditione Colchicâ tribus vatibus usi sunt, *Amphiarao* Oiclis filio, *Idmone* Abantis, & *Mopso* Ampyci: quia eam navigationem infaustam fore judicaverunt, quæ ex Deorum consilio non susciperetur. *Cæl. Rhod. lib.* 29. *lection. Antiq. cap.* 15.

Ad visiones enim referuntur ostenta quæ fiunt per insomnia, vel dum quiescunt omnes corporis sensus, sive sopitus somno, sive vigilet homo. Tunc multæ sese phantasiæ offerunt, quæ verę putantur. *Aristoteles* probat ea insomnia, quæ post mediam noctem offeruntur, digestione ciborum jam perfectâ: cùm fumi & vapores è ventriculo rapti in altum, cerebri functiones non turbant. *Homerus.*

Ὡς

Ὡς ὁι ἐνεργὲς ὄνειρον ἐπέστυ(Θ) νύκτ(Θ) ἀμολγῷ.
Illi verum somnium nocte profunda immissum est.

Horatius quoq; in Satyris idem probat:

Post mediam noctem visus cùm somnia vera.

Artemidorus & *Theocritus* laudant ea quæ manè dormientibus offeruntur: *Theocritus* in Europa:

Ἀγχόθι δ' ἀὼς
Ἔυτε καὶ ἀτρεκέως ποιμαίνετω ἔθν(Θ) ὀνείρων.
Proxima erat aurora cùm celeriter vagatur multitudo somniorum.

Macrobius in somnium Scipionis, ait, somniorum alia velata esse figuris, ænigmatibus & ambagibus: & ea indigere interprete. Alia nobis repręsentant in somnis ea quę per vigiliam nos molestarunt, vel delectarunt: Alia, quę phantasmata dicuntur, dum vix in somnum lapsi, occurrunt somnia, & visiones quæ de futuris nos docent. Postea oracula, quando defuncti sacerdotes, aut Dii nobis per quietem declarant rerum incertarum eventum, & instruunt de iis, quæ facienda sunt.

Synesius Corenensis Episcopus Philosophus Platonicus dicit, ab astris procedere insomnia: & diversa contingere pro positione corporis inter dormiendum. Si in latus dextrũ decumbat homo, lien superiorem partem occupat, tunc somnia erunt turbida, obscura, tristia, & melancholica. Si in sinistrum conversus sit, Hepate libero somnia reddentur læta, & sanguinea. Si verò resupinus, renes pressi, & excalefacti venerea & libidinosa omnia repræsentabunt.

Medici pro ratione humorum corporis somnia contingere asserunt. Si *pituita* dominatur, videbimur inter dormiẽdum natare, pluvia madere, balneis uti, in fluminibus aut luto mergi, gravari ponderibus, non posse incedere & ejusmodi. Si *cholera* prævaleat, ardere circa nos rebimur urbem, domum, cœlum: cædes pertimescemus, vulnera, sanguinis effusionem horrebimus, pugnas videbimus & rixas. Si *sanguis* abundet, omnia nobis rubicunda per somnum videbuntur: Jocis, lucis, amoribus, choreis & saltationibus interesse nos existimabimus. Si *melancholia*, tunc nobis objicientur phantasmata, nigra, horrenda, metus plena, cacodæmones, tenebræ, præcipitia, mortuorum umbræ, & quicquid hominum mentes formidine potest afficere. Et hæc somnia rejicienda non sunt: quòd per hæc medicus solers judicare potest de humoribus peccantibus in corpore ægroti, & pro ratione uniuscujusq; convenientia morbis sanandis adhibere remedia. Ea tantùm improbanda sunt, quæ superstitionibus involuta sunt, & dęmonis artificio procurantur: qualia erant ea quæ captabantur post sacra profana, à dormientibus in Delubris Deorum, recumbentibus in coriis cæsarum victimarum: de quibus antea satis tractavimus.

Porphyrius existimavit insomnia procedere ex nobis ipsis, infusa sensibus nostris ab animâ. Alii ex intentiore imaginatione ea procedere, quæ usque ad intellectum penetrat.

THYODAMAS.

Conſuerat mecum magnorum arcana Deorum
Partiri, & viſas Amphiaraus aves.

EX Æolo Jovis & Egeſthæ, ſive Sergeſtæ filio ſuperiùs in Amphiarao oſtendimus natum fuiſſe Cretheum, hominem bello, & arte divinandi, medicinaq; nobilem: cujus frater fuit Salmoneus ille Rex Elidis; qui dum regiâ majeſtate non eſſet contentus, Deum ſe eſſe, & credi voluit: Fabricato enim ponte æneo adeò ſublimi, ut Elidis partem ſuâ longitudine tegeret: ſuper quo currus agebat tanto impetu & fragore, ut tonitruum ſimilitudinem præ ſe ferrent, maximo ſpectantium, & audientium terrore. Ex curru faces ardentes vibrabat, in miſeros homines, qui adeſſe cogebantur, ut cernui illum adorarent, & Deum proclamarent: & in quem jaculatus eſſet facem, eum ſtatim per emiſſarios milites ad hoc deſtinatos jubebat jugulari, vel contis transfodi, qui fulmine tactum fuiſſe dicebant. Hæc truculentia & immanitas illum uſq; adeò formidabilem ſuis reddidit, ut certatim omnes in faciem procumbentes tremebundi illum ado-

adorarent, & Jove majorem dicerent. Superbiam immoderatam non ferens Juppiter, dum falsos tonitrus quadrifidâ trabe, globisq; balistatum tormentis emissis imitaretur, vibratisq; ignibus fulmina fingeret, sævirétq; immaniter in homines, vero fulmine de cœlo tactum contrivit, & ad inferos infelicem animam deturbavit: de quo *Vergilius Æn. 6.*

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Jovis, & sonitus imitatur Olympi,
Quatuor hic invectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ovans, Divûmq; sibi poscebat honorem.
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum cursu simularat equorum.
At Pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: (non ille faces, nec fumea tædis
Lumina,) præcipitemq; immani turbine adegit.

Post mortem reliquit filiam formâ singulari nomine Tyro. Hanc Cretheus patruus uxorem duxit: ex qua suscepit Æsonem, Alcimedontem, & Amythaonem. Quibus alii addunt Athamantem regem Thebarum, qui ex Nephele Phryxum & Hellen genuit: unde apud *Flaccum lib.* 1. Helle dicitur Crethei neptis. Alii Athamantem faciunt Æoli filium, & Crethei fratrem. Æson ex Alcimede, vel Polymelâ genuit Jasonem. Amythaon ex Dorippe suscepit Melampodem fratrem Biantis, sed ex aliâ uxore Argonati. Melampus medicinâ clarus filias Prœti Regis Argivorum Lysippen, Amphianassam & alias, (quæ quòd cum Junone de formâ ausæ essent certare furiis agitatæ se vaccas existimabant) sanavit, propinato illis Helleboro, de quo *Plinius lib. 25. cap. 5.* ex his Melampus duxit Amphianassam, quæ illi peperit Mantium, Antiphatem, & Thyodamanta: Ex Mantio nati sunt Polyphideus & Clytus. Ex Antiphate Oicles Amphiarai pater. *Homerus lib. 5. Odyss.* Ex Mantio & Amphianassa ait, natos Clytium & Polyphideum. De Thyodamante præstanti medico, augure, & vate celeberrimo, ita scribit *Statius lib. 8.*

Insignem famâ, sanctoq; Melampode cretum
Thyodamanta volunt: qui cum ipse arcana Deorum
Partiri, & visas uni sociare solebat
Amphiaraïs aves: tantæq; haud invidus arti
Gaudebat dici similem, juxtaq; secundum.

Inter cætera quæ Thyodamanti ejusq; patri Melampodi tribuuntur, asserunt illos intellexisse voces avium, & cum illis fuisse colloçutos. Quod Democrito quoque traditur: feruntq; illum ex sanguine quarundam avium potum suum diluisse, adhibitis aliis herbarum succis: unde sensu arcano percipiebat, & intelligebat avium garritum, & cum eis communicabat. Idem quoq; Philostratus, & Porphyrius de Apollonio Tyaneo referunt: qui cùm passerem advolasse cerneret, & inter alios multa garrire audiret. Agite, inquit Apollonius, avicula magnâ contentione ad passeres contendens, illos hortatur, ut secum veniant in bivium extra urbem, ubi asinus pondere pressus prolapsus est cum sacco frumenti pleno, quo fuerat oneratus, frumentumq; ex majori parte ab agasone in viâ stratum inter pulverem relictum esse, & aviculis inde multum escæ colligi posse. Cumq; eò veniissent causâ perscrutandæ veritatis aliqui, verum esse compererunt, quod ab Apollonio dictum fuerat.

MOPSUS.

MOPSUS.

Neſcius eſt Calchas Caprificus in arbore poma
Quot gerat: Hoc verbis exprime; victor eris.

MOPSI Duo leguntur apud antiquos ſcriptores vaticinio clari. *Primus* fuit Ampyci & Chloridis filius, Tytanoris, vel ut alii malunt, Tyreſiæ nepos. De quo *Ovidius* 12. *Metam.*

Nec tu credideris tantùm cecinisse futura
Ampycidem Mopſum.

Fuit enim ex Theſſalia oriundus: unus ex iis qui cum Jaſone, & Argonautis in Colchos profecti ſunt, ad conquirendum vellus aureum, quod illic ſacrificato ariete, & in ſigna Zodaïci relato, (ut teſtatur *Juſtinus lib.* 42. & *Hyginus fab. poëtic. cap.* 14.) Phryxus filius Athamantis & Nepheles depoſuerat, fatale ut eſſet ei regno in quo conſervaretur integrum.

Fuit & *alter* Mopſus arte fatidicâ celeberrimus filius Apollinis & Mantûs fatidicæ mulieris, & Tireſiæ filiæ, qui cum matre Colophonenſium urbem condidit. Eſt enim Colophon urbs Ioniæ Apollinis oraculo clariſſima: nobilis quoq; navali militiâ: & equitatu tam excellens, ut Colophoniorum equitibus quicunq; adjuva-

juvabantur, victoriam ſibi certam auderent polliceri: unde proverbio dictum eſt, *addere Colophonem*, cùm ſumma operi manus imponeretur. Ex eâ urbe *Homerum* natum voluerunt ejus cives: unde apud *Aul. Gellium lib.* 3. *cap.* 11. hoc legitur diſtichum:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶς, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

At Mopſus ab Apolline vaticiniorum Principe, & à matre quoq; vate, & vatis Tireſiæ filiâ multa edoctus, de futuris certiſſima reddidit oracula: unde proverbium antiquum ferebatur, *Mopſo certior:* de eo qui citra mendacium futura prævidebat, & enunciabat. De eo lege *Strabonem lib.* 14. *Euſtathium in Iliados a. Cæl. Rhodig. lib.* 29. *cap.* 14. *antiq. lect.*

Narratur ejus matrem Mantum fugientem Creontis Thebani Regis, & Theſeï tyrannidem in Aſiam ſeceſſiſſe, Clarumq; urbem Ioniæ condidiſſe, ubi Apollini templum erexit. In eo Phœbades aquâ fatidicâ hauſtâ Deum recipiebant, & vaticinabantur, breviore tamen bibentium vitâ. Cumq; in Claro verſaretur Manto ab Apolline amata peperit Mopſum: isq; adultus Colophonem non procul à Claro inſtauravit: ubi paternis oraculis totâ Aſiâ nobilitatus eſt. Poſtquam autem Troja eſſet diruta, & everſa, Principes Græci dubiâ navigatione vecti, variâq; uſi fortunâ, cum difficultate domum reverſi ſunt aliqui: alii ad Caphareos ſcopulos eliſi naufragio perierunt, Nauplii Euboææ regis dolo, qui Palamedis necem ad Trojam ulciſci cupiebat. Ajax Oïleus fulmine ictus interiit. Menelaus in Ægypto hęſit, ejus frater Agamemnon Mycænas reverſus à Clytemnæſtra uxore, & Ægyſto Thyeſtis & Pelopeiæ filio in balneo confoſſus eſt. Ulyſſes per decennales errores nudus, & amiſſâ claſſe vix in Itacham pervenit. Diomedes Tydeï & Deiphiles filius, Rex Ætoliæ Ægyalæ uxoris impudicam libidinem peroſus, domum redire noluit: ſed in Apuliam profectus regni partem à Dauno Pilunni & Danaës filio accepit, ejusq; gener factus Arpos condidit. Amphiaraï filius Amphilochus terreſtri itinere ex Ilio Colophonem venit, navigio inde in Græciam profecturus. Cumq; in luco Apollinis Clarii extra urbem apud Samum in Mopſum augurem incidiſſet, Calchanta, (quem itineris comitem ſecum ducebat) illi oppoſuit, ut ſimul de divinandi peritiâ decertarent. Cumq; inter ſe plurima de oraculis, & Deorum reſponſis communicaſſent, Mopſus Calchanti propoſuit arborem Caprificum, ut conjiceret quot in eâ ficus eſſent, ut refert Heſiodus. Sed Pherecides non de arbore, ſed de ſcrophâ gravidâ, quæ quot ſuculas utero geſtaret ſciſcitatus eſt: quod cùm ſe ignorare diceret Calchas, Mopſus tres eſſe dixit, & ex iis unam fæmellam: idque aperta ſue verum inventum eſt. Calchas hac ignorantiâ tanto dolore tactus eſt, ut pudore ac mœrore contabeſcens vitam finierit. Verſus hi citantur à Mopſo Calchanti propoſiti:

Mirabor, ſanè, poteris ſi dicere ficus
Quot numero hæc Caprificus habet, perparva licet ſit,
Mille equidem decies modius menſura ſuperq;
Una fit: hanc nullo poteris comprendere pacto:
Dixit: & inventus numerus; menſuraq; certa eſt:
Continùo mortis Calchanti ſomnus obortus.

Plutarchus in eo tractatu, quem de oraculorum defectu ſcripſit, tradit Mopſum poſt mortem habuiſſe Manteium ſacellum, in quo reſponſa reddebat. Ad hoc prę- *Manteium Mopſi.*
ſes quidam Ciliciæ Epicureæ ſectæ homo improbus Libertum ſuum miſit, cui tabellam conſignatam dederat, in quâ id quod poſceret nullo conſcio deſcripſerat. Cumq; libertus iſte de more in adyto templi pernoctaſſet, viſus eſt illi per quietem adſtare vir pulcherrimus, qui hoc tantùm verbum illi dixit, *Nigrum*. Reſponſum acceptum ad Præſidem Patronum retulit: quod ſummoperè admiratus loci numen venerabundus adoravit. Nam in tabellis, quas ad altare Mopſi miſerat, ſcriptum

erat, an sacrificaturus illi esset taurum album, vel nigrum. Mopsum itaq; per totam vitam postea sacrificiis & honore divino volens prosecutus est.

Neq; mirum est hoc accidisse Mopso divinatione dum vixisset tota Asia clarissimo habito,& cujus oracula miraculosa omnibus habebantur, si post mortem inter Deos illum retulerint. Usitatum erat apud antiquos deificare homines, qui aliquâ singulari virtute reliquos præterirent, aut beneficiis multis mortales adjuvarent. Dæmon interim promptus ad perniciem humani generis promovendam, statim se ingessit statuis, vel sepulchris, vel templis, & aris mortuorum in quibus magni illi viri jacebant, & colebantur, illicq; sub eorum nominibus, & forma edebat miracula: Ut legimus apud *Herodotum lib.2.& Ælianum lib.*13. variæ historiæ,de Xerxe Darii filio: qui effosso vetustissimo *Beli sepulchro*, vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo mortui cadaver. Plena quidem non fuit urna, sed vacuum aliquid supra corpus remanserat. Adjacebat urnæ columnula, in qua sculptum legebatur, eum qui sepulchrum aperuisset, neq; repleviſſet urnam, pessimè postea habiturum, & impietatis pœnas daturum, quòd Manes defuncti irritasset hoc sacrilegio. Xerxes ad id expaveſcens, oleum infundi jussit, neq; propterea replevit urnam. Iterùm iterumq; copiosius infundi præcepit, neq; incrementum addidit: Qui cùm se operam ludere cerneret, clauso monumento mœstus discessit. Sed postquàm contra Græcos quinquaginta myriadum conscripsisset exercitum; fusus fugatusq; est, absumptis copiis fame ac ferro: ipseq; animo dejectus, cum paucis in Persidem remeavit: domiq; suæ in lectulo decumbens rebus omnibus desperatis, Mardonioq; cæso,à proprio filio interfectus est.

Beli sepulchrum à Xerxe apertum.

Orpheus sepulchrum habuit in Olympo monte Magnesiæ in Asia, non procul à Libethra urbe. Libethriis olim responsum datum est oraculo Liberi Patris, quod erat in Thracia, illorum urbem subversum iri ὑὸ ςύος à sue, quando Orpheï ossa solem inspexissent. Erant enim Orpheï reliquiæ conditę in columnâ quadam, quæ imminebat viæ ducenti à Dios Hiero (quod est oppidum Ionicum inter Lebedum & Colophonem, teste *Stephano*) in Olympum: Accidit aliquando, ut pastor quidam ad Orpheï tumulum recubãs dormiret, atq; in somnis versus cantaret suavissimè. Ejus vocis dulcedine & harmoniâ capti rustici, qui in vicinia colebant agros, relictis stivis,& operibus agrariis magnâ contentione ad cantorem concurrerunt, qui cùm inter se certarẽt, qui propiùs accederet ad Pastorem, dum sese mutuò compellunt & trudunt, columna illa pulsibus crebris agitata corruit, urnaq; illi imposita, qua Orpheï continebantur ossa, fracta est: & reliquiæ sepulti sunt humi sparsæ, nudatæq;, & soli expositæ. Nocte sequente ςύς *Sus* torrens ex Olympo fluens tanta aquarum violentia abundavit, & devolutus est tanto impetu in subjacentem agrum, ut Libethriorum mœnia dejecerit, domósq; subverterit, & habitatores omnes submerserit. Macedones eversâ Libethrâ Orphei ossa diligenter conquisita, & inventa Dion transportarunt,& illic honorifico sepulchro tumularunt. *Pausanias in Bœoticis.*& *Cæl. Rhod.lib.*18.*cap.*22

Orpheï sepulchrum.

Libethra à Sue eversa.

Latona in urbe Buthi; (quæ est in Ægypto teste *Herodiano*, *Ptolomæo*; *& Plinio lib.*5.*cap.*10.) vaticiniis celebrata, unde & ipsa *Butho* cognominata est, responsum aliquando dedit Cambysi Persarum Regi ac Cyri filio, illum in Ecbatanis moriturũ. Erat enim hic Cambyses homo immanis feritatis, & ambitionis: Is Persarum Medorumq; regnis non contentus, provincias adjacentes patrio dominio, ipsamq; Ægyptũ adjecerat. Ægyptiorũ verò superstitionib. offensus, ceremonias sacras prohibuit, Apidisq;,& cęterorũ Deorũ delubra subvertit; exercitum misit ad diruendũ quoq; Jovis Hammonis templũ, quod in Libyæ desertis sacrosanctâ religione venerandũ colebatur, sed barbaræ omnes illæ copiæ arenis per deserta obrutæ perierunt: Cumq; Buthum veniſſet, & à Latonâ monitus esset de fato illi Ecbatanis imminẽte, Metropolim Mediæ eo nomine appellatæ nunquam in posterũ ingredi statuit, (motus enim fuit Deæ fatidicæ oraculo.) Sed post interfectũ in Ægypto bove illum

Latona Butho.

illum ſacrum, quem viventem pro Apidis animâ colebant incolæ, Cambyſes in Syriam cum exercitu ſe recepit: dumq; equum conſcenſurus eſſet, gladius vaginâ elabens regem in femore ſaucium vulneravit, in oppido Epiphania, quæ & Ecbatana tunc cognominabatur: cujus nomen cùm audiviſſet, deſperatâ valetudine, Latonæ reſponſum verum fore exclamavit, & per multos dolores vitam finivit. *Herod. lib.2. Trogus Pompejus. Seneca lib.7. Lucan. lib.7.* *Cambyſis mors.*

Pherecydes Athenienſis Philoſophus, (non ille qui Pythagoræ magiſter fuit, quíq; Tullo Rege Romanorum celebris habitus eſt; & Phtiriaſi mortuus,) ſed quem Diogenes Laërtius antiquiorem fuiſſe ſcribit Orpheï diſcipulum, vaticinandi peritum, quíq; Theogoniam 10. *libris* conſcripſit, & aliud volumen de rerum principio: Is cùm Meſſanam aſcendiſſet in Olympiam apud *Perilaum* diverſatu eſt: cui conſuluit, ſi ſibi benè proſpectum vellet, inde cum totâ familiâ maturè migraret aliò. Id cùm neglexiſſet Perilaus, paulò poſt Meſſana capta eſt ab hoſtibus. *Pherecydes apud Perilaum.*

Is quoq; dum in littore Pſamio deambularet, viderétq; naven in alto mari plenis velis navigantem. Heu, inquit, quàm tibi miſerandum inſtat naufragium. Paulóq; poſt orta ſubitò tempeſtate demerſa eſt. *Naufragii.*

Cùm hauſtam è puteo quodam aquam biberet, elevatis in cœlum oculis: Ah Superi, inquit, nonne poſt tres dies terræmotu gravi locus hic quatietur: atq; ita, ut prædixerat, evenit. *Terræmotus.*

Hermippus tradit, dum inter Magneſios Epheſioſq; grave ortum eſſet bellum, cúperétq; *Pherecydes* Epheſios vincere, occurrenti cuidam Epheſio præcepit, ut ſe per crura tractum in agro Magneſio collocaret. Juſſitq; dici Epheſii, ut partâ de hoſtibus victoriâ, Pherecydem eo in loco ubi relictus erat ſepelirent. Poſtridie cõmiſſo cum Magneſiis prælio illos fundunt & ſuperant: inquirentéſq; poſt victoriã Pherecydem illum è vitâ migraſſe compererunt, & honorificè ſepelierunt, *Diog. Laërt. lib.1.* Neq; deſunt qui Pherecydem dicant Delphos profectum, è monte Corycio ſeſe præcipitem dediſſe, & ibi tumulatum. *Pherecydis mors.*

Barthabaces Magnæ Matris Sacerdos, ex adyto templi ſuæ Deę ſibi revelatum aſſeruit, Romanis victoriam de Cimbris promitti à Diis immortalibus. Illum Senatus in publicum prodire juſſit, ut populo Deæ reſponſum exponeret. Sed *Ap. Pompeius* Trib. Pleb. tanquam præſtigiatorem & impoſtorem à Roſtris repulit: Et Pompejum paulò poſt domum reverſum febris acuta invaſit, & confecit. *Plutarch. in vita Marii.* Nimirum Satan ſuas prædictiones ſactoſanctas, & inviolabiles haberi voluit, & harum contemptores graviſſimè ultus eſt. Hinc illa miracula paſſim edita, à vatibus, Ariolis, Sacerdotibus, & Magis: quibus antiquæ ſuperſtitiones, impiíq; Dæmonum cultus confirmati ſunt. Ut *de Decio Actio Navio* Augure legitur: Quidum Luc. Tarquinium regem hortaretur, ne centuriis equitum à Romulo inſtitutis novas adjiceret. Rex offenſus interrogavit Navium, poſſétne fieri, quod mente concepiſſet. Poſſe fieri dicentem juſſit novacula cotem diſcindere. Protinus ad ſe delatam ſine difficultate in duas partes novaculâ adhibitâ diviſit. *Val. lib.1. cap.4.* *Barthabacis vaticinium de Cimbris.* *Dec. Actilii Navium Augur.*

Sic apud *Strabonem lib.12.* memoriæ mandatum invenimus in Caſtabala urbe Phœniciæ, vel Ciliciæ (quæ Peraſia priùs vocabatur) Dianam Perſicam fanum habuiſſe, ubi mulieres ſacris Deæ præfectæ ſuper prunas ardentes nudis, illæſisq; pedibus ambulabant: ut fides haberetur Enthuſiaſtis ſacerdotibus, reſponſa Deæ proferentibus. *Diana Perſica.*

Idem quoq; contigit olim in Italia ad Soractẽ Hirpinorũ montem in Faliſcis: in cujus vertice Feronia nemorũ Dea templum habuit religione popularium celebre: prope quod Lucus fuit eidem Deæ conſecratus. Is cùm fortuitò incendio arſiſſet, & ob id accolæ transferre alio ſimulachrũ Deę vellent, ſubitò Lucus reviruit, & priſtino ſtatui redditus eſt. *Strabo* dicit eos qui Feroniæ numine afflati eſſent, nudis plantis ſine ulla læſione conculcare poſſe carbones ardentes, & ignẽ accenſum. *Feronia Lucus.*

CALCHAS.

Numina prædixti ſacris placanda Dianæ:
Pergamâ & ante annos non ruitura decem.

CALCHAS Theſtoris filius fuit, nepos Apollinis. Nam Apollo ex Aſteria Nympha, ſecundùm opinionem Pherecydis, ſuſcepit Idmonem: ſed *Apollonius Poëta*, & *Herodotus* dicunt Idmonem natum eſſe ex Abante rege Argivorum undecimo, qui Abas fuit Lyncei Ægyptii filius & Hypermneſtræ filiæ Danaï: & ex eodem Abante geniti ſunt Prœtus & Acriſius: Prœtus ex Antia quatuor habuit filias Iphianaſſam, Idotheam, Lyſippen & Euryalen. Quæ à furore liberatæ ſunt à Melampode. Acriſius Danaën genuit, quæ ex Jove ſuſcepit Perſeum. Ex Idmone & Laothoë vel Theſtia natus eſt Theſtor, ex quo Calchas Græcorum divinandi peritia celeberrimus Augur. Illum Agamemnon Mycenarum Rex, Dux Græcanici exercitus, (qui in Aulide portu Bœotiæ congregabatur ad expeditionem in Phrygiam, ut repeterent Helenam Menelaï Spartiatarum regis uxorem, raptam à Paride Priami Trojanorum regis filio: quam capta Lacedæmone abſente viro, cum omnibus theſauris regiis navigio impoſitam ſecum abduxerat:) ſecum duxit, idq; conſultò fecerat raptor, ut ulciſceretur

raptum

raptum Heſiones amitæ ſuæ, quam Hercules expugnato Ilio, cæſoq; Laomedonte rege abduxerat cum Priamo. Sed Priamus auro redemptus in Phrygiam redivit, Trojamq; ab Hercule dirutam reſtauravit. Heſione verò Laomedontis filia & Priami ſoror data eſt Telamoni regi Salaminis Inſulæ, in Euboïco mari, qui Æaci filius fuit. Is enim in expeditione Ilii primus omnium Argonautarum mœnia conſcendit, ideò illi data eſt Heſione in virtutis præmium. Cùm igitur Paris, qui Alexander dicebatur, in Græciam ex Aſia navigaſſet, ut amitam domum reduceret, idq; illi negaretur (nam jam ex Telamone Teucrum ſuſceperat) Paris repulſam paſſus Lacedæmonem venit, & Helenam abduxit. Ideò Menelaüs Helenæ maritus, cum Agamemnone fratre, aliiſq; Græciæ Principibus ſimul conſpirarunt in Phrygas, copiásq; quàm potuerunt ampliſſimas, collegerunt in Aulide ad trajiciendum in Aſiam. Dumq; in Aulide claſſes congregarentur, ibiq; expectando moram traherent longiorem Duces, Agamemnon in venatione imprudens cervum Dianæ ſacrum interfecit. Quapropter irata Dea, contrariis ventis navigationem Græcorum remorata eſt. Calchas ea de re conſultus, reſpondit Dianam non niſi Agamemnonis ſanguine placari poſſe. Ideò miſſus eſt Mycenas Ulyſſes ad Clitemneſtram Agamemnonis uxorem, qui illi perſuaderet, ut Iphigeniam filiam tranſmitteret ad Patrem, qui illam Achilli Peleï & Thetidis filio deſponſarat. Mater verum id eſſe rata, filiam ſuam miſit Aulidem, quæ Dianæ immolanda altari cùm admoveretur, Diana virginis innocentis miſerta illius loco cervam ſubpoſuit, puellamq; in Tauricam regionem tranſtulit, ubi à Thoante rege ſacris ejuſdem deæ præfecta eſt, & paulò poſt inde reducta ab Oreſte fratre, poſt matris parricidium.

Calchantis augurium ex ſerpente.

Dum in Aulide adhuc eſſent Græci, ſacraq; inſtitueret Calchas, vidit ſerpentem per arboris ramos ſinuoſo volumine irrepentem in nidum paſſerum, ex quibus novem depaſtus eſt cum ipſa matre. Hoc augurio motus prædixit Græcis Trojam non niſi poſt decennalem obſidionem captum iri. At poſtquam Diis placatis felici curſu in Phrygiam adpulerunt, duce eodem Calchante, ut teſtis eſt *Homerus lib.* 1. *Iliados.*

Καὶ νῆας᾽ ἠγήσατ᾽ Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω, ἰῷ Ἀλὰ μαντοσύνῃσι. Nempe per Geographiam, quam callebat Calchas: conſtat enim Græcos bis profectos contra Trojam, primáq; navigatione rediviſſe re infecta: ſecundam ſuſcepiſſe ductu Calchantis, vel, ut alii volunt Telephi regis Myſorum: quæ illis feliciter ſucceſſit. Cùm eſſent ante Trojam, exorta eſt in caſtris gravis peſtilentia, qua exercitus paulatim conſumebatur, & peribat. Conſultus Calchas reſpondit, Apollinem iratum, immiſiſſe hanc luem in Græcos, propter raptam Aſtymonem Chryſeï filiam, qui Apollinis Smyntheï ſacerdos erat: nam in expugnatione Thebarum Ciliciæ capta fuerat, & propter formæ elegantiam data Agamemnoni: Suaſu igitur Calchantis Achilles Chryſeïdem ademit Imperatori, & Chryſę patri reſtituit. Hinc illud exarſit odium inter Agamemnonem & Achillem: Agamemnon enim loco Aſtymones Hippodamiam Briſeï Regis Lyrneſſi filiam, quæ Achilli in ſortem ceſſerat, illi adimi præcepit. Quare offenſus Achilles abſtinuit ab armis aliquamdiu, unde graviſſima damna cœperunt Græci. De morte Calchantis ſuperiùs tractavimus in Mopſo: quomodo dolore contabuerit, quòd à Mopſo eſſet ſuperatus. De Calchante lege *Homerum Iliados* 1. & *Verg. Æn.* 2.

Chryſeïdis raptus.

HELENUS.

PRIAMUS Laomedontis Trojanorum Regis filius, eversâ per Herculem Trojâ cum Hesione sorore in Græciam captivus abductus est. Sed postea auro redemptus in Phrygiam rediit, & Ilion restauravit: regnique limites usq; adeò extendit, ut Asiæ minoris totius Rex judicaretur. Is Hecubam Dymantis, teste *Homero*, vel secundùm *Euripiden*, quem *Vergilius* sequitur, Cissei Regis Thracum filiam uxorem duxit. Ex qua suscepit filios Hectorem, Alexandrũ, qui Paris dictus est, Ilioneum, Deiphobũ, Helenum, Antiphũ, Trojum, Politẽ, Polydorũ, Laocoontẽ, Hippothoon & alios. Filias verò Creusam, Cassandrã, Laodicen, Ilionen, & Polyxenam. Creusa Ænææ filio Anchisæ nupsit. Cassandra ChoroeboMydonis, LaodiceHelicaoniAntenoris, IlionePolymnestoriRegiThracum. Polyxena desponsata fuerat Achilli, ad cujus sepulchrum, post captam Trojam, est immolata. Præter hos liberos ex Hecuba susceptos, Priamus alios quoq; genuit ex diversis uxoribus. *Cicero Tusculanarum* 1. scribit illum genuisse quinquaginta filios: quorum decem & septem numerantur ex Hecuba legitima conjuge, reliqui

Priami & Hecubæ liberi.

reliqui ex aliis. Ut ex Perhibia Teſtorius & Iphates nati ſunt: Ex Antidona Teucer: ex Caſtimira Gorgition. Ex Ariſba Timœtes. Ex Alyxothoë Agavus, Dicomoon, Iſus, Pamnion, Echemon, Chromius, Dorydama & Lycaſte. Tam numeroſam prolem miſerrimus Pater ſimul cum regno & vita amiſit. Uxor enim Hecuba à Græcis abducta poſt Ilii excidium, cùm in Thraciam appuliſſet, & in littore Polydori filii corpus reperiſſet à Polymneſtore genero interempti, parricidam oculis privavit, & in furorem verſa, facta canis dicitur; obrutáq; ſaxis à Græcis, quibus convitiabatur & adlatrabat.

Helenus reliquis fratribus aut cæſis, aut captivis, ipſe Pyrrho Achillis filio ſorte obtigit: Hunc Dominus plurimùm amavit, propter prudentiam, & vaticinandi artem, qua excellebat. Prædixerat enim Ilii excidium, ſicut & Caſſandra ejus ſoror: Sed cùm maligna ſors Priami poſteritati invideret, Helenam Menelao marito cõtra ſuorum conſilium reſtituere noluit, cupiens Paridi filio gratificari, & raptum Heſiones ſororis Telamoni datæ ulciſci; Secuta eſt Trojæ, totiusq; ferè Aſiæ deletio. Captus Helenus poſt expugnatam patriam, cùm omnes Principes in Græciam reditum pararent, illis prædixit naufragia, & diverſos caſus ſingulis eſſe præparatos à Diis, quibus niſi cautè & prudenter providerent, ferè omnes conſumerentur. Cui cùm ſegnius monenti obtemperaſſent, quidam eorum ad Caphareum fluctibus abſorpti ſunt. Nauplius enim Neptuni filius & Amymones Danaï Regis Argivorũ filiæ, ut Palamedis filii ſui mortem, Diomedis & Ulyſſis dolo ad Trojam perempti, ulciſceretur, Græcorum Principum uxores, dum abeſſent mariti in Phrygia, ad ſtupra diverſa pellexit & ſolicitavit, appulſisq; in Eubœam, in ſcopulis Caphareorum rupium faſces incendit noctu, ut eò naves Græcanicæ per tenebras appellerent, & petris rupium illiſę naufragio perirent. Sed cùm ſenſiſſet eodem naufragio non eſſe abſumptos Ulyſſem & Diomedem, dolore percitus ſeſe ex iiſdem ſcopulis præcipitem dedit.

Pyrrhus Heleni monitiones ſeriò intra ſe meditans, & iis obtemperans, felici navigatione in patriam reverſus eſt. Noverat enim Heleni ſagacitatem, quam jam pridem Græci fuerant experti: nam ex lapide Siderite Trojanæ urbis excidium cognoviſſe fertur, & Græcis jam deſperantibus poſt tot annorum obſidionem indicaſſe. *Euripides* aſſerit, id eum feciſſe Orpheo auctore, qui Deiphobo Helenam poſt Paridis obitum invidebat. *Sophocles* tradit Helenum ab Ulyſſe captum Trojæ fata invitum Græcis declaraſſe. *Zetzes Iliados ζ.* illum augurem præſtantiſſimum dixit:

Pyrrhus Heleni monitis obtẽperans ſalvus in patriam redit.

Πριαμίδης Ἕλενος οἰωνοπόλος ὄχ' ἄριστος.

Ad Helenum referunt χειροσκοπικὰ vaticinia, quæ conſiderantur ex manuum lineamentis, ut ſcribit *Suidas*: ſicut παμμικὰ *ad Poſſidonium*, quæ ex unoquoq; corporis motu colliguntur.

Pyrrhus in Theſſaliam reverſus Helenum liberaliſſimè tractavit, illiq; Andromachen Hectoris cæſi viduam deſponſavit: adjectâ etiam, dataq; illi regni ſui partẽ in montanis Epiri: ubi ipſe condidit urbem ad ſimilitudinem Trojæ, in qua profugum Æneam excepit hoſpitio. *Vergil. Æn. 3.* Ubi Andromachen ſacrificantem Manibus Hectoris invenit. Buthrotumq; introductus ab Heleno, exitum ſui curſus didicit. His verbis:

Trojugena interpres Divûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarii, lauros, & ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,
Fare age (namq; omnem curſum mihi proſpera dixit
Relligio, cuncti ſuaſerunt numina Divi
Italiam petere: Et quæ ſequuntur.

Partem eam Epiri, quam à Pyrrho accepit Helenus, vocavit Chaoniam à Chaone fratre, quem per imprudentiam in venatu occiderat

CASSAN-

CASSANDRA.

Prædixit Troiæ excidium Priameia Virgo:
Atque Agamemnoniæ tela cruenta necis.

CASSANDRA Priami & Hecubæ filia, soror Heleni. Ea præter reliquas Priami filias forma fuit singulari, & moribus venustis ornata: ideò ab Apolline ardenter amata. Cujus concubitum dum procaciùs ambiret, puellâq; non posset potiri, jussa est à DEO poscere quodcunq; vellet pro mercede, quam se ultrò soluturum esse juravit per Stygiam paludem. Illa ab astricto per irrevocabile jusjurandum amatore, divinandi peritiam petivit. Id cùm Deus credulus concessisset, à puella nihilominùs delusus est, & repulsus. Sed is repulsa irritatus, dum munus sacramentò concessum non posset irritum reddere, neq; ingratæ eripere, effecit, ut nemo ejus vaticiniis in posterum fidem haberet. De qua *Vergilius Æneid. 2.*

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.

De ea lege *Propertium lib. 3.* & *Lycophronem in Cassandra.*

Factum

Factum enim est cùm Helena Menelaï uxor rapta esset à Paride, Cassandra Priamo Hecubæq; parentibus sæpiùs iteravit, somnium matris de Paride fortiturum eventum. Somniaverat enim Regina Paridem utero gestans, se facem ardentem peperisse: quod Cassandra, & conjectores vates interpretati sunt, puerum, qui nasceretur, causam futurum incendii Trojæ: Sed propter Cassandram fides non est habita divinis: licèt puer jussu regis sit expositus, & inventus à Pastoribus regiis educatus in Ida monte Phrygiæ, ubi amavit Oenonem nympham, ex qua geniti sunt Daphnis & Idæus. Postea in Ida Judex factus de pulchritudine Dearum Junonis, Palladis, & Veneris, malum aureum adjudicavit Veneri, quæ illi Helenam promisit, excidii Trojani causam: Cumq; decimo Iliacæ obsidionis anno equus ille ligneus ab Epeo Endimionis filio & Pœonis fratre fabricatus ad urbis mœnia duceretur, Cassandra machinam illam in urbem minimè recipiendam frustrà clamitabat: cùm nemo salutaribus admonitionibus fidem adhiberet. Sinon enim Sisyphi filius, & Autolyci nepos, ab exercitu Græcorum ad Trojanos profugus, insistebat strenuè, ut apertis mœnibus in urbem introduceretur; asserens in fatis esse Trojam capi non posse, quamdiu equus ille servaretur integer: At in eo latebant validissimi Græcorum duces, qui noctu machinâ per Sinonem apertâ erumpentes, portam urbis recluserunt, Græcósq; reversos ex Tenedo admiserunt, & Ilium incenderunt. Cassandra Chorœbo Gerasti fratri, & Mygdonis filio, Otroëiq; Regis Thracum nepoti, (cujus patruus erat Cisseus Hecubæ pater) despõsata erat: Isq; ardenti amore puellæ captus, cùm Gerasto fratre ad Trojam venerat, socero Phrygibusq; laturus opem: Illum sponsa monebat, ut se in Thraciam reciperet, ipsum cùm Ilio periturum, sed ut *Vergilius Æneid. 2. scribit:*

Somnium Hecubæ.

Infelix qui non Sponsæ præcepta furentis
Audierat.

A Peneleo Bœotorum duce, ea nocte qua urbs incensa est, interfectus est, dum auxilium conaretur ferre Cassandræ, quam Ajax Oileus crinibus arreptam trahebat in Minervæ delubrum, ubi vim intulit puellæ. Quo stupro irritata Dea, dum capta Troja Ajax ille Locrensis domum revertitur, medio mari ictus fulmine, cum navi miserando naufragio absorptus est. At cùm omnia essent desperata, urbs incensa, Priamus ad Hercæi Jovis aram cum Polite filio trucidatus, totaq; Regis soboles, aut cæsa, vel capta, Cassandra in prædæ divisione Agamemnoni filio Atreï Mycenarum regi, Græcanicíq; exercitus summo Imperatori sorte evenit: Eaq; reditum paranti Domino seriò consuluit, ut sibi caveret ab insidiis uxoris, cujus proditione interimeretur. Sed Imperator mulierculam pro insana contemnens, ejus verbis non obtemperavit, quæ verissima esse exitus comprobavit. Agamemnon enim post diversa mari terraq; superata pericula Mycenas venit, ubi à Clitemnestra uxore conspiratione facta cum Ægysthо adultero, unà cum Cassandra trucidatus est. Nam Ægysthо Thyestis patrui filio Rex in Phrygiam profecturus uxorem cum domo ac liberis commendaverat. Sed impudica mulier propter immolatam Dianæ Iphigeniam filiam maritum oderat, & thalamo Ægysthum exceperat, qui redeuntem in balneo occidit. Idem quoq; facturus de Oreste Agamemnonis filio, sed is ab Electra sorore clam subtractus, cum Pædagogo missus est ad Strophium Phocensium regem, qui Agamemnonis sororẽ uxorem duxerat. Unde adultus rediens Argos matrem cùm Ægysthо peremit, paternamq; necem, quam vindicare puer non potuit, vir factus ultus est, cum Pylade Strophii filio amico intimo, & omnium fortunarum socio fidelissimo:

Cassandrè mors.

LAOCOON.

Eventus rerum incertos prædicere noſtrum eſt:
Hoc mihi Tymbræus munus Apollo dedit.

LAOCOON, ut ſuperiùs *in Heleno* oſtendimus, Priami Hecubæq; filius fuit, Apollinis Tymbræi, vel ut alii malunt Neptuni ſacerdos, Propheta inſignis, & rerum ſcientia excultiſſimus: ſacris vacans, & ſervitio Deorum, maximè Apollinis, cujus numine afflatus, futura vaticinabatur, & prædicebat. Contigit, ut Trojanæ obſidionis anno decimo, cùm Græcos tam diutinæ tæderet moræ, de reditu in Græciam multi cogitarent. Placuit tamen aliis aliquo ſtratagemate Trojanis illudere, urbemq; dolo occupare. Quapropter equum illum vaſtitatis immenſæ fabricaverunt, in cujus concavitate incluſi ſunt ex Grajis Ducibus omnium audaciſſimi & ſolertiſſimi Tiſandrus Polynicis Thebani & Argiæ filius, Stheneleus, Capanei, & Evadnes, Ulyſſes Icarii & Anticliæ, Athamas Æoli, Thoas Bacchi & Ariadnes, Pyrrhus Achillis & Deidamiæ, Machaon Æſculapii & Arſinoës, Menelaus Atrei & Aëropes, & Epæus Endimionis Equi Duratii fabricator: quos *Vergilius Æn.* 2. deſcribit:

Equus Duratius.

Latiq;

Lætiq; cavo se robore promunt
Tisandrus, Sthenelusq; Duces, & dirus Ulysses,
Demissum lapsi per funem, Athamasq;, Thoasq;,
Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeüs.

Hic Epæus à Pallade creditur fuisse edoctus Trojanis inimicæ: cujus instinctu antea dicitur fuisse inventor Arietis Machinæ ad turres, & mœnia urbium discutiendæ aptæ. De quo *Plinius lib.6.cap.56.* Hęc ingens Equi structura dolo Sinonis Sisyphi filii ruptis mœnibus in urbem trochlæis subpositis invecta est, multum reclamante Laocoonte vate, qui à Deo inspiratus, urbis excidium prævidebat: hastam igitur sumptam summis in latus equi contorsit viribus: quo ictu auditus est inclusorum armatorum crepitus; neq; desierunt propterea Trojani fatalem illam machinam in suam Urbem pertrahere. *Verg. lib.2. Æneid.*

Primus ibi ante alios magna comitante caterva,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul: ô miseri, quæ tanta insania, cives?
Creditis avectos hostes? an ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Ulysses?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achæi,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturaq; desuper urbi, &c.

Sed cùm prædictionibus prudentis vatis nemo vellet obtemperare, perstiterunt in incœpto. Temeritatem eorum auxit portentum hoc, quod idem *Vergilius* adjungit:

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solennes taurum ingentem mactabat ad aras;
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt:

Quorum τὸ θεῖον describens *Vergilius* addit:

Illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primùm parva duorum Laocoontis mori.
Corpora natorum serpens amplexus uterq;
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, spirisq; ligant ingentibus: Et quæ sequuntur.

Hoc spectaculo moti Troës, existimarunt Laocoonta justas dedisse pœnas, quod Minervæ sacrum equum violasset: nam duo serpentes sinuosis voluminibus gyrantes, in Palladis templum irrepserant, & sub Deæ Ægide quieverant. Capti igitur per noctem Trojani, qui, obsidionem solutam putantes, diem illum noctemque choreïs, ludis, & conviviis festum duxerant, ad internecionem cæsi sunt. Nemoq; ex tantis periculis, aut pauci evaserant: Antenor collectis Henetorum & Paphlagonum reliquiis, & in intimum sinus Adriatici recessum penetrans, in continenti condidit urbem Antenoream nomine, quæ postea Patavium vocata est ad Medoacum amnem. Ænæas quoq; Anchisæ & Veneris filius, & Priami gener, cum Dardanidum reliquiis superstitibus, patre Anchisa, & filio Ascanio variis erroribus actus, tandem pervenit in Italiam: exceptusq; à Latino Rege, partem regni accepit, cum Lavinia ejus filia. Hinc Albani reges, & Remus, Romulusq; Romanorum conditor. Illum tamen cum Antenore Trojam prodidisse quidam asserunt: Ideò à Græcis dimissos esse incolumes: Constat sæpiùs Antenorem suasisse Helenã esse dimittendã, Ulyssemq; & Græcorũ legatos domo sua excepisse, quos amicè tractarunt Antenoris filii Archilochus, Athamas, Laodicus, Helycaon, Archelaus, & Antheus.

POLYXO.

POLYXO Lemnia mulier fatidica, Sacerdos Apollinis, cujus oracula reddebat sciscitantibus, & Divino spiritu concepto, prædicebat futura, summa Lemniorum, totiusq; Græciæ admiratione. Ad eam enim certis anni temporibus undiq; fiebat concursus, ut Deum consulerent homines de rerum eventibus. Tantumq; auctoritatis ex vaticiniorum certitudine apud suos conciliavit, ut in omnibus rebus nihil aggrederentur, molirentur, aut susciperent sine illius consilio, ac jussu. Accidit interim, ut Lemniæ mulieres sacrum solenne facerent Superis, Apollini potissimùm & Dianæ eorumq; matri Latonæ: cumq; Diis omnibus litassent, solius Veneris nomen consultò neglexerunt: quòd ejus numen circa voluptates, & amores versaretur: esset q; incicatrix ad insanas libidines, quibus effrænata juventus pelliceretur ad turpia quęq; perpetranda, posthabito nuptiali thalamo, cui Juno præficeretur: matrimoniaq; sancta & pura conservare juberet. Idcircò relicta Venere, Junoni Sacrosancti conjugii tutelari

Dex,

Deæ, ejúsq; ancillis Levanæ, & Ilythiyæ ſacra facere, illas invocare, illas revereri, & colere ſtatuerant. Venus propter hunc contemptum offenſa, & irritata Lemnias matronas malè mulctare ſtuduit. Quod, ut fieret cum majore ignominia, & turpitudine, Mephitim graveolentiæ Deam immiſit, quæ mulierum alis & inguinibus virus ſuum immitteret: *Myrtilus lib.* 1. *rerum Lemniarum* refert, hanc graveolentiam ad Medeam, quæ ex Colchis Jaſonem ſecuta cùm in Lemnum adplicuiſſet, Zelotypia capta, pharmacum quoddam, & venenum projecit in eam inſulam, quod gravem odorem fęminis peperit, & impreſſit: manſitq; hoc vitium poſtea in omnibus mulieribus, ut ſtato anni tempore, æſtivis maximè caloribus fœtore maritis eſſent intolerabiles. Sed *Steſichorus* ad Venerem refert: ut ſcribit *Natalis Comes lib.* 6. *Mythologiæ cap.* 7. Tetro igitur uxorum odore alienati viri Lemnii, illas primùm faſtidire cœperunt, poſtea cum nauſea averſari. Et aliunde conjugia quærere, accitis è Thracia, Aſiaq;, & circumvicinis locis pręſtantibus puellis, quas thalamo ſubſtituerent. Lemniæ matronæ hoc ignominioſo divortio perculſæ, quo reliquis Græciæ populis famoſæ reddebantur, Polyxûs Sacerdotis conſilium requirunt. Ea cùm animadverteret irreconciliabili faſtidio viros averſari omnem ſexum fœmineum Lemnium, tandem cum reliquis conſpiratione facta decrevit omnes viros trucidare, & de medio tollere. Factumq; eſt quod decreverant, ſuccedente proditione, dum viri nihil tale timentes, & improviſo per ſomnum jugulati ſunt. Sola Hypſipyle Thoantis Regis Lemni filia patri pepercit: nam cùm ter ad parentis cubiculum ingreſſa eſſet, parricidium tentanti ter gladius è manibus cecidit: tandè conſilium patri aperuit, qui pietate filiæ ſervatus eſt: erat enim Thoas Liberi Patris filius ex Ariadne Minois filia, unúſq; ex iis, quem ſuprà cum Ducibus Græcis equo Epeï incluſum fuiſſe narravimus. Lemniæ mulieres, ob ſervatũ Thoantem, Hypſipylę infenſæ ſunt, cùm præter illum omnes virilis ſexûs homines in ea inſula ad internecionem cæſi eſſent: quare intempeſtiva pietate reliquis inimicam patria exegerunt: ea in fuga capta eſt à Pyratis, & Licurgo Nemææ regi vendita: à quo liberaliter excepta, & tractata eſt, nutritioniq; filii regis præpoſita. Nam paulò ante fugam gemellos ex Jaſone in Colchos cum Argonautis profiſciſcente, quem hoſpitio ſimul ac thalamo excepit, pepererat. Sed cùm aliquanto poſt Argivis ad Thebanam obſidionem venientibus, Langiam fontem in Nemæa ſylva ſitientibus oſtenſura, Archemorum aluminum in gramine depoſuit tantiſper dum rediret: qua abſente puer à ſerpente ictus interiit. Ejus rei cauſa Lycurgus filii nutricem diligenter inquiri juſſit, ut ad ſupplicium traheretur. Sed illa ad Adraſtum Iphios filium, & Argivorum regem fugiens, ab eo ſervata eſt. *Statius lib.* 4. *Thebaidos.* Et *Papin. lib.* 4. *&* 5. *Thebaid.*

Lemniæ mulieres hircoſæ.

Lemnii viri à mulieribus interfecti.

Thoas ſervatus à filia.

Archemori mors.

Poſt interfectos viros Lemniæ mulieres hortatu Polyxûs Venerem placare ſtuduerunt: & avertendæ graveolentiæ cauſa hircum & capram Deæ immolaverunt, adhibito thure, & ſuavefragrantibus aromatibus, ut hâc victima Venus recõciliaretur. Quod poſtea factum eſt, diapaſmate correcto alarum, inguinumq; trago. Utq; religioſiùs res adminiſtraretur, Terra illa ſacra, (quæ tam ſuperſtitioſis ceremoniis in monte prope Hepheſtiam urbem effodiebatur, & ad omnes populos pro amuleto peſtis, venenorum, & diverſorum morborum medela mittebatur) à ſacerdote miſcebatur ſanguine hirci vel capræ immolatæ: redactaq; in paſtillos ſignabatur ſigillo capræ, quam Σφραγίδα αἰγὸς vocarunt. Hicq; mos perduravit multis ſæculis, ut teſtis eſt *Homerus, Herodotus, & Dioſcorides.* Tempore tamen Galeni (qui vixit, floruitq; ſub Imperio Trajani, Antonini, Marci, & Commodi) ſigillũ hoc capræ jam deſierat imprimi: ſed ejus loco à Phœbade ſacerdote far, hordeumq; certis ceremoniis ſpargebatur ſuper terra, qua replebatur currus, ac de monte vehebatur in ſubjacentem urbem Hepheſtiam. Unde in paſtillos redacta, & ſignata, diſtribuebatur in omnes orbis partes. Hodie ea terra adhuc habetur ſummo in precio. Redactâ Lemno in poteſtatem Oſmannorum Turquarum Imperatorum, effoditur hęc terra religioſiſſimè tantùm ſemel quotannis, nempe ſexta menſis Au-

Terra ſigillata.

gusti, prope Hephestiam, quæ ab incolis hodie nominatur Cochino. In monte enim vicino invenitur, sito ad maris littus è regione Samothracis: ubi erectum est sacellum, quod ζωπήγα nuncupant: Conveniunt eò καλόγεροι, vel καλογέροντες monachi quotānis, & in sacello peracta religiosissimè Liturgia Græca, adstantibus aliis Sacerdotibus, Turcísq;, & Insulæ accolis, post absoluta sacra, precésq; de more peractas, per quinquaginta, vel sexaginta fossores, quos secum ex Cochino deducunt, cespites è superficie terræ divertunt, tellurem aperiunt altiùs, donec deveniant ad venam terræ illius sacræ, quæ instar sævi aliquantulùm sabulosi, & subrubri videtur. Tum Calogeri eâ replent sacculos Cilicios ad eam rem præparatos, & diligenter clausos reportant eos ad Weivodam Lemni Præfectum: in cujus præsentia terra redigitur in pastillos, & in iis modicè compressis globulis imprimitur literis Arabicis sigillum, quod *Tin imachton* continet, hoc est, *Terra sigillata*: Ex Lemno transmittitur ad Constantinopolitanum Imperatorē, parte tamen aliqua sibi reservata, quam peregrinis Mercatoribus ingenti precio divendit: edicto sub pœna capitis, & bonorum confiscatione publicato, nequis Lemniorum vel portiunculam vendere audeat: ut omne lucrum, quod inde redit, ad proregem pertineat: vel ad solum Imperatorem Osmannicum: qui pastillos illos principibus extraneis, Legatisq; largitur munere singulari: sed majorem eorum partem per Mercatores vendit: Neq; timendum est, ne quis secretò eam terram effodiat noctu, arbitris remotis: cùm locus ita sit absconditus & tectus, ut nisi à loci gnaris cognosci ullo modo possit. Et cùm eruenda est, opera quinquaginta robustissimorum fossorum indigeant, qui cum magna difficultate terram illam sacram, in profundissimis venis latitantem rimantur, & perquirunt: idq; statuto tempore, ac solenni ritu: existimant enim eam terram sine energia & virtute fore, nisi sacris primò peractis: quibus consecratur, & vires acquirit ad remedia morborum.

Mos effodiendi terram Sigillatam in Lemno.

Petrus Belonius libro observationum *cap.* 22. proponit typos hodiernorum sigillorum, qui huic terræ imprimuntur: quorum formæ tales sunt:



HIR-

HIRTIA.

HIRTIA Seſoſtris filia mulier fatidica, Apollinísq; miniſterio dedita: cujus divinitate, & afflatu inſpirata prædicabat plurima. Hæc Patri Seſoſtridi, ex revelatione Serapidis edocta, ſuaſit, ut Colchos bello peteret, cui victoriam à Diis immortalibus polliceri aſſeverabat: idq; eventus fœlix ſtatim poſtea comprobavit. Collecto enim quanto potuit exercitu, Colchorum regionem invaſit, tantóq; ſucceſſu in ea expeditione uſus eſt, ut ſubjugatis brevi tempore omnibus Urbibus, quæ ſe ultrò ejus imperio ſubdiderunt, tota Provinciâ parvo labore potitus ſit. Quibus adjunxit & Getas: regionésq; omnes à ſe ſubactas trophæis diverſis inſignivit: ex quibus multa ſe adhuc vidiſſe teſtatur *Herodotus*, in quibus muliebria pudenda ſculpta erant. *Seſoſtris Colchos occupat.*

Neq; multò poſt à filia monituseſt, ut ad Ægyptum occupandum animum adjiceret: Deos opem laturos, & fortunam benevolam illi victoriam tributuram, idq; ex revelatione Dei aſſerebat filia. Obtemperat Pater, copiasq; Ægyptũ verſus ducit:

ducit: ubi eo tempore regnabat Mœris, potentia opibusq; clarus. Cujus opus dicitur lacus ille manufactus Mœridis appellatus inter Memphin & Arsinoën. Qui in suo circuitu continet quadringentos, & quinquaginta passus: teste *Plinio lib. 5. cap. 9.* Illum Sesostris invasit & superavit: præfuitq; Ægypto summa felicitate: adjecitq; suo imperio quicquid est terrarum ab Ægypto usq; ad mare rubrum. Utq; trajectus esset navigabilis, à Nilo ad Oceanum Australem, magnis conatibus, & impensis alveum deducere nixus est usq; Arsinoëm, quæ est urbs Cyrenaicæ regionis ad Arabicum sinum sita, sed hoc tam difficile opus ad perfectionem adducere non potuit, propter locorum distantiam, arenas mobiles, & ventorum turbinibus agitatas, quódq; fossores in solitudinibus petrosis, sterilibus, & sabulosis, æstu solis, siti, & omnibus incommodis torti enecabãtur. Templa interim magno sumptu Diis erexit, Præcipuè Serapidi, qui inter antiquos Deos Ægypti tutelares primus numerabatur, oraculis celeberrimus: Primum delubrum illi apud Memphim erectum est religione venerandum: sed omnium sumptuosissimum fuit illud apud Alexandriam: de quo superiùs *in Serapide* tractavimus. Ejus Idolum confractum est, & igne crematum à milite quodam Christiano, licèt à DEI Sacerdotibus fama publicaretur cœlum ruiturum, tellurémq; in voragines horrendas apertum iri, si quis eam statuam manibus prophanis attigisset.

Mœris superatus à Sesostride.

Thoraces quoq; Serapidis ad postes, domorumq; ostia pro amuletis sacris sculpti abrasi sunt, in quorum loco T. litera, quæ signum crucis JESU CHRISTI præferebat, reposita est: cujus interpretationem antiquam fuisse dicebant, *Vitam æternam ventura.* Prædictumq; fuisse tamdiu stare debere integra quæ colebantur, donec viderent signum T. publicè proponi, in quo esset vita. Ita accidit, ut plurimi ex sacerdotibus, & sacrorum ministris ad fidem Christi venerint, quòd hujus mysterii essent conscii. De quo lege *Ruffinum lib. 2. cap. 23.*

Ægyptii (qui præter reliquos orbis populos religiosa superstitione suos Deos coluerunt,) sub diversorum animalium, herbarumq;, & figmentorũ simulacris Dei summi providentiam designabant. Unum Deum credebant ingenitum, æternum, omnipotentem, Sapientem, & summè bonum. Illum reliqui Mortales *Jovem* vocitabant, non illum Saturno genitum Cretę regem, quia ante eum Jovis nomen apud Ægyptios notum erat. Sed eum de quo *Peliades* Delphicæ Chaoniæ regis filiæ cecinerunt:

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστὶ, Ζεὺς ἔσεται πάϊ.

Juppiter est & erit, fuit idem Juppiter antè.

Nempe æternus ante omnia sæcula, & immortalis, qui principium & finem nesciat, sicut alii DEI parentibus mortalibus geniti, qui mortui sepulchris mandati sunt: quorum animæ creditæ sunt à DEO magno immortalitate donatæ, & assessores esse illi divinitati in cœlis, unde terrena despiciant, & mortalibus opitulentur. De summo hoc Jove ita scriptum reliquit *Orpheus:*

Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς ἀρχὴ πάντων, ἠδὲ τελευτή.

Juppiter est caput, & medium: Jove cuncta creata.
Juppiter est Rex: hoc pendent primordia, finis.

Et *Josephus Jovem* à gentibus vocari DEUM; quem JEHOVAM Hebræi appellabant, affirmat.

PRYLIS.

PRYLIS.

Ille ego sum, Vocitat tellus quem Lesbia Prylin:
Qui Xerxem in Graecos arma movere foro.

PRYLIS *Lemnius* fuit, Mercurii filius, velut alii malunt, Cadmi & Issæ nymphæ; apud suos divinandi arte clarus: Acceperat enim à patre Mercurio eloquentiam, & ab Apolline cujus sacris præerat Spiritu Pythonico afflatus oracula reddebat. Inter cætera, quæ illi tribuuntur, hoc citatur memorabile, quòd *Græcis* prædixisse fertur, ex Asiæ penitissimis regionibus venturum regem potentissimum, cum infinitis armatorum myriadibus, qui totam Græciam inundarent. Et hunc monarcham à Græcis numero longè inferioribus vinci posse, si rem prudenter gererent, & consilio uterentur præstantiorum. Tum quia tanta mortalium multitudo non posset agi sine innumeris sumptibus, tum etiam quòd nulla regio, quantumvis fertilis & dives, posset commeatibus sufficere ad tam numerosum exercitum alendum. Propterea Græcos bono animo esse debere: viriliter illis esse pugnandum contra hostem barbarum, qui numero suorum, potentiáq; immani fultus, in Deos injurius, & in omni fortuna esset insolens. Græcos militari disciplina, magnanimitate, fide, & religione egregiè instructos sine

difficultate victoriam reportaturos, modò tempestivè suis rebus prospicerent, & maturè de Præfectis castrorum idoneis sibi providerent. Fides adhibita est vati, nihilque intentatum relictum est, quod ad excipiendos barbaros facere posset: Ita aliquot post annos *Xerxes* Darii regis Persarum filius,& magni Cyri ex Atossa nepos,centum & septuaginta hominum myriadas, *hoc est*, decies septies centena millia militum per quinquennium integrum ex tota Asia contraxit. Hacq; multitudine fretus, bellum Græciæ indixit, nisi se omnes Imperio Persico submitterent. Ac *tantam hominum turbam ex edito loco intuitus, fertur illacrymasse, quòd post annos centum nemo ex illis esset futurus superstes:* incusavitq; Fatorum severitatem nimiam, qui mortalibus tam brevem præscripsissent vitam, eamq; tam diversis casibus,& fortunæ contumeliis injuriisq; obnoxiam. Tantùm navium habuisse fertur,ut ex Asia in Europam ponte navali per Hellespontum ducto suum exercitum trajecerit. Mare fremens increpuerit minis, ferreasq; catenas in fluctus conjecerit, ut eis tanquam compedibus adstrictos coërceret, & jugum pati juberet. Et ut *Plinius libro* 4. *cap.* 10. tradit, Athon montem Thraciæ, vel Macedoniæ (utramq; enim regionem attingit) secedere per Legatos præcepit, postea ducto alveo à continente abscidit.

Decies septies centena millia hominum in exercitu Xerxis.

Xerxis temeritas.

Xerxis crudelitas in Pythium.

Cùm adhuc in Bithynia versaretur, Pythius quidam opulentissimus Princeps ad eum venit cum filiis quinq;, quos in castra Persica dimittere cogebatur: utque à Rege precariò impetraret retentionem natu minoris, qui suæ senectutis esset solatium, obtulit stipendium totius exercitus, & commeatum ad menses quinque. Idemq; paulò antè Dario donaverat ingentem platanum ex auro solido conflatam, cujus precium multis talentorum millibus æstimabatur. Vitem quoq; eidem munere obtulerat ex eodem metallo, cujus racemi & uvæ compactæ erant ex pyropis, & ex saphyris racematim colligatis. Petitionem Pythii indignissimè tulit Rex barbarus. Jussitq; miseri patris filium in duas partes dissectum palis utrimq; ad viam regiam adfigi, per quam totus exercitus transiturus erat. *Sabellicus libro* 2. *Ennead.* 3.

Is in Græciam trajiciens ad Thermopylas (quas Leonidas Laconum Rex custodiebat, cum quadringentis tantùm selectis militibus) superatus est: in ea pugna cum Mardonio Persici exercitus duce commissa, cecidit Leonidas. *Herodotus lib.* 7. Exhortatus suos ad manum conserendam cum barbaris, *estote forti animo*, inquit, *hodie fortassis apud Inferos cænabimus.* Neque multò post Xerxes, qui antea maria tota navibus sterneret, ad Salaminem Eubœæ insulam navali prælio, magna suorum clade, & ignominia superatus est à Themistocle Neoclis filio Atheniensium duce, qui vix secum quatuor hominum millia ducebat. Ipseq; Rex parva scapha effugiens, in Asiam se recepit: relicto in Græcia Mardonio, qui bellum inchoatum, qua posset ratione, ad finem perduceret: sed & is quoq; ab Arimnesto Lacone saxo obrutus interiit. Ut tradit *Plutarchus in Aristide*. Totaq; illa barbarorum multitudo extincta est, pauciissimis exceptis, qui fuga sibi consulentes in Asiam se receperunt. Ipseq; Xerxes otio & socordiæ,in Persidem reversus, sese dedidit: præmia proponens iis, qui diversa voluptatum genera, novaq; excogitassent. Idcircò à suis contemptus, defectione Artabani Hystaspis filii,& Darii Persarum regis fratris,à regni administratione primùm dejectus est, demum ab eodem interfectus, postquam regnasset annis octo.

Xerxis mors.

Prylis vates, (appulsis in Lemnum Græcis, qui ad Trojam se conferebant) à Palamede Nauplii Eubœæ regis filio conventus est, à quo post diversa colloquia utrimq; habita persuasus est, ut doceret quo modo Ilium capi posset. Is Græcis mandavit, ut equum illum ligneum, capacem multorum hominum fabricarent, qui in urbem introductus expugnationis occasionem præberet: Cum Palamede multa Prylim ratiocinatum ferunt de oraculis, & Magia: déque uno summo DEO ingenito & æterno, conditore rerum omnium: qui hominem virtutum cœle-

Equus Trojanus instinctu Prylis fabricatus.

cœleſtium participem donaverit ratione, qua ſuum conditorem cognoſcere poſſet, & illi inſervire: Quia à ſolo homine in hoc terrarum orbe vult coli Deus: cui ſe communicat per viſiones, revelationésq;, & infuſus in animum hominis, oracula & reſponſa pronunciat, ſuamq; voluntatem mortalibus declarat.

Hæc eſt illa *Homeri catena*, & *Platonis annulus:* per quæ ſummi illi Philoſophi nihil aliud voluerunt ſignificare, quàm cohærentiam, & conjunctionẽ quandã omnium creaturarum ſimul connexarum, qui tanquam funiculus è cœlo & ſuperioribus ad inferiora demiſſus, omnia connectit, & inter ſe conjungit: Ut Deum cũ Geniis cœleſtibus, Genios cum hominibus, Homines cum brutis: & bruta cum plantis: inter quos gradus ſunt convenientes iſti harmoniæ, & conjunctioni aptæ: Nam, ut in cœleſtibus diſtinctiones ſunt Geniorum, inter quos eſſe *Archangelos, poteſtates, virtutes, & Thronos aſſerunt*, ita in terris homines diſtinctione virtutũ, dignitatum, & potẽtię propiùs ad ſuperna accedunt. Doctrinę ac ſcientię animas excellentiores reddunt: & cohærentes cum cœleſtibus Angelis. Vitia, malitia, & depravatio morum, malos cum Geniis malignis: ſtupiditas & ignorantia, homines cum brutis: rursùs inter ſe bruta alia ſunt terreſtria, aëria, aquatilia, & bivia: & de reliquis ita dici poſſunt, ut tanquam *annulus* omnia inter ſe recurrant, ſimul aſſociata & cohærentia.

Homeri Catena & Platonis annulus.

Et ut *Macrobius* ait: Deus, qui prima cauſa eſt, rerumq; Princeps, ſuæ Majeſtatis fœcunditate mentem creavit: Mens animam: quæ partim rationem (quam Divinis rebus, utpote cœlo, & ſupernis ignibus impertitur) partim quoq; ſentiendi, & creſcendi caducis rebus vim largitur. Homo medius in utroq; conſiſtit: & à cœlo nobilitate recedens, & rationis particeps (qua meretur cæteris præſtare animalibus) ſentiendi vim retinet. Reliqua animalia, ut ab eo degenerantia duo tantùm retinent, creſcere & ſentire. Arbores, plantæ, lapides, & alia, quæ ſenſu & ratione carent, uſu tantùm creſcendi indigent. Cùm ergò à DEO Mens, à Mente anima proficiſcatur, & ipſa omnia, quæ ſequuntur animet, ut conveniat cum bruto planta vegetatione, cum homine brutum ſenſu, homo reliquis præſtet intellectu.

DE SIBYLLIS.

A PRINCIPIO hujus libri pauca præmiſimus de Sibyllis, de earum numero, nominibus, origine, patria & loco, ubi ſua oracula reddiderunt diverſis temporibus. Qua in re tanta eſt apud auctores diverſitas & confuſio, ut ex Scriptorum varietate ambigua, una non poſſit ab altera diſcerni. Conſtat tamen harum fatidicarum Phœbadum magnam apud antiquos ſemper fuiſſe auctoritatem, & reverentiam: utpote quarum ſcripta ſervarentur ſacroſancta apud omnes, maximè apud Romanos: quorum cuſtodiæ Duumviros ex ordine Patricio delegarant, qui poſtea facti ſunt Decemviri, poſtea Quindecimviri: eorumq; numerus amplior excrevit, nomen tamen XV. virûm retinuerunt.

Plato de Sibyllis.

De Sibyllinis oraculis ita ſcribit *Plato* in Phœdro: *Maxima bona nobis contingunt per furorem divino quodam munere conceſſum: Nam quæ in Delphis eſt Vates, eaq; ſacerdotes, quæ ſunt in Dodona furore correptæ, multis beneficiis, & publicè & privatim Græciã affecerunt. Mentis verò compotes, exigua, aut nulla beneficia eidem tribuerunt. Quòd ſi Sibyllam, alioſq; omnes, qui vaticinio uſi ſunt, ſingulatim vellemus recenſere, quantas utilitates ſagaci illa rerum futurarum ſcientia plurimis attulerunt, in re omnibus perſpicua operam tempusq; inſumeremus.* Et *Plinius* lib. 7. cap. 33. *Divinitas eſt quædam cœlitum ſocietas nobiliſſima. Ex feminis in Sibylla fuit, ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.* Et *Iſidorus* lib. 8. originum cap. 8. ait: *Sibyllæ Διὸς Æolico ſermone Deum, βολὼ Græci mentem nuncupant, quaſi* DEI *mentem. Proinde igitur quia Divinam voluntatem hominibus interpretari ſoleant, Sibyllæ nominatæ ſunt. Sicut enim omnis fœmina prophetans Sibylla vocatur: quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli eſt: Vaticinantur enim, & futura profantur afflatæ Numine: quo Enthuſiaſmo agitantur, & mentem Deûm explicant: ut nomen illarum ſonat.*

Servius in 6. Æneidos ait: *Benè autem Sibylla quid ſit expreſſit: Magnam cui mentem animumq; Deus inſpirat vates.* Et alibi 3. Æn. *Sibylla dicitur omnis puella, cujus pectus numen recepit. Ita tribus modis futura prædicit, aut voce, aut ſcriptura, aut ſignis, id eſt, quibuſdam notis: ut in obeliſco Romæ videmus: vel notis literarum, ut per unam literam ſignificetur aliquid.*

De his multi graves & antiqui ſcriptores meminerunt diverſis in locis: ut ſuperiùs oſtendimus ex T. Livio, & aliis. Inter quos *Dionyſius Halicarnaſſæus* antiquitatum Romanarum *lib.* 4. totam Cumææ hiſtoriam recenſet, quæ libros fatidicos Tarquinio vendidit. Idem quoq; *lib. 1. lib.* 4. & 10. *Plutarchus* in Poplicola, in Fabio Maximo, in Mario, in C. Cæſare, & in Cicerone. *Pauſanias* in Phocicis.

Juſtinus de Sibyllis.

Juſtinus in Apologetico ita de iis ſcribit: *Opera autem, & inſtinctu malorum Dæmonum, mortis ſupplicium adverſus librorum Hyſtaſpis aut Sibyllæ, aut Prophetarum lectores conſtitutum eſt: ut per timorem homines ab illis, quo minùs ea ſcripta legentes rerum bonarum percipiant notitiam, ſed in ſervitute eorum retineantur, abſterreantur. Quod certè quidem efficere, & ad finem ſuum perducere non potuerunt. Non enim abſque timore tantùm hujuſmodi ſcripta legimus, verùm etiam vobis ad inſpiciendum, quæ in iis traduntur, ut videtis, offerimus; grata acceptaq; omnibus fore ſcientes. Atque etiamſ*

etiamsi paucis persuaserimus, maximum tamen inde feremus lucrum: Nam, ut boni agricolæ, amplam à Domino capiemus mercedem. Tempore enim Justini, propagatâ jam per totum orbem terrarum Christianâ religione, ex lectione sacrarum literarum, & oraculorum Sibyllinorum, quæ aperte de CHRISTO multis in locis disserunt, quotidie innumera multitudo gentium Ecclesiæ piorum inserebatur: cùm suis ipsorum prophetiis compellerentur ad cognoscendum Servatorem. Multum enim est vinci testimonio eorum, quos motu divino locutos fuisse non dubitamus. Ideò Christianorum pii Episcopi, & Doctores incredulis inculcabant hæc Sibyllina oracula, quæ apud omnes sacrosancta habebantur, & ex inspiratione divina processisse ex ore Phœbadum: non quòd iis opus haberent, ad elucidandam veritatem, sed ut aliquo modo diverterent infideles à pervicaci obstinatione, & cultu Dæmonum: ut testatur *Augustinus lib.* 13. contra Faustum Manichæum *cap.* 15. ubi ait: *Sibylla vel Sibyllæ, & Orpheus, & nescio quis Homerus, & si qui alii vates, vel sapientes, vel Philosophi gentium, de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse, vel dixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam: cùm illum Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos gentiles populos idola & Dæmonia colenda partim docere ausi sint, partim prohibere ausi non sint.* *Augustinus de Sibyllis.*

Cùm igitur constet Sibyllas fuisse, easq; diversis temporibus, & locis tradidisse tam verbis, quàm scriptis salubria documenta, quæ homines adducerent ad unum & verum Deum colendum, multáq; prædixerint, quæ impiis eventura essent, de monarchiarum & regnorum mutatione, de subversione urbium, & divina ultione & ira erga malos; Nos eum ordinem secuti, quem *M. Ter. Varro* præscribit, singulas suo ordine proponemus in medium, & vaticinia omnium adducemus, quæ unicuiq; tribuuntur, quantum ex auctoribus certi aliquid elicere potuerimus, quę ad hanc rem faciant: confusa enim leguntur omnia, & in iis tractandis divinare magis cogimur, quàm rem asserere. Judicabit tamen Lector de omnibus; & unicuiq; liberum erit suam sequi opinionem.

Cùm, ut superiùs ostendimus, aliqui dicant unam tantùm fuisse Sibyllam, quam Apollinis & Lamiæ filiam asserunt, vel Aristocratis & Hydoles, vel Crinagoræ, vel Theodori, eamq; oracula Delphis reddidisse; alii eam fuisse natione Erythræam, alii Gergethiam, vel Rhodiam, vel Samiam, vel Sardicam, vel Leucanam, vel Libycam, vel Phrygiam, vel Cumanam, aut Cumæam. In tanta Scriptorum varietate, liberum relinquimus Lectori credere, an una & eadem diversis in regionibus peregrinata, cognomen sortita sit ab iis locis, ubi oracula reddidisse comperitur, an plures extiterint. Plinius lib. 14. cap. 5. dicit suo tempore tres Sibyllarum statuas Romæ fuisse pro Rostris: quas Solinus cap. 7. vocat Delphicam, Erythræã, & Cumanam. Martianus Capella duas tantùm recenset, Erophylen Trojanam, quam eandem putat cum Phrygia & Cumæa; alteram Symmachiam Erythræam. Ælianus lib. 12. variæ historiæ quatuor citat, Erythræam, Samiam, Ægyptiam, & Sardianam. Quibus alii duas addunt Judæam, & Cumæam. Alii multò plures adjiciunt, quarum neq; nomina, neq; patriam citant: Sed quascunq; vates fœminas olim extitisse compererint, eas omnes Sibyllas ab Enthusiasmo & inspiratione communi Numinis Divini appellant. M. Terentius Varro Latinorum omnium doctissimus libro rerum divinarum, quem C. Julio Cæsari Pontifici Maximo dedicavit, decem Phœbadas recenset: de quibus quæcunq; ex varia auctorum lectione cognitione digna animadvertimus, brevi narratione hic tractabimus. Postea adjiciemus alias quæ in hoc Varronis numero non continentur: Vatesq; aliquot prędictionibus celebriores annectemus: ex quibus antiquitatis curiosi scrutatores & studiosi non parùm utilitatis & jucunditatis perceptu-ros confidimus. *Dj numerò Sibyllarum.*

DELPHICA SIBYLLA.

DELPHICAM Phœbadem multi primo loco constituunt: eamq; asserunt omnium fœminarum, quæ oracula reddiderint, antiquissimam. De qua *Chrysippus libro de Divinatione* tractat. Ea Artemis vocata est, orta Delphis. Longeq; ante bellum Trojanum prophetizasse creditur: ut atterunt *Boëthus* & alii. *Diodorus Siculus lib.* 4. *cap.* 6. de ea loquens, in hæc verba scribit, *Daphnem* eam vocans:

Thebæ captæ & dirutæ sunt. Tiresiæ filiam Daphnem postea, cùm victores cepissent, in Delphos voto suscepto misère oblationem Deo. Ea divinandi artem edocta, in Delphis degens, multo majorem scientiam adsecuta est. Itaq; Naturâ admirabili duce, plurima scripsit varii generis responsa. Cujus ex versibus Homerum poëtam ferunt multa ad ornatum sui poëmatis sumpta transtulisse. Cùm hæc sæpiùs Dei spiritu ferretur, multaq; traderet responsa, Sibylla ab omnibus cognominata est. Nam plenam Deo, & Sibyllam esse idem notat. Quidam illam esse existimant, quæ Apollinis, & Lamiæ filia fuit; vel Aristocratis & Hydoles. Alii

ab

ab Idæa Nympha editam dicunt in Coryco monte, patre Theodoro. Delii tradunt illam scripsisse hymnos in laudes Apollinis, in quibus se Herophylen vocat, vel Dianam, vel Phœbi Sponsam, vel ejus filiam: de qua re versus isti ab auctoribus antiquis citantur.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεραιὰ μέζον θνητῶν τε θεάων τε.
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' οὐ κηποφάγοιο.
Μητρόθεν Ἰδογλυὴς, πατρὶς ἥ μοι ἔσιν Ἐρυθρὰ
Μάρπησσα μητρὸς ἱερὴ, ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

Partim ego Cetivoro mortali patre creata,
Partim immortali Nymphâ: me fontibus Ida
Eduxit vitreis tenuis, glebaq; rubente:
Marpessus matri patria est, fluviusq; Aidoneus.

Sed Erythræi dicunt hoc ad suæ Phœbadis Epitaphium pertinere: quam præcessisse bellum Trojanum volunt annis ferè quadringentis. Cùm enim Delphis versaretur, conscendisse rupem vicinam dicitur, ex qua oracula proclamabat; & hanc petram Erophyleam vocaverunt. Cùm adhuc esset juvenis, præfecta fuit templo Apollinis Smyntheï, & somnia, quæ in sacrario Hecabes excubantibus offerebantur, explicabat. Eam anteceſſerat *Amphion*, postea secutus est *Orpheus*, & *Musæus*.

De ea *Plutarchus* loquitur eo libro, qui inscribitur, *Cur nam Pythia non ampliùs reddat oracula carmine?* *Sibyllæ*, inquit, *furente ore, (ut ait Heraclitus) risus, ornatus, & fuci expertia sonant, Dei beneficio vocem ad mille annos continuant.* Et paulò post addit: *Similia etiam de Sibyllinis respondebam. Nam cùm adstitissemus ad saxum Curiæ vicinum, cui insedisse dicitur prima Sibylla, cùm eò ex Helicone venisset à Musis enutrita. Quidam hanc ad Maleonem advenisse dicunt, & fuisse filiam Lamiæ, quæ Neptuno sata erat. Serapio mentionem facit quorundam versuum, in quibus ipsa seſe celebrans, vaticinandi finem ne morte quidem facturam se ait. Sed se in Lunæ circumire, mutatamq; in eam, quæ dicitur in Luna apparere, faciem. Spiritum autem aëri contemperatum semper omnia suo motu editurum. E corpore in terra mutato, herbas ac materiam extituram, quibus sacræ pecudes nutriantur, varios colores, formas & qualitates viscerum habentes, unde hominibus futura præmonstrentur. Hæc cùm Boëthus apertè derideret, Zous, ut, inquit, hæc maximè fabularum videantur similia, tamen vaticiniis testimonium ferunt multarum urbium Græcarum excidia, atq; migrationes, multorum barbaricorum exercituum irruptiones, Imperiorum eversiones. Hæc verò quæ recens apud Cumas & Dicæarchiam acciderunt, nónne pridem Sibyllinis decantata carminibus, tempus velati debens persolvit? eruptionem, inquam, montani ignis, fervorem maris, saxorum & massarum flagrantium ventorum vi ejectionem, tot tantarumq; urbium interitum: ut hodie, qui ad ea loca accedunt, non possint cernere ubinam conditæ fuerint.* Multa præterea eius materiæ leguntur apud *Plutarchum*: quæ si quis videre cupiat, quærat librum supra citatum. Idem auctor in tractatu *De iis, qui tardè à Numine corripiuntur*, de hac Phœbade ita loquitur: *Cæterùm, cùm accessisset, vocem audivit sonoram mulieris carmine nonnulla prædicentis; ac (ut sibi videbatur) tempus interitus ipsius præsagientis. Dæmon verò Sibyllæ vocem illam esse narrabat, quam in Lunæ globo circumrotatam futura canere ajebat. Cumq; plura audire cuperet, vehementi Lunæ impetu, ceu vertigine quadam, in contrarium repulsus est. Nonnulla tamen brevia intellexit, veluti de Lesbio monte, ac Dicæarchiæ deflagratione, nec non & de Commodo tunc imperante Principe:*

Plutarchus de hac Sibylla.

Ὡς ἐσθλὸς ἐὼν νάσῳ τυραννίδα λείψει.

Quòd bonus existat, sed morte tyrannida linquet.

Sibylla in Lunæ globo.

De hac eadem loquitur *Varro lib.* 1. *de re rustica. cap.* 1. *Neque patiar Sibyllam non cecinisse, quæ, dum viveret, prodessent hominibus, sed etiam quæ, cùm periisset ipsa, & id etiã ignotissi-*

ignotissimis quoq; hominibus: ad cujus libros tot annis post, publicè solemus redire, cùm desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento. Pausanias in Phocicis: Saxum illud eminet, de quo Sibyllam Erophylen oracula canere solitam Delphi tradidere, quę cognomine Sibylla nuncupata ab initio fuit. Hanc perinde atq; aliam quamvis antiquam esse comperi. Filiam Græci Jovis, & Lamiæ dictitant (Lamiam ipsam Neptuno genitam,) mulierem omnium primùm vaticinatam, & ab Afris Sibyllam nominatam. Hæc verò, de qua nunc est sermo Erophyle, illâ certè posterior. Constat tamen & ipsam bellum Trojanum præcessisse. Prædixit enim ad Asiæ, & Europæ perniciem, Spartę Helenam educatum iri, propter quam futurum esset, ut Ilion everteretur à Græcis. Ejus fœminæ hymnorum in Apollinem Delii mentionem faciunt. Ipsa verò se non Erophylen solùm, sed Dianam etiam suis versibus vocat: & ubi uxorem se, & ubi se sororem, vel filiam Apollinis esse dicit. Sed hæc scilicet furens, & divino afflatu perculsa. Alibi verò immortali matre (Idæarum scilicet Nympharum unâ) *patre homine se natam dixit:* Et postea idem *Pausanias: Extant adhuc in Ida Phrygiæ monte Marpessi urbis vestigia, quo loco sunt inquilini circiter sexaginta. Tota est circa Marpessum terra subruffa, & mirè torrida. Quocirca quod Ladon amnis modò se subter terram abdat, modò rursùs emergat, ac ejusmodi sæpiùs repetitis vicibus postremò penitùs occultetur, ad Idæ montis naturam arbitror referendum, quòd rarum est, & pertenue solum, ac multis cuniculis cavernosum. Abest ab Alexandrea, quæ est in Troade, Marpessus stadia fermè ducenta, & quadraginta. Et Erophylen quidem, qui Alexandreæ degunt, Apollinis ajunt Smynthei fuisse æduam. Hecubæ verò somnium interpretatam, ita, ut rei, qui vulgò notissimus est, eventum divinarit. Magnam vitæ partem egit hæc Sibylla Sami: Sed Clarum etiam, quæ Colophoniorum urbs est, venit. Profecta est etiam Delum, & Delphos. Ac Delphis quidem, de quo diximus, saxo vaticinia sua edebat. Mors ei in Troade contigit. Ejus sepulchrum in Smynthei Luco incisis columnæ elogiis visitur cum hoc Epitaphio.*

Ἀλλ' ἐγὼ ὁ Φοίβοιο ζαφηλὲς εἰμὶ Σίβυλλα.
Τῷ δ' ὑπὸ λαϊνέῳ ζώμαλι πυθομένα.
Παρθένος αὐδάεσσα τὸ πρίν, νυῦ δ' αἰὲν ἀνανδος·
Μοίρῃ ὑπὸ σφαρῇ τλὺ ἧ λαχέζα πέδλω.
Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ' ὑπόκειμαι
Μοῖραν ἔχουσ' Ἑκάτῳ τ' τότ' ἀναχτορίης.

Illa ego sum Phœbi interpres non vana Sibylla,
Heic quæ marmoreo contineor tumulo.
Vocalis quondam, æternùm nunc muta puella,
Heu nimis hæc Fati compede pressa gravi.
Mercurio tamen & Nymphis sociata quiesco:
Phœbo quòd fuerim grata, ferens precium.

Juxta sepulchrum erectus est Mercurius è lapide, formâ quadrangulâ. Ad lævam, aqua in receptabulum delabitur, ubi Nympharum signa sunt. Erythræi (de Herophyle enim hi acerrimè Græcorum omnium certant) Corycum montem, & in eo antrum ostendunt, in quo natam Herophylem dicunt. Parentes ejus fuisse Theodorum Pastorem indigenam, & Nympham cui fuerit cognomen Idææ. Cognominis non esse aliam rationem, quam quòd condensa arboribus loca Idas tunc homines appellarint. Versum quidem de Marpesso, deq; Aidoneo flumine eximunt Erythræi ex Herophyles carmine.

Clemens Alexandrinus lib. Stromatum, ita de ea scribit: *Heraclitus tradit Sibyllam non humanitùs, sed divinitùs res futuras ostensas esse. Dicunt sanè Delphis apud Curiam ostendi petram quandam, in qua prima Sibylla, cùm eò ex Helicone à Musis educata venisset, sedisse dicitur: Nonnulli ex Malea venisse ajunt, Lamiæ ex Sidone filiam. Serapio autem neq; mortuam desisse vaticinari Sibyllam, tradit: & quòd post obitum in aërem abierit, sortibusq; & augu-*

& auguriis divinârit. E corpore autem in terram contecto herbam, ut fieri ſolet, progreſſam eſſe, quam quæ in iis locis ſunt pecudes depaſcentes, mortalibus in viſceribus certam futurorum præmonſtrant ſignificationem. Et animam ejus eſſe putant, quæ in Lunâ apparet, faciem Poſtea de Sibylla loquens, quam dicit Orpheo antiquiorem, hæc ſubjicit: *Traditur enim & de nomine ejus, & de oraculis, quæ illi attribuuntur, quorum ſunt complures libri, eámque fuiſſe Phrygiam, nomine Dianam, quæ ad Delphos profecta ſic cecinerit;*

Ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἦλθον ἐγὼ χρήζουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο,
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

O Delphi, Phœbi ferientis qui eminùs eſtis
Servi, veni ad vos Jovis expoſitura potentis
Mentem, in germanum eſt mea bilis percita Phœbum.

Delphicam Sibyllam ante Trojana bella vaticinatam *Bocchus* autumat. Cujus verſus plurimos operi ſuo Homerum inſeruiſſe manifeſtè oſtendit: & hæc eſt omnium antiquiſſima, quam Herophyle Erythræa annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt. Ut tradit *Solinus Polyhiſtor cap.* 8.

Hanc nonnulli Delphicam antiquiſſimam omnium Phœbadum, exiſtimant fuiſſe Dardani filiam, ex Neſone Teucri Phrygiæ Regis filia ſuſceptam. Nam poſt interfectum fratrem Iaſium, Dardanus ſe in Samothraciam recepit, unde aliquot poſt annis trajecit in Phrygiam, auſportans ſecum Palladium, & Deos Penates: duxitq; uxores duas Teucri filias Batiam, & Neſonem. *Euſtathius* in verſum *Iliados* β. ſub finem.

Τλὼ ἥτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν.

Quam quidem (columnam) *viri Batiiam vocant.*

Ex Neſone Teucri filia nata eſt Dardano filia nomine *Sibylla*, divinandi perita: unde cæterę mulieres, quotquot poſtea fuerunt arte præſagiendi futura præditæ, ſunt Sibyllæ nominatæ; non propter conſanguinitatem, ſed propter divini afflatûs ſimilitudinem nactæ hoc cognomen.

Delphicæ Phœbadi attribuuntur multæ prædictiones de uno ſolo & vero DEO, & de CHRISTO Servatore. Scripto enim mandavit incarnationem, doctrinam, miracula, paſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem CHRISTI in cœlum, tam claris & expreſſis verbis, ut hiſtoriam potiùs, quàm prophetiam ſcripſiſſe videatur. Cujus fragmentum hoc eſſe creditur, quod *Oraculorum lib.* 6. legitur:

Ἀθανάτου μέγαν Υἱὸν ἀοίδιμον ἐκ φρενὸς αὐδῶ,
Ὦ θρόνον Ὕψιστος Γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι
Μήπω γνηθέντι· ὃθι δὴ ἁβρὰ ζάρκα τὸ διαϊὸν
Ἠγέρθη, πεζοχοᾶις δ' ἁπολαζάμενος ποταμοῖο
Ἰορδάνου, ὃς φέρεται γλαυκῷ ποδὶ κύματα Ζύρων.

Æterni magnum natum cano pectore abimo:
Cui ſolium Genitor tribuit ſupremus habendum
Nondum progenito. Siquidem de corpore duplex
Extitit. Eſt autem perlutus fluctibus amnis
Jordanis, glauco cujus pede volvitur unda.

Et ea quæ ſequuntur poſtea eodem libro. Quædam etiam ad eam pertinentia leguntur ſub finem libri octavi. Ubi vera religio deſcribitur, & ultimi ſæculi felicitas: quando Deum verum omnes homines cognoſcent, & illi ſoli ſervient, viventq; ſecundùm ejus mandata.

Εἰκὼν ἐς᾽ ἀνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς καθαρόν τε, ἀναίμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον.
Καὶ διψῶντι πότον: καὶ ἧμα τῷ γυμνῷ.

Effigies mea homo est rectæ rationis alumna.
Huic tu pone volens puram, & sine sanguine mensam;
Repletamq; bonis. Panem potúmq; famenti,
Et sitienti da. Nudam tege corpus amictu, &c.

Item illud:

Ὀφθαλμὸς ὁ πλάσας, καὶ ὦτα, βλέπων, καὶ ἀκούων;
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντωντε ζωίσωρ,
Αὖτὸς ἐὼν, σιγῶν, ἔπειτα αὐτὸς ἐλέγχων,
Καὶ σκηπτάξων ὅσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν,
Ἐλθὼν καὶ ἐπὶ βῆμα θεὸς ἀνηρωῖσι λαλήσων:
Καὶ κωφὸς ξωιεῖς, καὶ ὁ λαλέων θεὸς ἄκουων:
Καὶ πόζον ἐπὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς ὄφρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος ὅιδεν, ὃς ὄφρανὸν ἔκτισε καὶ γαῖαν.
Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς εἰς τέλος ὅιδε.
Μοῦνος γὰρ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

Lumina qui finxit, quíq; aures, cernit & audit.
Omnes qui mentis motus tenet, omnia novit.
Et tacet, & tandem convincet, supplicioq;
Afficiet, quæ quisq; hominum celata patrarit,
Cùm veniet solium ad Divinum jura daturus.
Qui nil dicentes mutos intelligit, audit.
Et quantùm tellus à cæli vertice distat,
Principium, finem, media omnia novit. Ab ipso
Omnia sunt: Cœlum qui tellurémq; creavit.
Solus enim Deus est: Non est Deus alter ab ipso.

Qui plura de hac, aliisque Phœbadibus vult cognoscere, diligenter evolvat oraculorum volumina, in quibus inveniet plurima, quæ legentes in summam admirationem inducent; dum cogitabunt antiquis illis sæculis Mulieres has Dæmonibus inservientes tam clara, tamque perspicua de uno vero soloque Deo locutas esse.

Delphicæ Sibyllæ ex antiquo regio exemplari hi versus subsequentes tribuuntur:

Non tardè veniet, tacitâ sed mente tacendum
Hoc opus, hoc memori semper qui mente reponet:
Hujus pertentant cor gaudia magna Prophetæ
Eximii, qui virgineâ conceptus ab alvo
Prodibit, sine contactu maris: Omnia vincit
Hoc Naturæ opera: At fecit qui cuncta gubernat.

Chrysippus quoque refert illam prædixisse magnum Prophetam oriturum, cujus conceptio fieret miraculosa, sine virili semine.

De hac ita *Benedictus Arias Montanus*:

En Dominum cognosce tuum, veramq; Parentis
Excipito prolem, Principis atq; Dei.
Expectandus erit vates ter maximus, & cui
Nullus erit terris vir pater, ergo Deus.

Ex

Ex *Thoma Gerſone* hi verſus illi dantur:

Impingent illi colaphos (homines,) *& ſputa ſceleſtis*
Iſraël labiis: nec non & fellis amari
Eſcas adponent, potumq; immitis aceti.

Quod in libro oraculorum iiſdem ferè verbis expreſſum eſt:

Εἰς ἀνόμων χεῖρας, καὶ ἀπίσων ὕστερον ἥξεις.
Δώζεσι δ' Θεῷ ῥαπίσμαζα χέρζιν ἀναγνοις.
Καὶ ϛόμαζι μιαροῖσι τὰ πίσματα Φαρμακόεντα.
Δώζεις δ' εἰς μάϛιγας ἀπλῶς ἀγνὸν τότε νῶτον.

Ex inſcriptionibus, quæ in templo *Senenſi* ſunt adplicatæ ſingularum Sibyllarum imaginibus:

Ipſa Deum cognoſcetuum, qui Dei eſt filius.

Ex *Lælii Cleopaſſi Hydruntini* poëmatibus.

Æternum Æterni Natum Patris alma puella
Virgineis olim nutriet uberibus.
Pollebit ſignis: condet miracula: morbos
Sanabit: ventis jura mariq; dabit.
Dæmones ejiciet: Manes revocabit ab umbris:
Morte ſuâ mortis deſtruet imperium.

ERYTHRÆA SIBYLLA.

Ioniis divûm responsa ferebat Erythris,
Demophile Pythio Phoebas amata Deo.

ERYTHRÆAM Sibyllam secundo loco constituunt, qui temporum sequuntur ordinem; quippe quæ bellum Trojanum præcesserit, ut supra ex *Solino cap.* 8. notavimus: ubi ait, *Delphicam Sibyllam ante Trojana tempora vaticinatam esse ex Bocchi sententia.* Et subjicit: *Hanc Erophyle Erythræa annis aliquot intercedentibus insecuta est, Sibyllaq; appellata, de scientiæ parilitate.* Hæc inter alia Lesbios amissuros maris imperium multò antè prænouit, quàm id accideret. Ea quoq; Græcis in Asiam profectionem parantibus prædixit, eos victores evasuros, Trojamq; eversuros: & Spartæ ali Helenam dixit in perniciem Europæ & Asiæ. Versus ejus reperiuntur *lib. Oracul. 3.* qui sunt hi:

Ἴλιον οἰκτείρω σε. Κατὰ Σπάρτην δὲ Ἑλέννης
Βλάσηισι πολεμαλέες ἀεὶ φατὸν ἔρνος ἄειρον
Ἀσίδος Εὐρώπης τε πολυσπερὲς οἶδμα λυπῆσαι.
Σοὶ δ' μάλιστα χόλος, μόχθος, στοναχάς τε φέρεσθαι
Θήζει, ἀγήσεσθον δ' ἕξει κλέος ἐστεμμένοισι.

Ilion,

Ilion, heu miserescotui. Nam crescet Erinnys
In Sparta specie eximiâ, famaq; perenni,
Egregium germen, divexaturaq; gentes
Europæ atq; Asiæ populosas: præcipuéq;
Plangores, æstusq; tibi, gemitusq; datura,
Semper, & æternâ famâ celebranda nepotum.

Postea subjungit Homerum venturum, qui multa falsa, fabulosa, & commentitia scripturus sit de hoc bello Trojano:

Καί τις ψαδοχαάφος πτερζεὺς βροτὸς ἔσται ὃν ἄνδρες
Ψαδόπατρις, δυζείδεα φάος ὀπὶ ἔχων ἐν ἤζιν.
Νοῶ ἢ πολὺ καὶ ἔσθ' ὅσσε ἔχει ἔμμετρον ἀοιδάς.
Ὀμόμαζιν δυζὶ μισγόμενον. Χῖον ἢ καλέσει
Αὐτὸν: καὶ χράψει τὰ κατ' Ἴλιον, ἃ μὴ ἀληθῶς,
Ἀλλὰ ζαφῶς: ἔπεζιν γὰ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει.
Πρῶτος γὰ χείρεσιν ἐμὰς βίβλους ὀνομήσει.

Quidam deinde senex falsorum scriptor, & ipsam
Mentitus patriam nascetur, lumine captus
Ille quidem, verùm præclarâ mente vigebit.
Astringétq; modis carmen prædulce duobus
Mixtum nominibus. Chium quoq; se ipse vocabit.
Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt;
Sed clarè, verbisq; meis utendo modisq;.
Primus enim volvet librorum scripta meorum.

De ejus patria discrepant auctores inter se. *Suidas* indifferenter hanc Sibyllam confundit cum filia Jovis & Lamiæ. *Hermippus* illam dicit natam patre Theodoro, in regione Erythræorum, eo loco qui Baptæ olim dictus est, quem postea Erythras nuncuparunt: ex qua urbe originem duxit *Apollodorus:* & ideò illam suam civem vocavit. Ipsi quoq; Erythræi pertinacissimè asserebant illam natam esse in sua ditione, in Coryco monte Ioniæ, ubi antrum ostendebant Phœbadis nativitate clarum. *Lactantius* tamen illam dicit fuisse Babyloniam, vocatamq; fuisse Erythræam proprio nomine, non ab aliqua urbe, vel regione: quod & ipsa Sibylla testatur sub finem *libri tertii suorum Oraculorum:* ubi loquitur his verbis:

Ταῦτά σοὶ Ἀσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Ὀισρομανὴς προλιποῦσα, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ,
Πᾶζι προφηλάδυζα θεὸς μωύμαζα θνητοῖς,
Ὥστε προφηλάδυζαι μὲ βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα:
Καὶ καλέουσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδ' ἄλλης
Ἐξ Ἐρυθροῖς γεγαῶσαν, ἀναιδέα, οἱ ἢ με Κίρκης
Μητρὸς, καὶ Γνωσσίου πατρὸς, φήζουσι Σίβυλλαν
Μαινομένην, ψαυσίφρονα.

Hæc sunt quæ moneo Assyriâ Babylone profecta,
In Græcos ignis missus, fanatica cunctis,
Mortali ut generi divina ænigmata pandam.
Et tamen ex aliâ patriâ me Græcia dicit,
Ex Erythrâ natam, positiq; pudoris: at illi
Matre ferent Circe, Gnostio me patre Sibyllam
Insanam, falsam.

De ea ita scribit *Eusebius in vita Constantini:*
Subit autem animum meum etiam extraneorum quoddam de CHRISTI

divinitate teſtimonium commemorare. Ex his enim etiam blaſphemantium ipſum animus DEUM ipſum eſſe, ac Filium DEI novit: ſi ſaltem ſuis ipſorum ſermonibus credunt. Sibylla Erythræa, quæ ſe ſextâ poſt diluvium ætate extitiſſe affirmat, quæq; Sacerdos erat Apollinis, coronâ ſimiliter cum Deo illo, quem colebat, redimita: quæ etiam tripodem ſerpentis amplexu circumplicatum obſervans, iis qui quicquam ab ipſa ſciſcitabantur, reſpondit ſe parentum inſcitiâ illi cultui dicatam fuiſſe: Et eum cultum nihil in ſe complecti, quod ad honeſtatem faceret, ſed hominum animos pudore ſpoliare, non aliter atq; Hiſtorici de Daphne prodiderunt. Hæc, inquam, Sibylla intùs in ipſis aliquando adytis importunâ ſuperſtitione referta, carminibus futura de DEO vaticinata eſt. Perſpicuè in ſerie primarum literarum, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, hiſtoriam adventus JESU CHRISTI declaravit. Eſt autem iſta:

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ.

Ἰ δρώσῃ ἢ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσῃ.
Ἡ ξει δ' ἐρχνόθεν Βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σ ἄρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὀ ψονῆσι ἢ Θεὸν μέροπες πιστοὶ ἢ ἄπιστοι,
Υ ψιστον μὴ τὸ ἀγίων ὄψει τέρμα χρόνοιο
Σ ἀρχηφόρον. Ψυχὰς ἀνθρώπων βήματι κρινεῖ.

Χ ἕρσῃ ὁ τὰν ποτὲ κόσμῳ ὅλῳ ἐξ ἀκανθα χρύσῃ·
Ρ ἰψῃσιν δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ ωλεῖστον ἅπαντα.
Ε κκαύσῃ ἢ τὸ πῦρ γλυῦ, ἐρχνὸν, ἠδὲ θάλασσαν
Ἰ χνδῶν. Ῥήξῃ ἢ πύλας εἰρκτῆς αἰΐδαο.
Σ ἀρξῃ τότε πᾶσαι ἕρλῶν ἀπ' ἐλεύθερον φάος ἥξῃ.
Τ ἧς ἁγίας, ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ὀ πωόσα τὶς πρόξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσῃ.
Σ πήδεα γὰ ζοφόεντα Θεὸς φωσῆρσιν ἀνοίξῃ.

Θ ῥιῶς δ' ἐκ πάντων ἔσῃ, ἐξ ἕρυγμὸς ὀδόντων.
Ἐ κλείψει ζέλας ἠελίκ· ἄστρων τε χορεῖαι,
Ὀ υρανὸν εἰλίξει, Μιῶνς δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Υ ψώζῃ ἢ Φαέθοντας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βυνῶν.

Υ ψος δ' ἀκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται·
Ι σα Γ' ὄρη πεδίοις ἔσῃ; καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο υκ εἰς ωλοιῶ ἥξῃ. Γῆ γὰ φρυχθεῖσα κεραυνῷ;
Σ ιὼ πηγαῖς, ποταμοὶ ἢ καχλάζοντες λείψουσιν.

Σ άλπιγξ δ' ἐρχνόθεν φωνὶω πολύθριλλον ἀφήζῃ.
Ω ρύσα τὸ μέλλον, καὶ δὴ πήματα κόσμῳ.
Τ αρταρέοντε χάος τότε δείξῃ γαῖα χανοῦσα.
Η ξουσι δ' ὅπι βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες:
Ρ ὐζῃ δ' ἐρχνόθεν πολέμος πυρὸς, ἠδέ γε θείκ.

Σ ῆμα ἢ τοὶ τότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον, ὅιον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ πολύμυθον ἔσῃ.
Α νθρῶν ὐσεβέων ζωὴ, ωερίσκοπος ἔσται κόσμῳ.
Γ ᾶσι φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.
Ρ ᾶδος πιμαίνουσα σιδηρείῃ γε κρατήζῃ.
Ὀ υ γὰ ὁ νοῦς ωερὶ γράφεις ἐν ἀκροστιχίζιν Θεὸς ἡμῶν.
Σ ωτὴρ ἀθάνατος Βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεκ' ἡμῶν.

Quod

Quod Latinis verbis interpretati sunt Acrostichi Græca remanente.

J *udicii fuerit cùm signum, terra madebit.*
E *cœlo veniet Princeps per sæcla futurus.*
S *cilicet, ut carnem præsens, & judicet orbem.*
O *mnis homo hunc fidusq; Deum, infidusq; videbit,*
V *nà cum sanctis excelsum fine sub ævi.*
S *ede sedens animas censebit, corpora & ipsa.*
CH *ersos erit mundus, spinas feret undiq; tellus.*
R *ejicient simulachra homines, & munera Ditis.*
I *nquirens portas infringet carceris atri.*
S *ic etenim cunctæ veniet lux libera carni*
T *unc Sanctis. Ignis sontes æternus aduret.*
O *ccultos actus omnes & quisque loquetur.*
S *ed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.*
TH *renus erit cunctis, & stridor dentis adesi.*
E *ffugiet solis jubar, astrorumq; choreæ.*
O *mne poli Lumen solvetur, & aurea Luna.*
V *alles extollet, collesq; à vertice perdet.*
V *squam nec celsum mortalibus, aut grave quicquam.*
I *nde æqui montes campis, Hinc cærula Ponti*
O *mne ratis spernent onus. Hiscet fulmine tellus.*
S *ic fontes simul arescent, & fluminis alvei.*
S *tridula tunc querulum sonitum tuba fundet Olympo,*
O *rbis grande malum rugiens, & damna futura.*
T *artareumq; Chaos monstrabit terra dehiscens.*
E *t venient omnes reges Magni ante tribunal.*
R *efluet & cœlo tunc sulphuris amnis & ignis.*
S *ic Sanctorum hominum fient manifesta sepulchra.*
T *unc fidis lignum, cornu atq; optabile fiet.*
A *tq; piorum vita hominum, nocumentáque mundi*
V *ndis lustrabunt bisseno in fonte vocatos.*
R *ex Pastoris erit nobis & ferrea virga.*
O *mnipotens Deus est præscriptus versibus istis.*
S *ervator noster æternus Rex passus amore.*

Versus hos quidam hoc modo efferunt, ut Acrostichis Latina hæc contineat.

JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SERVATOR CRUX.

J *udicio telluris erit sudoribus omen.*
E *rumpetq; alto, carnem qui judicet, atq;*
S *uspensum (tanti est Regis præsentia!) mundum.*
V *iderit inde omnis, vel si perfecta fides est,*
S *ive hæc nulla, Deum sanctosq; in finibus ævi.*
C *arnis amasius, & pulpâ vestitus amicâ:*
H *ic animis albâ è sellâ jus dicet, eritq;*
R *erum campus inops, tribuli nascentur: opesq;*
I *nviſæ fient homini, atq; jacebit imago.*
S *olventur portæ Stygii Plutonis ab illo.*
T *unc quodvis ista gaudebit luce cadaver.*
V *ir sacer, atq; ex lex flammâ dignoscitur, atq;*
S *citur id integrum quicquid tamen usq; latebat.*

Ducet

D ucet enim lampas reseratis foribus intrò.
E t multi plangent, multi ringentur, & astra
I nducent choreæ legem. Facies tam Solis opaca,
F lexum erit & cælum; nullâ quoq; luce Diana
I mplebit valles, & quassa cacumina reddet.
L abentur colles hominum fastidia, toti
I ncipient æquor fieri montes: mare demum
V elivolum nulli, quum tellus fulmine arescet.
S ubsident fontes, & nusquam fluminis unda.
S uspectum cælo sonitum dabit ære recurvo
E julans tuba, perniciem mundiq; labores.
R ecludetq; Chaos immensum terrà debiscens.
V ndiq; convenient reges, sedemq; videbunt.
A cælo rivus flammæ, undæ sulphuris atri.
T am benè factum judicium mortalibus, atq;
O ptatum cornu signum cum gente fideli:
R es æquè una piis vita, orbiq; insitus error.
C lara duodenis illustrans sontibus unda.
R oboreumq; pedum totò dominabitur orbe.
V ersibus ex scriptus Deus his primò relictura
X enophilus nostra causa rex ultima passus.

Sed hi versus multis in locis vitiosi ex alio aliquo poëtices non admodum perito desumpti sunt: sive id auctoris, sive librarii culpa, & negligentia contigerit.

Eusebii de Sibyllæ judicium.

Eusebius in sua narratione insistens, adjungit hoc de Sibylla.: *Et hæc virgo perspicuè vaticinari potuit. Hanc ego quidem beatam judico, quam Servator providentia sua erga nos vatem elegit. Verùm multi sunt qui hanc ista vaticinatam non credunt. Quamvis Sibyllam Erythræam vatem fuisse confiteantur. Sed suspicantur aliquem nostræ religionis poëticæ Musæ non inexpertem hæc condidisse carmina, essecq; illa adulterina, & falsò Sibyllæ vaticinia dici: cùm utiles sententias habeant multam voluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honestam vitæ conservationem ducentes: Est autem veritas in propatulo: eò quod nostræ religionis viri tempora diligenter & exactè collegerunt, non posse conjectari, quòd poëma hoc à quopiam sit post Christi factum descensum, & judicium. Est enim in confesso Ciceronem poëma hoc legisse, illudq; & in Romanam dialectum transtulisse, & commentariis suis inseruisse. Denique hunc imperante Antonio interemptum. Antonium verò postea ab Augusto superatum, qui quinquaginta sex annos imperavit: & huic Tiberium successisse, cujus tempore Christi adventus illuxit, ac nova populi successio constitit. De quo eminentissimum Italiæ Poëtarum loqui puto, ubi ait:*

Acrostichin hanc revera Sibyllæ, non fictitiam.

Prodiit in lucem hominum genus inde novorum:

Et iterùm in alio quodam Bucolicorum loco, ubi adjicit.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas, &c.

Hæc *Eusebius:* Quòd si lector hujus Vergilianæ Eclogæ contextum, & interpretationem videre cupiat, legat quæ in eodem libro ab Eusebio verè Christiana scripta sunt.

Cicero de Acrostichi.

At cùm *Eusebius* hic Ciceronem citet, placet Ciceronianam hoc loco sententiam inserere, & judicium ejus de hac Acrostichi. Ita enim scriptum reliquit *libro 2. de Divinatione*:

Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur: Quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem revera regem habeamus, appellandum quoq; esse regem, si salviesse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, aut in quod tempus est? Callidè enim, qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset,

disset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublatâ. Adhibuit etiam latebram obscuritatis: ut iidem versus aliâs in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cùm ipsum poëma declarat (est enim magis artis, & diligentiæ, quàm incitationis, & motus) cùm verò ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit: id certè magis est attenti animi, quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusq; sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen omne prætexitur: hoc scriptoris est non furentis, adhibentis diligentiam non insani.

Superiùs citavimus duo oracula hujus Sibyllæ, quibus nomen CHRISTI Servatoris per ænigmata artificiosè exprimitur: quod non est opus hic repetere. Tantùm adjiciemus aliquot locos, quibus manifestè CHRISTI adventum, miracula, passionem, & extremum judicium describit. De uno solo veróq; DEO cognoscendo ita scribit à principio primi libri suorum oraculorum. Tres enim primi libri huic Erythrææ sine controversia tribuuntur.

Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγήνωρ,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
Αὐτὸς δ' ὑ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σάρκος ἁπάσης: ὅς.

Et statim post hæc adjicit:

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡμῖτερα κόσμε;
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.
Αὐτογενὴς, ἀγήνωρ, ἅπαντα κρατῶν Δεσπανλὸς
Πᾶσι βροτοῖσιν ἐνὼν τὸ κρεῖττόν ἐν φάει κοινῷ,
Τῆς κακοβλοσυρίης ἦ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Ὅτι Θεὸν παρελιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόντε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, ἐς τρίβον ὀρθὴν
Εὐθείαν παρελιπόντες, ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν,
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε: βροτοὶ παύσασθε μάτην οἱ
Ῥεμβόμενοι σκοπιὴν, καὶ ἀφεγγεῖ νυκὶ μελαίνῃ,
Καὶ λίπετε σκοτίλην νυκτὸς, φωτὸς δ' ἀντλεῖσθε:
Οὗτος ἰδὲ πάντεσσι σαφὴς ἀπλανὴς ὑπάρχει.

Unus qui solus regnat Deus, atque supremus,
Omnipotens, nunquam genitus, qui conspicit ipse
Omnia, mortali non aspectabilis ulli
Corporeis oculis.
Hunc colite, hunc unum, qui solus regnat in orbe:
Qui solus semperq; fuit, semperq; futurus.
Non genitus, per se constans, tenet omnia semper,
Et viget in cunctis mortalibus, atque vigorem
Sensibus insinuat, communis luminis auctor.
Præmia sed pravæ mentis digna accipietis.
Quandoquidem æternoq; Deo veroq; relicto.
(Cui decus & sacro debetur victima ritu)
Manibus infernis feciſtis sacra superbi,
Insanique, viâ rectâ veraq; relictâ;
Erratis per iter scopulis, & sentibus horrens.
Desinite in tetræ noctis titubare tenebris
Vani mortales, patet en cunctis error sine ullo
Solis luce suo qui lumine cuncta serenat.

Ubi apertè ostendit præter illum summum æternum, omnipotentemque Deum, nullum alium esse, cui adoratio debeatur: Dæmonibus Gentes sacrificare, cæcasq; in tenebris palpare: & paulò post addit eos qui geniti sunt ex hominibus, Deos neutiquam dici posse.

Natos ex hominibus Deos esse nō posse.

Εἰδὲ γενητὸν ὅλως καὶ φθείρεται· ὃ δυνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν μήτρας τε Θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

Et quod progenitum est prorsùm interit: exq; virili
Femineoq; nequit membro Deus esse creatus.

In sequentibus exactâ narratione describit historiam creationis mundi, ut dubium non sit Sibyllam hæc accepisse, vel ex Libris Mosis, vel ex traditione patrum, qui post diluvium hanc à majoribus acceptam doctrinam, posteris per manus tradiderunt.

Mundi creatio.

Ὕψιστον Βασιλῆα, ὃς ἔκλισε κόσμον ἅπαντα.
Εἶπας γεινάσθω, καὶ γέγονε. Ἥδρασε καὶ γαῖαν
Ταρτάρῳ ἀμφίσκαλον, ἠδ' οὐρανὸν ὑψόθι τοῖον
Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὸν δ' ἤπλωσε θάλασσαν. &c.

Supremum regem (ne temnas) *qui mundum condidit omnem.*
Sic fatus fiat, factum est: namq; ipse locavit
Quæ cingatur aquis, & cingat Tartara Terram.
Dulce dedit lumen, cœlum subvexit in altum,
Et mare cæruleum explicuit.

Deinde hominis creationem subjungit his verbis:

Formatio hominis.

Καὶ τότε δὴ μελέτησε πλάσσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον,
Εἰκόνα ἐξ ἰδίης ἀρμαξάμενον νέον ἄνδρα,
Καλὸν θεατέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν Παραδείσῳ
Ἀμβροσίῳ ναίειν· ὃς οἱ κάλα ἔργα μεμήλη.

Rursum finxit opus spirabile: namq; recentem
Expressit propriâ ducens ab imagine pulchrum,
Præstantemq; virum: & viridaria jussit amœna
Incolere, ut studiis operam navaret honestis.

Addit & fœminam ereptam è latere viri, traditam uxorem Adæ: utrique vetitum ne de fructu prohibitæ arboris degustarent: deceptos à Serpente præcepto Dei non obtemperasse: expulsos fuisse ex Paradiso, texisse pudenda foliis ficus. Coluisse terram multo labore: Deumq; misertum calamitatis eorum, eos consolatum esse, serpentem puniviſse: Inde numerosa sobole repletam fuisse terrā: Tum demum hanc Adæ posteritatem distribuit in plures ætates, quibus successu temporis depravati homines Dei provocarunt iram. *Noam* patriarcham inter reliquos pietatis amantem Dei jussu arcam ædificasse, in qua cum uxore, filiis, & nuribus servatus est, tempore cataclysmi illius generalis, quo periit omne genus humanum.

Dicit & alio in loco CHRISTUM filium Dei venturum.

Christum Dei filium esse.

Σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ ζῆσι νόησον
Ἀθανάτοιο Θεοῦ χρισὸν παῖδ' ὑψίστοιο.
Αὐτὸς πληρώσει Θεοῦ νόμον, ὃν καταλύσει.
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων, ὃς πάντα διδάξει
Τάττω σεβομίζω' ἱερεῖς χρυσὸν σεφέροντες,
Σμύρναν, ἠδὲ λίβανον.

Tu verò mente teneto
Æterni natum Christum, summiq; Parentis.
Ille Dei legem complebit, non violabit.

Perſimilem formam referens, & cuncta docebit
Illi libabunt aurum, myrrhamq; ferentes
Thusq; Sacerdotes.

De felicitate in adventu CHRISTI ita loquitur.

Εὐφράνθητι κόρη, ἠγαλλοῦ. Σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροζωίων Αἰῶνι, ὃς ἐργὸν ἔκλιζε ἐς γλυῦ
Ἐν ζοὶ δὴ οἰκήσει. Σοὶ δ' ἔσεται ἀθάνατον φῶς.
Ἐν ᾗ λύκοι τε καὶ ἄρνες ἐν ἔρεσιν ἄμμιες ἔδονται
Χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται.
Ἄρκτοι ζὼ μόχοις νομάδιον αὐλιοθήσουϑ',
Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεϊ ὅτι φάτνης
Ὡς βοῦς. Καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεζμοῖσιν
Ἄξουσιν, πυρὸν γὰρ ὅτι χθονὶ ἦρα ποήσει.
Καὶ βρεφέεσι δράκοντες ἅμα ζφίσι κοιμήσουϑ'
Κ' οὐκ ἀδικήζουσιν. Χεὶρ γὰρ Θεοῦ ἔσεϊ ἐπ' αὐτοῦ.

Geſti, læta puella, Tibi nam gaudia ſemper
Duratura dabit cœli terræq; Creator,
In te habitaturus. Tibi lux æterna manebit.
Cumq; lupis agni per montes gramina carpent.
Permixtiq; ſimul Pardi paſcentur & hœdi.
Cum vitulis urſi degent armenta ſequentes.
Carnivoruſq; leo præſepia carpet uti bos.
Et pueri infantes captas in vincula mittent,
Terrebitq; feras in terris debile corpus.
Cum pueris Draco terribilis placideq; cubabit
Nec lædet: quoniam Domini manus obtegit illos.

Felicitas in adventu Chriſti.

CHRISTI miracula in vita hac proponit, his verbis.

Καὶ τότε δὴ νοσεροὺς ἰήσεται, ἠδ' ὀπιπώσει
Πάντας, ὅσοι τοῦτῳ πίζιν ἐνὶ φρεσὶν ἕξουϑ'.
Βλέψουσιν ᾗ τυφλοὶ, ἀτὰρ βαδιῶσί τε χωλοὶ,
Κωφοί τ' ἐζαίζουσι, λαλήζουσ' ἀ λαλέοντες.
Δαίμονας ἐξελάσει, νεκρῶν δ' ἐπαναστάσις ἔσται,
Κύματα πεζώσει,

Et quæ ſequuntur:

Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes
Lapſos, quot quot ei fident, cæciq; videbunt.
Incedent claudi: ſurdis audire licebit.
Inſolitas mutis dabitur formare loquelas.
Expellet furias, oppreſſi morte reſurgent,
Placabit fluctus, &c.

Miracula Chriſti.

Et libro ſecundo longa narratione deſcribit adventum poſtremum CHRISTI ejusq; judicium, malorum pœnas, & felicitatem piorum.

Αἱ ὁπόσαι κείνῃ τῇ ἡμέρῃ ἀθροίσουσιν.
Ἀχλὺς γὰρ ζοφερὴ σκεπάσει τὸν ἀπείρονα κόσμον.
Αὐτολίης δύσεως τε μεσημβρίας τε, καὶ ἄρκτου.
Καὶ τότε δὴ πόταμός τε μέγας πυρὸς αἰθομένοιο
Ῥώσει ὑπουρανόθεν, καὶ πάντα τόπον δαπανήσει;
Γαῖαν, τ' Ὠκεανόντε μέγαν, γλαυκὴν τε θάλασσαν.

Væ quibus illam
Contigerit vidisse diem. Namq; omnis ab ortu
Solis ad occasus, austroq;, aquilonequ; mundus
Tetræ involvetur noctis caligine cæca.
Tunc ardens fluviis cœlo manabit ab alto
Igneus, atque locum consumet funditùs omnem,
Terramq;, Oceanumq; ingentem, & cærula ponti.

Mundi finis.

Addit præterea plurima, quibus graphicè horrendum mundi interitum, & formidabilem exitum depingit. Postea CHRISTUM Dominum judicem omnium hominum proponit:

Ἡνίκα δ' ἀθανάτῳ Θεῷ αὖθι παρ' ἀγγελιτῆρες
Ἠκαήλ, Ἐρομιήλ, Οὐριήλ, Σανιήλ, Ἀζαήλ τε,
Αὐτοὶ ὑπερμήνοι ὅσα τις κακὰ πρόσθεν ἔρεξεν
Ἀνθρώπων, ψυχάς τε ἀπὸ ζόφῳ ἠερόεντι
Εἰς κρίσιν ἄξουσιν πάντας ὑπὸ βῆμα Θεοῖο
Ἀθανάτου μεγάλου. Εἷς δ' μόνος ἄφθιτος ἔστιν,
Ἄνλος ὁ Παντοκράτωρ, θνητῶν ὁ δικάσπολος ἔσται
Καὶ τότε νεκρίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν
Δώσει ἐπουράνιος, καὶ τ' ἀστέα ἁρμολόεντα
Ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶ σάρκες, καὶ νεῦρα,
Καὶ φλέβες, ἠδὲ καὶ δερμά. Περὶ χροὶ δ' αἰὲν ἐοῦσαν
Ἀμβροσίως πυκθέντα, καὶ ἔμπνοα κινηθέντα
Σώματ' ὑπὲρ θνητῶν μίαν ἡμέρην ἀνύσαντα.

Tunc verò æterni Genii Patris immortalis
Hetar, Eromiel, Uriel, Saniel, Azaelq;,
Quæ mala quisque hominum patraverit antè scientes,
Et tetris animas tenebris caliginis omnes
Judicio sistent ad formidabile Patris
Magni, immortalis solium. Nam solus & unus
Conditor omnipotens rerum non interit unquam.
Juraq; dicturus mortalibus æqua sedebit.
Et tunc infernis animas, flatumq;, sonumq;
Cœlestis tribuet, compactaq; convenienter
Artubus ossa suis, carnes, nervosq; repostos,
Et venas, pellemq; priorem, cæsariemq;
Sic conjuncta suis terrestria corpora ritè
Membris una dies reddet vitalibus auris.

Extremum judicium.

Multa sequuntur ad hanc judicii Divini descriptionem: de pœnis quibus mali afficientur: & de beatitudine æterna, in quam beati & Electi DEI recipientur post mundi abolitionem. Quæ Sibylla tam exactè describit, ut videatur ea ex Prophetis & Euangelio desumpsisse.

Atq; inter cætera hujus Erythrææ Phœbadis oracula, multa citantur de *Antichristo*, de ejus miraculis: & quo modo per ejus impostura multi seducentur à via recta, & condemnationi æternæ adjudicabuntur:

Καὶ Βελίας ἥξει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις. τότε δ' αὖ ὁσίων ἀνάστασις ἀνδρῶν.

Et Belial veniet, facietq; insignia multa
Inter mortales: Tunc sanctorum resurrectio virorum.

Antichristus.

Alii

Alii legunt:

Τότε δ' ὁσίων ἀπονατάσασις ἀνδρῶν
Ἐκλεκτῶν, πιςῶντε, λεηλαζήτε ῥωπῆς.
Tunc sancti funditùs atq;
Electi fidiq; eversi diripientur.

Deniq; proponit multis nationibus interitum, & ruinam, propter idololatriam, & cultum divinum mortuis hominibus tributum, qui tamen uni soli DEO conditori omnium rerum debetur.

Hæc Sibylla vixisse perhibetur ante Trojana bella, quando res Argonautarum gestæ sunt: vaticinataq; est in Græcia Troë Ili & Ganymedis patre in Phrygia regnante: ut testatur *Suidas in* Ἴλιον: de qua hoc quoq; subjicit ἐν Λιβερίᾳ: *Romani cùm ex Sibyllinis oraculis cognovissent coitur am esse terram, si rerum humanarum preciosissima in eam conjicerentur: alii aurum, alii argentum, alii fruges, alii quod quisq; maximi æstimabat aggerebant, & se divinis responsis satisfacere arbitrabantur. Sed nihilominùs permanente voragine, Curtius vir & aspectu pulcherrimus, & animo præstantissimus, se quid Sibylla diceret rectiùs aliis intelligere dixit. Rem enim Reipublicæ maximi esse precii viri virtutem: eamq; oraculo postulari.* *Tempus quo vixit hæc Sibylla.*

Quòd autem *Suidas* illam Tarquinii temporibus alibi fuisse dicit, confundit Sibyllarum nomina, & tempus: ut alii multi, qui in hac antiquitatis obscuritate, & confusione unam ab altera non discernunt, est enim difficillimum id certò præscribere, cùm una eademq; Phœbas diversis in locis vaticinata sit, & ab iis locis diversa sortita sit nomina. Ut de hac dicitur, quæ *Sicula*, *Sardica*, *Gergethia*, *Rhodia*, *Lucana*, & *Samia* ab auctoribus vocatur.

Eusebius illam tempore Romuli vixisse tradit: post Ilii excidium annis quadringentis, & quinquaginta.

Strabo Cretensis Cosmographus insignis Augusti ætate, duas hoc nomine dictas fuisse Phœbadas memoriæ prodidit: Unam antiquissimam, alteram recentiorem, quæ responsa dabat Alexandri Magni tempore cujus verba sunt hæc *libro* 14. *Erythris nata fuit priscis temporibus Sibylla mulier fatidica, & divino furore incitata. Alexandri etiam tempore alia fuit ibidem orta, & itidem vates nomine Athenais.* Idem *Strabo lib.* 17. *De generis quidem nobilitate etiam Erythræam Athenaidem effatam ferunt: quæ Erythrææ antiquæ Sibyllæ similis fuerit.* Divus *Hieronymus in Chronicis* ait: *Sub Romulo agnoscitur Sibylla Erythræa: Augustinus lib.* 18. de Civitate Dei, *cap.* 23. *Romuli tempore*, inquit, *nonnulli Erythræam vaticinatam fuisse ferunt. Hæc sanè Erythræa quædam de Christo manifesta conscripsit, quæ etiam nos in lingua Latina (per nescio cujus interpretis imperitiam, sicut post cognovimus,) versibus male Latinis, & non stantibus legimus. Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam Proconsul fuit, homo facilimæ facundiæ, multæq; doctrinæ, cùm de Christo colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllæ Erythrææ:* Et paulò post addit *Augustinus: Nonnulli sanè Erythræam Sibyllam, non Romuli, sed belli Trojani tempore fuisse scripserunt.* *Lactantius* eam asserit vixisse Anno Mundi 3212. Ante Christum 760. ut legimus *lib.* 1. *cap.* 6. *& lib. de ira Dei, cap.* 22. Alii eam floruisse annis 480. post captam Trojam: Eamq; præter oracula & Prophetias, scripsisse odas & hymnos in honorem Deorum, & quædam de palpitatione. Inventrix dicitur lyræ triangularis. *Secunda Sibylla Erythræa fuit Alexandri tempore.*

De suo genere & patria ita scribit sub finem *libri tertii:*

Ταῦτά σοὶ Ἀσυρίης Βαβυλώνια πίχεα μακρὰ
Ὀισρομανὴς σελιδοῦσα θεὸς μιμήματα θνητοῖς
Ὥσπε σεφηδῶσαι μὲ βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
Καὶ καλέσσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδ' ἄλλης.

& cætera, quæ à principio ejus historiæ proposuimus.

Constat illam inter cæteras Sibyllas fuisse nobilissimam: ejusq; scripta Sacrosanctè servata esse apud omnes nationes, maximè Erythris, unde Romani ea Romam transferri procurarunt. Eaq; in suis scriptis apertè fatetur, quod de solo summoq; DEO colendo scripserit, illi dictatum fuisse à Spiritu illius Summi, & æterni DEI:

Αὐτός μοι τάδε πάντα Θεὸς μέγας ἀέναός τε
Εἶπε θεοφηλήσαι· τάδε δ' ἔστεται οὐκ ἀτέλεστα,
Οὐδ' ἀπελέτητα, ὅλιχεν μόνον ἐν φρεσὶ θείη.
Ἄψοφον γὰρ πνεῦμα Θεοῦ πέλεται κὲ κόσμον.

Ipse mihi Deus hæc dedit omnia vaticinari,
Magnus & æternus, qui quod vel mente reponit,
Non fieri prorsus nequit, & contingere finem.
Namq; Dei nescit mentiri Spiritus orbi.

Et post mundi renovationem ostendit beatos electos securè & tranquillè victutos, sub tutela & protectione Dei altissimi:

Υἱοὶ δ' αὖ Μεγάλοιο Θεοῦ περὶ νάον ἅπαντες
Ἡσυχέως ζήσουσ' ἀδεῶς φερεοικόμφοι ὑπὸ τέκτοις:
Οἷς δώσει Κλῆσις, ὁ διηνεκέτης τε Μόναρχος
Αὐτὸς γὰρ σκεπάζει μόνος, μεγάλως τε θάλψας·
Κύκλοθεν ὡς εἰ τεῖχος ἔχων πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἀπόλεμοι δ' ἔσονται ἐν ἄστεσιν, ἠδ' ἐνὶ χώραις:
Ὧν χεὶρ γὰρ πολέμοιο κακοῦ, μάλα δ' ἔστεται αὐτοῖς:
Αὐλὸς ὑπερμαχος ἀθάνατος, καὶ χεὶρ Ἁγίοιο.

Interea magni proles secura Tonantis
Circum ædem venient, & lætabuntur in illis.
Namq; Creator erit, (qui judicat omnia justè
Omnia qui solus Princeps regit,) auctor eorum.
Solus enim præsens claudet munimine tutos:
Ardentiq; velut muro, circumdabit igne.
Ergo urbes nullo bello, sedesq; tenebunt,
Quando nulla manus belli premet: ipsa sed illos
Æterni armipotens defendet dextera Sancti.

Codex antiquus tale vaticinium tribuit Erythrææ:

Cerno Dei Natum, qui se demisit ab alto,
Ultima felices referent cùm tempora soles,
Hebræâ quem virgo feret de stirpe decora.
In terris multum est teneris passurus ab annis:
Magnus erit tamen hic divino carmine vates,
Virgine matre satus, prudenti pectore verax.

De ea *Arias Montanus:*

Dicitur hæc vates postremi nuncia sæcli
Innotuisse, Deum tunc fore verè hominem.
Prævidisse Agnum paleis fænoq; cubantem,
Nutritum officio, lacteq; virgineo.

Ex Templo *Senensi:*

De excelso cœlorum habitaculo prospexit Deus humiles suos: & nascetur diebus novissimis de virgine Hebræâ in cunabulis terræ.

Ex *Ruilio:*

Postremis sæculis Deus humiliabitur. Genus Divinum fiet homo. Divinitas humanitati associabitur. Agnus super fœnum statuetur, & à virgine nutrietur.

Ex

Ex *Thoma Garzono:*

Virgo pura Deum ſuo lacte nutriet hominem factum. Is verſabitur inter homines ſicut mortalis: & mortales ab interitu vindicabit.

L. Feneſtella ſcribit mille Erythrææ Sibyllæ fuiſſe Romam verſus adportatos C. Curione, & Conſtantino Magno Coſſ.

Ex *Lælii Cleopaſſi Hydruntini* poëmatibus:

Servator veniet cælo demiſſus ab alto,
Aurea qui mundo ſæcula reſtituet.
Auferet omne malum: vitam mortalibus ægris
Reddet: in hoc ſolo vita ſalusq; ſita eſt.
Hoc omnes pravi perſolvent judice pœnas,
Atque æterna pii gaudia percipient.

Non eſt dubium harum Sibyllarum prædictiones, & oracula de rebus futuris diverſa à diverſis excerpta fuiſſe, & ſucceſſu temporis tranſcripta verbis, & ſententiis differentibus: ideò in multis antiquis voluminibus differentiæ nõ mediocres inveniuntur. Ut liquet ex antiquis auctoribus, qui multa ex Sibyllinis ſcripta in mediũ adferunt, quæ in exemplari regio non inveniuntur. Et *Lactantius Firmianus* quędam citat, quæ licèt eundẽ ſenſum referant, verbis tamen diſſimilibus efferuntur: quòd eveniſſe reor ex Priſcorum Patrum negligentia, qui hæc Sibyllina ſcripta ſuis immiſcuerunt operibus, ad vanitatem Philoſophorum Gentilium refutandam, non quod exiſtimarent Phœbadum harum auctoritatem quicquam facere ad veritatẽ Chriſtianæ religionis, quæ Prophetarum, Apoſtolorum, Sanctorumq; Martyrum teſtimonio ſatis confirmata eſt, ut non indigeat vatum profanorum, Poëtarum, & Sibyllarum conſenſu non neceſſario: ut ait *Auguſtinus: Si quid veri de Deo Sibylla, aut Orpheus aliíve gentilium vates, aut Philoſophi prædixiſſe perhibentur, id quidem valet ad revincendam paganorum vanitatem, non autem ad Chriſtianæ religionis auctoritatem complectendam.* *Joannes* Epiſcopus Chemenſis, Archiepiſcopi Saltzburgenſis à Suffragiis Opuſculum doctum & Chriſtianum conſcripſit, cui titulum adſcripſit ONUS ECCLESIÆ in quo ſeptem ætates mundi complectitur: in eo *cap.* 65. citat Sibyllæ Erythrææ vaticinia, quæ Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris ſervantur, quæ de his ſeptem ſtatibus hoc modo diſſerunt: *De ſeptem Eccleſiæ ſtatibus.*

De primò ſtatu hæc leguntur: *Poſtquam taurus pacificus ſub levi mugitu mundi climata tributo concludet, illis diebus Agnus cæleſtis veniet.* Per taurum ſignificatur Auguſtus Cæſar, qui terrarum orbem ſuo dominio ſubjecit, & ſub cujus Imperio Agnus cœleſtis, h. e. Chriſtus *natus* eſt, & ſubjicit Phœbas: *venient autẽ dies, quibus virtus inundationis* (hoc eſt, baptiſmi) *illuſtretur in aquis: & Leo Monarcha convertetur ad Agnum; qui omnibus illuſtret, & regna ſubvertet.* Et paulò poſt: *In ultima autem ætate humiliabitur proles Divina; jungetur humanitati Deitas; jacebit in fœno Agnus, & puellari officio educabitur Deus & Homo. Signa præcedent apud Apellas recutitos* (hoc eſt, Judæos pellẽ prępucii circumciſos) *& mulier annoſa* (ſc. Eliſabetha) *concipiet puerum præſcium* (Joannem, Chriſti pręcurſorem) *Bootem Orbis mirabitur, & ducatum præſtabit ab ortu* (tribus nempe Magis) *Hic habens pedes triginta duos, ſexq; pollices. Eliget ſibi ex piſcatoribus & dejectis numerum duodenarium, unumq; Diabolum, non in gladio bellove.* *Primus ſtatus Eccleſiæ.*

De ſecundo ſtatu ita ſcribit: *Salus igni accubans modicis Leonis ſpoliis veſtietur, utpote paucis rebus temporalibus fulcietur. Nigrum convertetur in rubrum. Æneademurbem, regesq; ſubjiciet, ſed in hamo piſcantis, in dejectione & pauperie ſuperabit divitias; ſuperbiam conculcabit morte propria: nocturna ſuſcitabit, & commutabitur, vivet & regnabit, & conſummabuntur hæc omnia: fietq; regeneratio: ultimo bonos judicabit & malos.* *Secundus ſtatus.*

Tertius ſtatus his verbis deſcribitur ab eadem: *Hinc quatuor alata animalia conſurgent in teſtimonium* (hoc eſt, quatuor Euangeliſtę) *nomen Agni tubis concinent, ſerentes juſticiam, legemq; irreprehenſibilem. Cui contradicit Beſtia, & abominatio, ſpumaq; Draconis; ſed ſtella mirabilis orbem illuminabit.* *Tertius ſtatus.*

Quar-

Quartus status. Quartus ſtatus: *Evaneſcent Æneadarum ſimulacra, virtus, & ſuperſtitio. Alterius cultus adveniet, alterius cultor. Sed & de ſimulacris duo, de vitiis totidem uſq; in æternum in* Urbe, *& ad primam originem convertentur. Hinc Æneadæ gloria Byzantium deducetur: eritq; nidus delicatiſſimus, qualis non fuit: Et robuſtum decus in muliebre convertetur; donec catulos ejus* Urſus *devoret; Optimates Byzantinos obtenebret; decus Deucalium effeminet. Byzantium profanabunt dogmata falſa; ædificia denigrabunt; aurum ejus per Orbem, & ſpolia diſpergentur; virgines humiliabuntur; & gallus non cantabit.*

Quintus ſtatus. Quintus ſtatus: *Aſcendent in conſpectu Altiſſimi Byzantii ſcelera: Surget ſtella mirabilis quatuor Animalium habens imaginem; eritq; in turba mirabili. Danaos illuminabit, orbem illuſtrabit. In Æneade latus Piſcatoris nomen Agni uſque ad fines ſæculi virtute perducet. Inde in Æneade juncta vinctos à Diabolo liberabit. Hinc gloriabitur moriens illuſtrabit; & glorioſus erit exitus ejus.*

Sextus ſtatus. Sextus ſtatus: *Erit autem Beſtia horribilis ab Oriente veniens. Cujus rugitus uſque ad gentes Punicas audietur: ejus capita ſeptem, ſceptraq; innumera, pedes ſexcenti ſexaginta tres. Hæc erit contradicens Agno, ut blaſphemet Teſtamentum ejus, augens Draconis aquas. Reges autem & Optimates ſæculi exuret in ſudore terribili, & non diminuent pedes ejus. Stellæq; duæ conſimiles primæ ſtellæ conſurgent contra ipſam Beſtiam, & non obtinebunt uſque veniat abominatio, & voluntas Domini conſummetur. Venient in poſtremis diebus duæ luciditſimæ ſtellæ in peccatis mortuos ſuſcitantes, ſimiles ſtellæ priori quatuor animalium habentes faciem, reſiſtentes Beſtiæ, aquisq; Draconis, annunciantes nomen legemq; Agni, abominationis excidium: minorabunt aquas, ſed debilitabuntur in panis afflictione.*

Septimus ſtatus. Septimus ſtatus: *Poſt abominationem revelabitur veritas, cognoſcetur & Agnus, cui regiones & regna colla ſubmittent: & erunt univerſi terrigenæ convenientes in unum, ut ovile ſubeant, & virga regantur in una; & modicum tempus erit. Poſt hæc fiet multarum gentium beſtialiter viventium congregatio. Orbis in decem ſceptra dividetur: præcedent turpiſſimi concubitus, conceptus abominabiles. Tunc caput ipſorum reges multos morte afficiet, quoſdam ſub jugum mittet. Sponſa ſilebit: gallus rauceſcet. Fiet Agno contumelia; & apponet abominatio os in contumeliam, ut nomen Altiſſimi deleatur, ſibi primævam ſuperbiam adplicabit, dicens verba blaſphemiæ; donec tres pedes ſeniq; abbreviati diſcurrant. Tunc apparebit veritas & juſticia: omnesq; homines abjicient abominationes, & convertentur ad Agnum: & aquam profitebuntur Apellæ, neque erit diverſa profeſſio, ſed una concordia, grex unus, idem ovile.*

Octavus ſtatus gratia. De octavo ſtatu cœleſti glorię ſempiternæ in quo poſt judicium apparebit redemptio noſtra, ita loquitur eadem Erythræa Sibylla: *Porrò in proximo erit examē: Audient terrigenæ minas Examinis. Ineffabilia concinentur in tuba. Venient in conſpectu agni abominationes peccatorum, & ultionis appetitus. Deſcendet ignis terribilis, qui univerſa creata uſque ad æthera concremabit. Veniet de cœlo vox terrore & metu plena advocans univerſos, ut veniant in examen. Fiet autem ineffabiliter corporis, & animæ redeintegratio: ut recipiat unusquiſque retributionem gloriæ, vel pœnæ. Tunc apparebunt vincti Reges & Principes; & videbunt Agnum in throno terribili, ut retribuat univerſis ſecundùm opera ſua: à dextra ejus benedictio, maledictio procedet à læva: judicabit autem bonos & malos; ut illos ſenſim exaltet, hos verò in ſortem Dæmonum vorabit Avernus.*

De his ſtatibus multa tractantur tam in Apocalypſi, quàm in priſcis patribus: inter quos fuit *Ubertinus de Caſali* ordinis Minorum, qui commentarios ſcripſit in Apocalypſin Joannis: Primus, inquit, *ſtatus inchoatus eſt in pluribus figuris Veteris Teſtamenti: in Novo autem cœpit à Chriſti nativitate, vel à miſſione Spiritus Sancti: vel à Joannis & Chriſti prædicatione, vel à Sacerdotio Zachariæ: vel à Verbo Trinitatis incarnato.* In primo *ſtatu Dei dextra plantavit vineam ſuam ſuper filium hominis:* Secundus *ſtatus dictus eſt Martyrum, cœpitq; ab Apoſtolis, & Martyrio Stephani, vel à paſſione Chriſti, & prima perſecutione Neronis.* Tertius *ſtatus fuit tempore Doctorum Primitivæ Eccleſiæ, quorum lux lucebat coram hominibus.* Quartus *quo tempore Doctores ſecundæ claſſis vixerunt,* ut Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus *& alii.* Quintus *initium habuit anno milleſimo à Chriſti paſſione.*

passione. Quintus, *in quo sumus, in adventu Christi. cujus complementum fiet in destructione Babylonicæ meretricis, quæ est Antichristus.* Sextus, *durabit usq; ad interitum Gog & Antichristi: tunc incipiet* Septimus, *qui extendetur usq; ad diem judicii: Spatia tamen temporum inter se ita sunt connexa & intricata, ut simul implicentur & cohæreant.*

Septem ætates Ecclesiæ secundum Loyerum.

Hos Ecclesiæ status *Loyerus Andegavensis* vocat septem ætates: quæ à Christi passione usq; ad finem mundi fluent: quæ signari in Apocalypsi testatur. Idem quoque notat *Joannes Chemensis* Episcopus, & eas vocat Ecclesiæ status. Quos ita describit eo tractatu, quem de *Onere Ecclesiæ* scripsit *cap.* 10. & sequentibus.

1. Status Seminativus.

Primus cœpit Apostolorum tempore, vocatusq; est *Seminativus:* quia per universam terram seminata est Euangelii sacrosancta doctrina: & hunc Sibylla appellat *Statum innocentiæ, dealbatum in aquis*, scilicet baptismi: ideò *in equo albo sedere* dicitur *vir*, scilicet Christus, *habens* arcum justiciæ, *& coronam* retributionis æternæ. Tunc prima persecutio cœpit: qua discipuli Domini coacti sunt separari, & dispergi per diversa loca: quæ dispersio fuit seminatio doctrinæ Euangelicæ per omnem terram. Et *primus angelus effudit phialam iræ Dei plenam* super Judæos, quorum Metropolis Hierosolyma destructa est per T. Vespasianum: & dispersi sunt omnes regiones: & hoc dicitur vulnus pessimum. *Loyerus* scribit *viro illi insidenti equo albo datam fuisse potestatem omnia vincendi.* Et *per albedinem equi* denotari puritatem doctrinæ. *Plagam* autem *primi Angeli* esse grandinem, & ignem sanguini mixtum, *missum* cœlitùs *in arbores, & herbam viridem*, hoc est, martyrum cruciatus igne, gladio, lapidibus trucidatorum propter nomen Christi.

2. Status irrigativus:

Secundus status *à Joanne Chemensi* dicitur *irrigativus:* qui principium sumpsit ab Abele, & incrementum habuit in Patriarchis, & Sanctis Veteris Testamenti, tanquam vitis frugifera, quæ in multos palmites cum tempore dilatata, in amplam vineam erecta est per Christum, & ejus sanguine irrigata: & hæc irrigatio est *continuata Martyrum doctrina, & passione*. Tunc Diabolus excitavit Gentes in CHRISTI fideles, ut hanc DEI vineam pessundaret. Quod designatur *per equum ruffum*, hoc est, sanguinolentum *cui insidet Diabolus, & illi data est potestas sumendi pacem de terra:* nempe persecutiones magnæ suscitatæ sunt decem contra Christianos, *sub Nerone, Domitiano, Antonino, Maximino, Valeriano, & Galieno, Aureliano, Diocletiano, & Maximiano, Maxentio, & Juliano.* Tunc *Angelus secundus effudit phialam suam in mare*, hoc est, in regiones Gentium: *& facta est amara plaga* persecutionum. Et hic primus, secundusque status significatur *per statuam Danielis cap. 2. cujus caput erat aureum:* hoc est, perfecta & sincera Ecclesia, fulgens puritate doctrinæ, & charitate. Loyerus ait *virum insidentem equo ruffo tenentem gladium*, significare Hæreses diversas eo tempore pacem Ecclesiæ turbantes: & colluviem Barbarorum, Saracenorum, Gotthorum, Alanorum, Lombardorum, Herulorum, Hunnorum, Francorum, Vandalorumq; & aliorum Septentrionalium populorum, qui totam Europam devastarunt. *Plaga* autem *secundi Angeli est mons præcipitatus in mare, & tertia maris pars mixta sanguine*, hoc est, eversio Romani Imperii, & bella cruenta Europæ, quæ pars mundi est tertia.

10. Persecutiones.

3. Status illuminativus.

Tertius status dicitur *illuminativus:* cœpitq; sub Constantino, qui Ecclesiæ locum dedit, & prædicationem Euangelii liberam permisit. Et hic status comparatur *statuæ Danielis, cujus pectus & brachia erant argentea:* Tunc puritas illa *aurea* versa est in *argentum:* hoc est, propter affluentiam divitiarum Patres illi inflati scientia, & auctoritate, insolescere cœperunt. Restiterunt tamen viriliter hæresibus turbantibus Ecclesiam: & hic status designatur *per equum nigrum, cui insidet vir tenens stateram, sine ponderibus*, hoc est, sine bonis operibus: Et *Tertius Angelus effudit phialam suam in flumina & fontes*, hoc est, in doctrinam Euangelicam, quam doctores falsi suis hæresibus obscurarunt, & eloquentiâ fucatâ depravarunt.

Loyerus ait mysterium tertiæ ætatis demonstrari *per equum nigrum, cui insidet vir manu tenens bilancem.* Nempe hoc notari ignorantiæ tenebras: in quibus tamen

justicia aliqua locum habuit: quod probatur ex legibus stabilitis in Hispania à Gothis; Francis, Burgundionibus, & Vandalis in Gallia, ab Alanis & Saxonibus in Germania, ab Hunnis in Pannonia: à Longobardis in Italia: ab Arabibus & Saracenis in Persida & Ægypto. *Plaga tertii Angeli est stella nomine Absynthus, quæ corruens è cælo, tertiam fluviorum & fontium partē convertit in Absynthium: cujus amaritudine infectæ sunt aquæ, & tertia pars hominum perit.* Hoc est, per hæreses, superstitiones, idololatriam, Mahometicaq; dogmata, quæ infinita bella invexerunt in mundum, cædesq; & supplicia majoris partis hominum.

4. Status ascensivus.

Quartus status, qui à *Chemensi* dicitur *ascensivus*, comparatur *statuæ Danielis, cujus venter, & femora erant ærea:* designaturq; *per Ecclesiam Thiatyræ, & per equum pallidum:* hoc est, per hypocrisim falsorum fratrum, qui veritatem Domini in superstitiones, & justiciam ex operibus, fictámq; puritatem vitæ converterunt: multósq; falsa religione, & palliata simulatione seduxerunt: *Pallido equo insidet mors & subsequitur infernus. Sessori data est potestas in quatuor partes terræ; ut fame, gladio, peste, & bestiis mortalibus noceant. Tunc Angelus quartus effudit phialam suam in solem:* hoc est, offuscat lumen cœlestis doctrinæ; ut ignorantiæ æstu, ariditate, & igni torqueantur homines: idq; non solùm de corruptione Ecclesiæ intelligi potest, sed de falsa Mahometi doctrina, quę omnes mundi partes occupavit, & seduxit. Secundùm Loyerum mysteriū quartæ ætatis ostenditur *per equum pallidū, cui mors insidet, & subsequitur Infernus.* Quibus rebus signantur bella, fames, pestis, ignorantia, Dæmonū potestas in Magos, bella Christianorū contra Turcas, Grecorum contra Occidentales principes; Guelforum & Gibelinorum &c. simul doctrina de nostra salute ita offuscata, & corrupta, ut tenebræ densissimæ, & palpabiles infusæ videantur mentibus hominū. Ideò *plaga quarti Angeli* dicitur esse, *dum solis, lunæ, & astrorum pars tertia tenebrosa redditur*; per superstitiones, cultúmq; DEI falsum: & Alcoranum Musulmannorū, quo Turcæ, Arabes, Saraceni, Persæ, Africani, Æthiopes, & ferè omnes Orientales Europæiq; Græci detinentur alieni à puritate doctrinæ Euangelii.

5. Status remissivus.

Quintus status *remissivus* dicitur: quia in eo clementia DEI apparet: quæ mortalibus aliquam remissionem largitur ab austeris Priscorum Patrum institutis: & hic repręsentatur *per Danielis statuam, cujus crura erant ferrea:* nempe hoc sæculo homines esse duros, implacabiles, & indomitos, nisi malleo & incude tractentur. Cùm enim Deus homines animadvertat non amplius esse aptos ad supplicia tormentorum secundi status, neq; ad perfectionem vitæ, & doctrinæ sequentium statuum, remisit suæ Ecclesiæ tantas difficultates, propter duriciem cordis hominum: qui hac remissione licentiùs abutentes, remissiùs & frigidiùs charitatem sequuntur: & opum possessionibus elati per omnes delicias, & vitæ illecebras securi vitulantur: ita, ut cùm Satan non potuerit Christianorum fidem subvertere per æmulationem Synagogæ Judæorum, per tyrannorum persecutiones, hæreticorū pravitatem, Hypocritarum simulatam, & fucatam religionem, nunc singula Ecclesiæ membra per carnalium illecebrarum stimulos inficit. In hoc statu *locustæ per quinos menses* (hoc est, per quinq; sensus carnis) *homines vexant doloribus, & cruciatibus, tanquam scorpionum punctūris.* Et *hæ* dicuntur *habere capillos mulierum, quibus mores fluxi & effeminati* significantur. Hic status quoq; figuratur *per meretricem sedentem super bestia, in quam quintus Angelus effudit phialam iræ DEI, ut regnum bestiæ fiat tenebrosum:* ut fastu superbiæ, & voluptatibus Ecclesia corrupta à primæva puritate deficiat. Hoc in loco Lector consulat *Chemensem cap.* 19. *& sequentibus* ubi debacchationem Ecclesiæ Prælatorum & reliquorum hominum describit audacissimè. *Loyerus* mysterium hujus quintæ ætatis dicit esse, *dum animæ sanctorum clamant ad Deum poscentes vindictam sanguinis eorum:* quo designatur tyrannis horrenda, quæ conscientias bonorum captivas detinet, & torquet mille hæresibus in medium revocatis, superstitionibus, & idololatria. *Plaga quinti Angeli est stella descendens è cælo, cui data est clavis abyssi. Quo aperto ascendit fumus crassus & densus tanquam è fornace: & Sol,*

Luna

luna, & astra obscurata sunt: ex fumo ortum ducunt locustæ illæ loricatæ, quæ scorpionum aculeis sæviunt, vexabuntq; mensibus quinq; homines, qui characterem DEI non gerunt in frontibus suis.

Sextus status quinto conjunctus est: in quo bella multa movebuntur: *insurget gens contra gentem, & regnum contra regnum; erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Tunc tradent vos,* (inquit CHRISTUS Matth. 24.) *in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* Idem quoq; legitur apud *Lucam* 21. & *Marcum* 13. Sed hic & septimus status nondum elapsi sunt, sed sequentur suo tempore à DEO præfinito. *6. Status cum 5. conjunctus.*

Septimus status qui dicitur *remissivus* incipiet *à futura prædicatione Enoch & Heliæ:* vel in secundo CHRISTI adventu: quando sua illustratione interficiet Antichristum, durabitq; usque ad extremum judicium. Eritq; hic status arra quædam cœlestis pacis, & quædam temporalis beatitudo: quo Sabbatum repręsentatur & adaptatur septimo diei, qui est sanctificatus ab omni opere servili fruens requie & pace: ut ait *Augustinus 2. de Civitate Dei cap. 7. Post sextum millenarium fiet Sabbatismus,* id est, vocatio sancta post labores annorum sex millium. Sex annorum millibus tanquam sex diebus impletis sequetur veluti Sabbati septimus in annis mille postremis, quibus justos deliciis spiritualibus fruituros multi existimaverunt. De hoc *in Apocalyps. 20. v. 4. Qui non adoraverunt bestiam vivent, & regnabunt cum Christo mille annis.* Et ad Hebræos 4. *Relinquetur Sabbatismus populo Dei:* & oportet dari fidelibus pacem & regnum pacis sublatis universis Christi adversariis: *quando Christus* (secundùm *Apostolum* 1. Corinth. 15.) *tradet regnum Deo patri, cùm evacuaverit omnem Principatum & potestatem, & virtutem.* *Ubertinus de Casali* (secutus priscorum opinionem, quæ ab Heliæ familia manare dicitur,) ait, *ante legem usque ad Abrahamum fluxisse annorum duo millia; postea duo millia sub Lege: exin præsumuntur duo millia sub tempore Messiæ completum iri:* ut secundùm *trinam* Legem *Naturæ, Scripturæ, & Gratiæ* tres binarii accipiantur: secundùm mysteria sanctissimæ Trinitatis, Septimus millenarius incipiendus conjicitur in Statu attributo Spiritui Sancto. Qui est tertius generalis totius mundi, vel septimus specialis Ecclesiæ status, instar gratiæ septiformis. *7. Status remissivus.*

Post interitum *Antichristi, quem* CHRISTUS *interficiet Spiritu oris sui, Angelus septimus effundet phialam suam in aërem,* qui est habitatio Dæmonum: *& fient tonitrua, & fulgura, & terræmotus magnus qualis nunquam fuit: Tunc fracta est civitas magna, & congregatio iniquorum:* Et quæ sequuntur *Apocalyps.* 16. Et postea *cap.* 18. Post bellum agni contra Antichristum, *descendit Angelus de cælo habens potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria ejus:* hoc tempore septimi status dabitur clara intelligentia omnium Prophetiarum. Ideò *facies septimi Angeli* dicitur *lucida sicut Sol.* Ideò à secundo CHRISTI adventu (qui erit in tertio mundi statu) usque ad finem mundi per influentiam Spiritus Sancti scriptura Sacra apertissimè patebit. Tunc finietur carnalis Ecclesia, & Spiritualis sequetur vita, in qua perficietur Ecclesia.

Status hi *tres* mundi ita Sanctæ Trinitati adaptantur, ut primus censeatur esse DEI *Patris:* quo viguit *Lex Naturalis* & scripta, locumq; habuit Vetus Testamentum *usq; ad Christum Servatorem,* quando in carne mundo innotuit: suoq; adventu fundavit Ecclesiam adimplendo Legem, & reformando Synagogam, recipiendoq; Gentes ad veri DEI cognitionem: vocaturq; hic status mundi secundus, *status Gratiæ & reformationis:* nam Servator Ecclesiam in suis membris fœdatã reformavit: & sub finẽ hujus secundi status Antichristus & Diabolus ejicientur foràs. Tũc incipiet tertius mundi *status perfectionis,* qui decurret per septimum Ecclesiæ statum, durabitq; usq; ad extremum judicium: & hic Status attribuitur *Spiritui Sancto,* qui à Patre & Filio procedit, propriéque *Spiritus veritatis* appellatur: *is docebit* homines *omnem veritatem.* Tunc erit tertius Christi adventus: in quo tam persona

quàm operibus clareſcet: quia tunc incipiet regnum DEI, & carnalis vita devorabitur, ut Spiritualis vivificetur. Eritq; hic ſtatus quietis temporalis, & Paradiſi cœleſtis figura, gloriæque ſempiternæ. Tunc veniet Chriſtus ad judicium, quod Sibylla vocat examen, quo *reddet unicuique ſecundùm opera ſua: & mors deſtruetur; eritq; Deus omnia in omnibus.* 1. Corinth. 15. Finis enim omnium ſtatuum erit vita æterna.

8. *Status Eccleſiæ.*

Octavus ſtatus beatitudinis æternæ, cœleſtis, & perpetuæ tranquillitatis: *in qua præparata ſunt piis quæ oculus non vidit, auris non audivit, neque in cor hominis aſcendit.* 1. Corinth. 2. & ut dicit *Gregorius in Homilia ſuper Lucæ* 14. *Nulla lingua dicere, nullus intellectus capere ſufficit, ergo nec calamus comprehendere poteſt, quæ ſint illa ſempiterna civitatis gaudia, quid ſit Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis Spiritibus gloria Conditoris aſſiſtere. Præſentem Dei vultum cernere, in circumſcriptum Lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuo munere lætari.* Et hic erit finis Apocalypſeos, nempe ſtatus ſeptimus Eccleſiæ militantis, qui erit figura & initium ſtatus Eccleſiæ triumphantis immediatè ſubſequentis: *Quando DEVS abſterget omnem lachrymam ab oculis piorum: & ibi non erit amplius luctus, nec clamor, nec dolor.* Apocalyp. 21.

Hæc ſunt quæ boni iſti viri ſuis operibus immiſcuerunt deſumpta ex Sibyllinis ſcriptis, & priſcorum Patrum: conſona ſcripturis ſacris: quæ Lectori utilia fore judicavi.

CUMÆA SIBYLLA.

TERTIO LOCO multi constituunt *Cumæam Phœbadem*, quæ & *Cimmeria* dicta est: quòd Cumis Italiæ ad Lacum Cimmerium vaticinata sit. De qua *L. Piso Censorius*, & *Nævius* libro de primo bello Punico, mentionem faciunt: de ea quoq; *Pausanias in Phocicis*, ait. *Jam post illam* (nempe Erythræam) *eam quæ fatidica etiam fuit è Cumis, quæ sunt in Opicis, & Demo fuisse nomine appellatam, Hyperochus vir Cumanus scripsit. Ejus tamen fœminæ prædictionem omninò nullam Cumani, quam cuiquam ostenderint, habuerunt. Ostendunt tantùm urnulam in Apollinis lapideam: in ea Sibyllæ condita ossa dictitantes. Georgius Cedrenus* de hac ita loquitur: *Amasius filius Joasi regnavit annis viginti novem. Hujus ætate Sibylla Cumæa innotuit. Aristoteles lib. de mirabilibus auscultationibus* de ea scriptum reliquit: *Cumæ in Italia ostenditur quoddam, ut videtur, conclave subterraneum Sibyllæ fatidicæ, quàm diutissimè vixisse, & virginem permansisse perhibent, patria quidem Erythræam: à quibusdam verò Italis incolis Cumæam, ab aliis Melanchrenam dictam.*

De eadem *Justinus* in admonitorio ad Græcos: *Perfacile*, ait, *erit vobis rectam religionem ex parte aliqua, & ea quæ proximè ad Prophetarum accedunt doctrinam, à veteri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per sortes ac responsa vos docente perspicere.* Cuman Basilica. *Hanc Babylone ortam, Berosi, qui Chaldaicam historiam scripsit, filiam, ad Campaniæ oras nescio quo modo perveniſſe ferunt, ubi responsa dedit in urbe, cui Cumæ nomen est, sexto à Bajis (qui locus Thermas Campanas habet) lapide. Vidimus sanè, ea in urbe cùm essemus, locum quendam, ubi Basilicam ingentem uno fabrefactam saxo conspeximus, rem profectò maximam, & admiratione omni dignissimam, ubi oracula eam reddidisse, qui res patrias à majoribus suis quasi per manus traditas acceperant, affirmabant. In media autem Basilica nobis illi ostenderunt tria sólia ex eodem excisa lapide, quibus aqua repletis lavisse ibi eam, & stolâ sumptâ in penitissimam se Basilicæ ædem eodem extructam saxo abdere, atque in media ea aede super sublimiore gradu è throno considere solitam, & sortes ad eum modum promulgasse dixerunt. Hujus Sibyllæ tanquam fatidicæ cùm per multi alii meminêre scriptores, tum etiam Plato in Phædro. Mihi certe quidem is videtur, cùm in illius vaticinia incidisset, vates divinitate donasse. Videbat enim prædictiones ejus ad rem conferri: ac proinde admiratione ductus in libro ad Menonem fatidicos laudat, & ad verbum ita scribit: Rectè profectò Divinos eos appellaverimus, quos modò vocamus fatidicos & vates: nec minus hos etiam in Reipublicæ administratione versantes homines, quàm reliquos, atque insuper eos quoque dixerimus divinos esse, atque Numine instigari afflatos, nec non à* DEO *agitari attonitos, qui res multas, & magnas rectè & verè dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes.* Manifestò & apertè ad carmina respiciens Sibyllæ. *Huic enim haudquaquam, sicuti Poëtis, etiam postquam poëmata scripsere, facultas fuit corrigendi, atque expoliendi responsa sua, juxta exquisitionem numerorum, & dimensionum carminis rationem. Sed in ipso afflatus tempore, sortes illas suas explebat, & evanescente instinctu ipso, simul quoque dictorum memoria evanuit. Atque hæc ipsa causa est, quamobrem non omnes carminis numeros Sibyllæ servant oracula. Quin ipsi quoque, cùm in urbe ea essemus, indicibus, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, ostendentibus, qui nobis loca etiam, in quibus illa est vaticinata, commonstrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, ubi reliquias ejus servari dicebant. Insuper inter alia omnia, quæ indices isti exposuerunt, illud quoque fuit, à majoribus se audivisse, quòd qui responsa ab oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuissent, multoties in accuratiore numerorum observatione erraverint. Et proinde istam illi carminum quorundam inconcinnitatis attulerunt causam. Quòd cùm vates ipsa mentis emotione, & afflatu libera, dictorum suorum memoriam non retinuerit; tum qui oracula scripto mandabant, propter imperitiam, numerorum observandorum accurata ratione exciderint. Quapropter Platonem in Sibyllæ oracula innuentem de vatibus hoc dixisse constat, ita scribentem: Cùm multas magnásq; res rectè & verè dicunt, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes.*

Porrò cùm in poëticis numeris, neque in ea, quæ apud vos clara habetur eruditione, viri Græci, res veri DEI *cultûs sint sitæ, relictâ deinceps carminum, & orationum exquisitâ ratione, ad dicta Sibyllæ, citra contentionis studium, animum advertentes, cognoscite tandem, quorum vobis illa bonorum futura sit conciliatrix, Servatoris nostri* JESU CHRISTI *adventum disertis verbis clarè prædicens. Qui cùm Dei sit verbum, virtute ac potentiâ ab eo indiscretum, homine, qui juxta imaginem & similitudinem Dei conformatus est, assumpto, ad memoriam nos priscorum parentum nostrorum religionis revocavit. Quam qui ex eis prognati sunt mortales relinquentes, invidi Dæmonis instinctu, ad eorum qui dicuntur & non sunt, utpote falsorum Deorum, delapsi sunt cultum. Quòd si vos addubitatio aliqua conturbat, quo minùs creationem hominis credatis, eis duntaxat fidem habete, quorum vos auctoritatem sequi debere existimatis. Ac scitote oraculum vestrum*

à quo-

àquopiam, ut hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei, rogatum, sic illud in medio hymno recinisse:

Ὃν πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ ὴ καλέσας.

Quem primum finxit mortalem dixit Adamum.

Atque hymnus hic à multis, qui mihi noti sunt, asservatur ad eos coarguendos, qui omnium testificatione confirmatæ veritati credere nolunt. Itaque, viri Græci, si falsam de iis, qui non sunt, diis imaginationem salute vestra antiquiorem non habetis, credite, sicut dixi, antiquissimæ & priscæ Sibyllæ, cujus libri in universo extant orbe, de iis qui dicuntur, non sunt autem, Diis, mirifico quodam præpotentis Numinis afflatu sortibus vos datis docenti; De futuro autem Servatoris nostri JESU CHRISTI *adventu, at de rebus ab eo gerendis liquidò, & apertè vaticinanti. Harum namque rerum cognitio perneccessaria fuerit, sacrorum virorum prædictiones antecedens præmeditatio. Denique si quis opinetur ab antiquissimis quibusque, sicuti apud vos nominati fuerunt, Philosophis, de Deo discendam esse rationem, Alcmonem is & Mercurium audiat: illum quidem in libris de eo suis Deum* πάγκρυφον, *id est,* prorsus occultum *nominantem. Hunc verò clarè & manifestè dicentem.* Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐσὶ χαλεπὸν, φράσαι ὴ ἀδυνατὸν, ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατὸν. Deum intelligentiæ comprehendere difficile est, eloqui autem impossibile ei quoque, cui intelligentia illum nosse sit possibile. *Undequaque ergo, & modis omnibus scire convenit, nullo planè pacto aliter aut aliunde de* DEO, *vel de recta religione disci quicquam posse, quàm à Prophetis solis, qui divina inspiratione afflati vos docent, & instituunt.*

At quòd superiùs de templo sive Basilica hujus Sibyllæ Justinus loquitur, id duravit ab antiquitate usque ad nostra tempora, nempè ad Annum Domini 1539. cùm grandi & pavenda terræ concussione, mugitibus, & tonitruis, è profundo murmurantibus, vorago subita se aperuit è medio Lacu Lucrino propè Bajas, unde summa incolarum trepidatione, metu, & excidio tantùm cinerum, & pumicum factâ eructatione emersit, ut Bajæ, Puteoli & tota circumvicina regio iis oppleta sit: erupitque è medio lacu mons altus, qui aquam sinus illius marini retrocedere coëgit, locumque totum longè latéque occupavit, submersa Bajarum urbe inferiore: cujus adhuc hodie conspiciuntur ruinæ sub undis, ab iis qui præternavigant. Atqui mons hic novus, quo tempore Neapoli habitarem in Arce superiore (quæ S. Thermi, vel à monasterio inferiore S. Martini vocatur,) Anno 1558. nondum coaluerat, neque ascensum præbebat tutùm; quòd pumices ac tophi, cineresque ex quibus vasta illa congeries assurgit, nondum benè compacti, & simul cohærentes essent. Et marini fluctus, qui verberant montis basim strepunt undique ingenti fragore & sonitu concutientium se invicem pumicum, longè ac latè totum littus complentium, & natantium propter levitatem. *Templum Sibyllæ terræmotu eversum Anno 1539.*

Quod ad Sibyllæ specum attinet, hodie quoque ostenditur super lacu Averno: & prope lacum templum Apollinis rotundum cum summa voluptate, & admiratione sæpiùs vidi, quod tamen longa antiquitate, ac temporis injuria ex majori parte fractum, & pervium patet. Ex hoc templo per callem angustum ascensus ducit ad Speluncam Sibyllæ vastam & spatiosam, artificiosa tamen testudine excavatam. Hæc longo amplo; meatu sub monte extensa, tandem muro obducto finitur: quem *Adrianus P. M. extrui* jussisse fertur: propterea quòd plurimi peregrini potissimùm Scholastici nescio qua curiositate ducti, per anfractus illos subterraneos, obscuros, & multiplici ambage reticulatos sese in inferiora loca demittebant, cúmq; illis reditus liber non daretur, lucernis propter ignitas exhalationes suffocatis, miserrimo vitæ exitio suæ stultitiæ pœnas dabant. Non desiere tamen *Sibyllæ specus.* *Multi in Sibyllæ antro perierunt.*

Multi in Sibyllæ antro pereunt.

tamen eodem anno, quo illic degebam, quatuor Scholastici Belgæ, ut existimabantur, fracto muro se in eas voragines demittere, ex quibus post triduum evomiti sunt, corporibus igne ustulatis & suffocatis. In eodem antro ad dextram visitur amplum cœnaculum, cujus parietes opere tessellato (quod Mosaicum vocamus) circumquaq; cum tota concameratione exornati sunt eleganti artificio: ad cujus finem tria sunt cubicula excavata in eadem montis rupe, ubi videntur scamna lapidea, & loculi aqua semper calida pleni, qui vulgò appellantur *Balnea Sibyllæ:* neq; hi tantùm unquam æstuant, quin semper eò ingredi sit tutum. Descriptionem ejus ampliorem, Deo volente, publicabo cum tempore, eo *tractatu* quem scripsi *de*

NB. *rebus memorabilibus Puteolorum, Bajarum, Cumarum, montiumq; Pausylippi, Miseni, Serpentarii, & lacuum Averni, Lucrini, Cimmerii, maris mortui, piscinæ mirabilis, antri mortalis, Sudatorii Thermarum Bajanarum*, in cujus anfractibus subterraneis videri statuam æneam equestrem incolæ fabulantur, ad quam qui pervenit, & incolumis evadit inspiratione fatidica afflatus, futura multa prædicit, & somniorum interpres redditur certissimus. Sed perniciosam multis factam somniatoribus opinionem ostendam falsam, & vanam esse.

Hanc specum ita describit *Vergilius lib. 3. Æneid.*

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,
Divinosq; lacus, & Averna silentia ripis,
Insanam vatem aspicies: quæ rupe sub ima
Fata canit, foliisq; notas, & nomina mandat.

Sibyllina oracula foliis dabantur.

Quæcunq; in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verùm eadem verso tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbavit janua frondes,
Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo,
Nec revocare situs, aut jungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq; odêre Sibyllæ.

Donatus locum hunc interpretatur: *Morem*, inquit, *Sibyllæ dixit Poëta, & quo in loco sit; & quo ordine singulorum desideriis respondeat. Sumit*, inquit, *folia, & iis responsa conscribit, ordinat & dimittit. Veniunt homines, considerant folia, & futura cognoscunt. Sed hoc habet mos contrarium: quippe si ventus impulerit fores, & ordinationem foliorum turbaverit: pereunt consulta, & dubii remeant, qui instructi fuerant redituri.*

Ad hunc locum alludit *Juvenalis, Satyra* 8.

Quod modò proposui, non est sententia: verum est.
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

De eadem Spelunca *Vergilius* 6. *Æneidos ita loquitur.*

At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ
Antrum immane petit; magnam cui mentem animumq;
Delius inspirat vates, aperitq; futura: Et paulò post:
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cùm Virgo, Poscere fata
Tempus, ait. Deus ecce Deus. Cui talia fanti
Ante fores subitò non vultus, non color unus,
Non compta mansere comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorq; videri,
Nec mortale sonans, afflata est Numine quando.
Jam propiore Dei. Et paulò post subjicit:

Talibus

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris vera involvens. Ea frænafurenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

Ovidius 14. *Metamorphosis* hoc antrum ita describit:

Littora Cumarum, vivacisq; antra Sibyllæ
Intrat: & ut Manes adeat per Averna paternos
Orat: at illa diu vultum tellure moratum
Erexit; tandemq; DEO furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime: Et iterum:
Respicit hinc vates, & suspiratibus haustis
Nec Dea sum, dixit; nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput: neu nescius erres:
Lux æterna mihi, carituraq; fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo placuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere dictis
Me cupit, Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulveris hausti,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit, ut peterem juvenes quoq; protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamq; juventam,
Si Venerem paterer. Contempto numine Phœbi
Innuba permaneo. Sed jam felicior ætas
Terga dedit, tremulogq; gradu venit ægra senectus;
Quæ patienda diu est. Nam jam mihi sæcula septem
Acta vides; superest numeros, ut pulveris æquem,
Ter centum messes, ter centum musta videre.
Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam
Longa dies faciet, consumptaq; membra senecta
Ad minimum redigentur onus: nec amata videbor,
Nec placuisse Deo. Phœbus quoq; forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.
Usq; adeo mutata ferar, nulliq; videnda:
Voce tamen noscar; vocem mihi Fata relinquent.

Servius hanc historiam breviter perstringit, super 6. *Æneidos*: ubi *Vergilius* ait, *Longæva Sacerdos*: de hac Cumæa Phœbade intelligens. *Hanc Apollo*, inquit Servius, *pio amore dilexit, & ei obtulit quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus; & longam vitam popposcit: Cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythram insulam, in qua habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit. Quod cùm cives ejus cognovissent, sive invidia, sive miseratione commoti, ei Epistolam miserunt creta antiquo more signatam: quâ visâ terrâ (nam erat de ejus insula,) in mortem resoluta est.* Erythræa Phœbas venit Cumas

Agathias lib. 1. *Spelunca erat*, ait, *utrinque patentior, & profunda, penitissimisq;, & amplissimis penetralibus, voraginibusq; immensis in abruptum descenderat. Hanc ferunt Sibyllam Italicensem illam, & magnam incoluisse, quæ Phœbo capta, & Spiritu divino instincta petentibus futura prædiceret. Si quidem Æneæ Anchisæ filio tradunt se adeunti omnia prædixisse, quæ illi essent in posterum occursura:* Et *in lib. de origine urbis Romæ*; ait: *Addunt præterea quidam Æneam in eo littore Euxini cujusdam comitis matrem ultimo ætatis affectam circa stagnum, quod est inter Misenum Avernumq; extulisse: atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinus sinus dicitur. Cumq; comperisset ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in oppido quod vocatur Cimbarionis, venisse eò scisci-* Prochytæ sepultura.

tatum de ſtatu fortunarum ſuarum: aditiſq; fatis vetitum, ne is cognitam in Italia ſepeliret Prochytam cognatione ſibi conjunctam, quam incolumem reliquerat: Et poſtquam ad claſſem rediit, reperitq; mortuam, in inſula proxima ſepeliſſe, quæ nunc quoq; eodem eſt nomine dicta: ut ſcribunt Vulcatius & Acilius Piſo.

Ad hanc referri debet illa *Vergilii* Ecloga, quam *Pollioni* tribuit: de qua *P. Ramus* in ſuis prælectionibus ita ſcribit: *In hac quarta Ecloga Poëta* γενεθλιακὸν *Salonini deſcribit, quem ſic Pollio filium, Salonis in Dalmatia victis, ſuum cognominavit: permultaq; ipſius ortui tribuit, quæ Chriſto à Sibyllinis dicuntur attributa. Quæ ſunt etiam ita à Chriſtianis probata, ut Græci hanc Eclogam Græcè converterint. Et Divus Hieronymus ad Paulinum affirmet Maronem ſine Chriſto Chriſtianum fuiſſe. Divusq; Auguſtinus ſentiat Spiritum Sanctum per os inimicorum loquutum. Satis etiam conſtat Secundianum Pictorem, & Marcellianum oratorem, hujus Eclogæ verſibus conſideratis Chriſtianos factos eſſe.* Ejus principium tale eſt:

Eclogæ Vergilii quartæ.

Sicelides Muſæ, paulò majora canamus, &c.
Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies cœlo demittitur alto. Et poſtea;
Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras. Et iterùm:
At tibi prima, puer, nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho. Iterúmq;
Et tibi ſincero, puer, ubera lacte graveſcent;
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos reddent cunabula flores:
Occidet & ſerpens: & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
Molli paulatim flaveſcet campus ariſtâ:
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus uva:
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella: Et quæ ſequuntur.

Totam hanc Eclogam recitat *Euſebius*, & interpretatur, oſtendens Vergilium animadvertiſſe ex Sibyllæ oraculis, quæ legerat, vicinum eſſe tempus adventus CHRISTI, qui ex virgine natus ſecundùm carnem aureum ſæculum reduceret, in mentibus nempe piorum: qui per Chriſtum Servatorem expiati ab omni peccato vitam æternam poſſiderent.

De hujus Phœbadis nomine plurimùm diſcrepant inter ſe ſcriptores. *Pauſanias* illam vocat *Demo:* alii *Amaltheam. Suidas Eriphilen.* Alii *Phemonoën, Vergilius Deiphobem* Glauci filiam, qui & ipſe clarus fuit vaticiniis & divinatione; *Ariſtoteles Melanchrenam* cognominat.

De tempore quoque, quo floruerit, non minor eſt diverſitas. Quidam hanc fuiſſe aſſerunt, quæ Tarquinio libros fatales vendidit. Ut affirmat *Lactantius lib. de ira Dei, cap.* 23. ubi inquit: *Cumææ quidem volumina, quibus Romanorum fata conſcripta ſunt, in arcanis continentur. Cæterarum ferè omnium libelli quo minùs in uſu ſunt omnium, non vetantur.* Et *lib.* 1. *de falſa religione*, inquit, *Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præterquam Cumææ: cujus libri occulantur: nec eos ab ullo, niſi à quindecim viris, inſpici fas eſt. Nævius*, qui primo bello Punico cum reliquis ſtipendia fecit, & id carmine deſcripſit, de ea quædam ſcripta reliquit: Quòd ſi verum ſit eam eſſe quæ detulerit ad Tarquinium Romanorum regem fatidicos libros, ſive Priſcus fuerit, ſive Superbus, non potuit tamen ea eſſe ad

quam

quam Vergilius, & Ovidius, aliíq; teſtantur Æneam veniſſe: cùm certum ſit inter Æneam, & Tarquinios interceſſiſſe pluſquam ſexentos annos.

Sibyllæ Cumanæ tribuitur oraculum de uno vero & ſolo DEO conditore, & conſervatore totius mundi: quod continetur ſtatim à principio 4. *libri Sibyllinorum verſuum*; ubi ſcriptum eſt:

Oraculum de uno & ſolo Deo.

Κλύε λεὼς Ἀζίης μεγαλαύχεο, Εὐρώπης τε
Ὅσσα μελιφθέγκτοιο λάβῃ σὺν μαλθακῷ Μεγάλοιο
Μέλλω ἀφ' ἡμετέρης παναληθέα μαντεύεσθαι.
Οὐ ψευδῆ Φοίβης χρησμήτορος, ὄντε μάταιοι
Ἄνθρωποι Θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ Μαύτιν.
Ἀλλὰ Θεῆς μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὁμοῖον: *& paulò pòſt:*
Ἀλλ' οὐν ἰδεῖν σάρκες ἔασιν ὑπὸ χθονὸς οὐδὲ μετρῆσαι,
Ὀμμασιν ἐν θνητοῖσι, χερὶ δ' οὐκ ἔπλασε θνητῶν.
Ὃς καθορῶν ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται.

Audi gens Aſiæ, nimis Europæq; ſuperba,
Hæc quæ melliſono veriſſima vaticinari
Ore paro: noſtro dictata à Numine Magno,
Non oracla quidem dantis mendacia Phœbi,
Quem dixere Deum, quem falſo nomine vatis
Vani appellarunt homines. Sed Numine Magni
Flante Dei, quem non hominum manus ulla dolavit
Mutis aſſimilem ſignis, ſaxoq; politis: Et iterùm.
Sed quem de terra mortali lumine non eſt
Cernere, metiriq; manu, neq; fingere tactum:
Omnes qui cernens, à nullo cernitur ipſe.

Multa præterea ſequuntur ad DEI ſummi potentiam, & deſcriptionem pertinentia: quæ lector conſulere poteſt *lib.* 4. ſuperiùs citato.

Illa eadem *lib.* 8. CHRISTUM dixit Patri ſummo DEO æqualem, per quem omnia quæ in mundo ſunt creata videntur:

Chriſtus verus Dei filius.

Ὅσσα παρ' αὐτῷ ζοὶ δοκέῃ, πλήσειν τ' ἐπενεύσῃς
Σῷ παιδὶ σὺν κλίσεως πάσης ἑτέροις ἰσίοισι πεφυκὼς
Σιγέλῳ, πλάσης μερόπων, κρίτης τε βίοιο.
Ὃ πρώτῃ σὺν μαλθακῷ γλυκερῇ προσφθέγξατο φωνῇ,
Ποιήσομεν ἴδιον πανομοίιον ἀνέρα μορφῇ
Ἡμετέρῃ, ᾗ δῶμεν ἔχειν ζωαρκέα πνοιλώ.

Quæ tibi, quæq; tuo Nato annuis ipſe patranda,
Qui tibi & unanimis, & par res ante creatas,
Humanæ judex vitæ, ſociuſq; Creator.
Ad quem oris prima tu dulci voce locutus,
Condamus hominem proprium, noſtræq; figura
Perſimilem, atq; auram vitalem demus habere.

Et paulò poſt illum clarè aſſeverat naſci debere ex virgine Maria:

Chriſtus ex virgine natus.

Ἰσαΐοις τε χρόνοις χθόνα ἡμείξατο *
Καὶ βεβαχὺς ἐλθὼν Παρθένου ἐκ Μαείας λαγόνων τε
Ἐξανέτειλε νεὸν φῶς *
Ὑψανόθεν ᾗ μολών, βροτέῳ ἐνεδύσατο μορφῇ.

Temporibusq; petet postremis terram *
Et brevis egressus Mariæ de virginis alvo
Exorta est nova lux. *
E cælo veniens mortales induit artus. Et paulò post:

Σαρκωθὲν ἦ χρόνῳ, καὶ γαστέρι ζωογονηθὲν
Ἐπλάσθη βροτέῃ ἰδέῃ, καὶ κῆρ ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. Τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσι:
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα Θεῷ Πατρὶ, καὶ Θεῷ Υἱῷ.
Τικτόμενον ἦ βρέφος, ποτὶ δ' ἔφθατο γηθοσύνη χθών;
Οὐρανὸς δ' ἐγέλασε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.

Verbumq; volavit in alvum
Idq; suo factum est animatum tempore corpus
Mortali facie: cretum est. Puer inde creatus
Virgineo partu. Mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo Patri, Natoq; stupenda.
Hoc puero nato properavit gaudia tellus:
Cælestis risit sedes, & gestiit orbis.

Et statim adjungit, Filium illum Dei omnipotentis recenter natum fuisse à Magis adoratum, qui ab oriente longis venientes viis Christo obtulerunt aurum, thus, & myrrham. Deducti in Bethlehem ductu cœlestis stellæ, quam secuti sunt. Et in ejus nativitate pastoribus nova gaudia cœlitùs nunciata:

Magi adorant Christum.

Καινοφανὴς ἦ Μάγοισι σεβάσθη ἀστὴρ
Σπαργανοθὲν ἦ βρέφος δείχθη Θεοπεύθεσι φάτνῃ
Καὶ λόγῳ ἡ Βεθλεὲμ πατρὶς Θεόκλητος ἐλέχθη.
Βουκόλοις τε καὶ αἰγονόμοις, ἦ ποιμέσιν ἀρνῶν.

Divinam Magi stellam coluere recentem,
Monstratusq; Dei præcepta sequentibus infans
Est in præsepi, quem fascia circuit, estq;
Dicta a Logi Bethlem divino patria nutu,
Caprarum atq; ovium custodibus atq; bubulcis.

Eodem libro admonet homines ad resipiscentiam, & viam rectam: ut cùm piè & religiosè vixerint, vitam æternam possideant:

Σπεῖρον ἐὼ δύσεβίη, ἵνα σοὶ κύριος τάδε δώσῃ,
Καρπὸς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις.
Καὶ ζωλὼ ἀμάρτυντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξῃ.
Χωνεύσει γὰρ, καὶ πάντ' εἰς καθαρὸν ἀφανίξει.
Οὐρανὸν εἰλίξει, γαίης κόσμους ἀνύσει.
Καὶ τότ' ἀναστήσει νέκυας, Μοῖραν καταλύσας,
Καὶ θανάτῳ κέντρον, ἦ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξει:
Κρίνων δυσεβέων ἦ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

Judicium de piis & impiis.

Sparge piè semen: Dominus tibi donet ut ista,
Æternos fructus, æternum lumen habebis.
Vitam incorruptam, cùm cunctos arguet igne,
Omnia nam purgans molem convertet in unam:
Cælum convolvet, telluris operta recludet:
Manes in vitam, fatorum lege solutâ,
Et Lethi stimulis, ad judicium q; vocabit;
Judicet ut tandem mores pravosq; piosq;.

Cumanorum excidium videtur prædixisse: ut legitur *lib.* 5.

Κύμη δ' ἡ μωρὲ, σὺ ναύμαχοι πῆς Θεοπνεύστοις
Ἐν παλάμαισι Θεῶν, ἀνδρῶν ἀδίκων ἦ ἀθέσμων,
Ῥιψεῖσ' οὐκέτι τὸ ζὸν ἐν αἰθέρα ἅρμα πορδώσει.
Ἀλλὰ μολυεῖ νεκρὸς ἐν ναύμαχοι κυμαίοισι.

Καὶ

Καὶ τότ' ἀνέξει ὁμῶ κακότητα μθύοντες
Ἐιδήζη σημεῖον ἔχων, ἀνθ' ὧν ἐμόγησε.
Κυμαῖν δ' δῆμ@ χαλεπὸς, & φῦλον ἀηδὲς.
Cuma autem demens, cùm tactis numine lymphis
In manibus Divûm, ſceleratorumq; virorum
Dejecta, haud tantùm ſaltabit in æthera deinceps.
Verùm in Cumæis remanebit mortua lymphis.
Tunc adverſa ſimul degentes perpetientur.
Scies ſignum habens, quia labores toleraſti.
Nam genus inviſum Cumanum, gensq; proterva eſt.

Prædixit hæc Sibylla, ſicut & aliæ omnes, multarum regionum, & urbium fatales exitus, quæ omnia lector conſulere poterit in libris Oraculorum: ea autem nos conſultò omittimus brevitati ſtudentes, cùm eadem ex auctoribus cognoſci poſſint, & judicari. Tantùm hoc ſciendum eſt, Romanos huic Sibyllæ, omnesque Italos plurimùm tribuiſſe: ſive quòd illa credita ſit nata Cumis in Campania, ſive quòd libri fata Romanæ urbis continentes ab ea ſcripti dicantur, & Tarquinio regi venditi. Sed nos ex aliorum opinione paulò poſt oſtendemus illos ad Cumanam referri debere: quamvis in hac re certi aliquid ſtatuere non poſſimus: cum auctores antiqui nomina omnium Sibyllarum confundant, patriamq;, & tempus quo floruerint non ſatis accuratè diſtinguant: imò & cùm vel plures vel pauciores fuiſſe admittant, neq; in hoc pauciore numero ſcripta ab invicem diſcernant, quæ unicuiq; propria credi debent, ſed confusè omnia proponant.

Liber regius antiquus hanc prophetiam de CHRISTO Cumææ Sibillæ adſignat.

A teneris annis facie præſignis, honore
Militiæ æternæ regem ſacra virgo cibabit
Lacte ſuo: per quem gaudebunt pectore ſummo
Omnia, & immenſo fulgebit ſidus in orbe
Mirificum. Sua dona Magi cum laude ferentes,
Objicient Puero myrrham, aurum, thura Sabæa.

De ea *Arias Montanus:*

Virgo ſancta olim, cunctis & clarior aſtris
Mirando infantem ſanguine concipiet.
Suffecto è cœlis hunc nutriet alma liquore
Uberibus propriis, lacteq; virgineo.

Ex *Ruilio:*

Virgo formoſa lacte ſuo nutriet filium è cœlo miſſum.

Ex *Senenſibus* inſcriptionibus.

Mortis Fatum finiet trium dierum ſomno ſuſcepto. Tunc à mortuis regreſſus in lucem veniet primus reſurrectionis initium oſtendens.

Ex *Garſone:*

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipſis
In terris ſimilis Natus Patris Omnipotentis
Corpore veſtitus.

Hujus ſepulchrum *Solinus* dicit oſtendi in Italia, & illam reddidiſſe reſponſa Cumis ad lacum Avernum.

Ex *Lælii Cleopaſſi Hydruntini* poëmatibus:

Numinibus vanis divinos reddere honores
Deſine, homo: æterno ſubjice colla Deo.
Natum ejus venerare. Illo tu vindice ſalvus
Iram cæleſtis Numinis effugies.
Juſticia illius juſtus ſtatuére: nec unquam
Cocyti ſies præda cremanda rogi.

CUMANA SIBYLLA.

IN HAC Phœbade non minor difficultas, & obscuritas sese offert, quàm in præcedentibus. Quidam illam asserunt eandem fuisse cum Cumæa, cum Phrygia, & Erythræa: sed diversa sortitam nomina diversis à locis, ubi oracula reddidit. *M. Terentius Varro*, qui libro rerum divinarum decem Sibyllas enumerat, Cumanam à Cumæa distinguit. Alii ejus auctoritatem secuti, dicunt hanc appellatam esse à *Cumis* urbe Locrensis agri, quæ fuit in Ionia Asiæ minoris, inter urbes olim florentissima, unde natus fuit *Ephorus* Isocratis discipulus. In ea urbe Apollo templum habuit religione, & oraculis clarissimum: cujus statuam diebus quatuor flevisse legimus; dum adversus Achaicos, regemq; Aristonicum à Romanis acerrimè pugnaretur. Vocata est ea urbs antiquitùs *à Cyme* Amazone: sitaq; est è regione Lesbi Insulæ: cujus incolæ, sicut & Lesbii, apud Græcos stupiditatis per jocum semper notati sunt. Fuit tamen omnium Ionicarum Urbium maxima, & Metropolis: In ea vaticinata est hæc Cumana Sibylla: quæ

Cumæ Locrenses unde nominatæ.

postea

poſtea in Italiam navigio perducta, *Cumas* Opicas, ubi tripodem Apollini ſacrum eſſe audivit, petivit, & ibi oracula reddidit. Multa vaticinata eſt de Romanorum potentia, & imperio futuro, quæ ſcriptis quoque mandavit. *Amaltheam* illam cognominaverunt Itali, alii *Demophilen*, vel *Herophilen*: *Suidas Hierophilem* vocat. *Solinus Polyhiſt. cap.* 7. dicit illam floruiſſe Olympiade 50. Ejuſq; ſepulchrum ſua ætate adhuc ſuperſtes fuiſſe in Sicilia ad Lilybæum promontorium. Sed *Euſebius*, *Samiam* patria fuiſſe ſcripſit Herophilen nomine: ac floruiſſe tempore Numæ Pompilii regis Romanorum. Ea creditur fuiſſe, quæ Tarquinio regi vendidit libros: licèt ejus nomen apud auctores non exprimatur: Nemo tamen unquam dubitavit, quin libri hi fatales ſcripti, & venditi fuerint à Sibyllarum una, ſive Tarquinio Priſco, ſive Superbo traditi ſint, nam & in eo variant ſcriptores: de hac *M. Varro*, *Solinus*, *Plinius*, *Dionyſius Halicarn.* *Aul. Gellius*, *Servius*, & *Suidas* mentionem faciunt his ferè verbis:

Anus hoſpita atq; incognita, quæ poſtea conſtanti omnium opinione Sibylla « Cumana credita fuit, nomine Amalthea, Tarquinium Superbum Romanorum « regem adiit, novem libros ferens, quos Sibyllinis Oraculis plenos eſſe affirmabat, « eosq; velle ſe venundare dixit. Tarquinius precium percunctatus; mulier trecen- « tos Philippicos popoſcit. Rex autem quaſi anus ætate deſiperet, irriſit, aſperna- *Libri fatales Romanorum Tarquinio venditi.* tusq; eſt libros, ob precii magnitudinem. Tunc illa foculo coram rege accenſo, tres libros ex novem combuſſit. (Dionyſius ſcribit illam ſeceſſiſſe à Regis conſpectu, & libros igni tradidiſſe) reverſaq; nunquid reliquos ſex libros eodem precio emere vellet regem interrogavit. Tarquinius autem multò magis irriſit aniculæ dementiam, eamq; delirare reſpondit, quòd idem precium peteret de paucioribus, « quod nec de pluribus accipere potuiſſet. Tunc mulier iterùm ſecedens, alios tres « exuſſit: reverſaq; denuò, illum placidè interrogavit, an tres reliquos eodem precio « vellet emere. Rex mulieris conſtantia motus, ejus confidentiam minimè aſpernandam ratus eſt: Quare Sacerdotibus & Auguribus accerſitis rem geſtam ordine « narravit, atq; quid agendum eſſet popoſcit. Illi autem ex quibuſdam ſignis intelligentes rem neceſſariam, & à Diis in urbis ſalutem miſſam, Regi librorum illa rejectione magnam jacturam factam eſſe demonſtrantes, quòd non omnes emiſſet, « eum, ut reliquos emeret hortati ſunt, dato precio quod anus illa poſcebat. Quare « Rex libros tres reliquos Sibyllinorum Oraculorum plenos mercatus eſt, nihilo « minore precio, quàm quod propoſitum fuerat antea pro omnibus. Mulier acceptâ « pecunia libros Regi tradidit, quorum curam diligentem adhibendam præmonuit: « diſcedénsq; non ampliùs inter vivos viſa eſt. Quamobrem jam tum credi cœptum « eſt, eam Sibyllam fuiſſe Cumanam: *Cui*, quemadmodum Poëta ait, *magnam mentem animumq; Delius inſpiraſſet vates.* *Lactantius lib.* 1. ex Varrone ſcribit, libros hos « venditos fuiſſe non Tarquinio Superbo, ſed Priſco: quod etiam aſſerit *Suidas*. Priſcus enim vixit Olympiade quinquageſima, ut refert *Solinus*: quo tempore quoq; « Cumanam floruiſſe aſſerit. *Plinius lib.* 13. *cap.* 13. ſcribit tres tantùm fuiſſe libros, & « duobus combuſtis, unum reſervatum, & à Tarquinio emptum, quo Romanæ urbis fata continebantur. «

Hi libri à Tarquinio empti in ſacrario templi Jovis optimi Maximi, in Capitolio, arca lapidea clauſi ſub terra diligenti curâ cuſtoditi ſunt poſtea; & *libri Sibyllini* vocati: Quorum cuſtodia *Duumviris* primò ex ordine Patricio commiſſa eſt. Deinde *Decemviris*, quorum quinque Patricii, & quinque ex plebe deligebantur: Poſtremò *Quindecimviri* ſacris faciundis electi ſunt: aucto eorum numero. Tarquinius igitur qui libros emerat, eos Duumvirûm cuſtodiæ commiſit: quorum alterum M. Attilium (quòd libros tranſcribendos Petronio Sabino tradidiſſet,) culeo inſutum in mare conjici præcepit: quod parricidarum erat ſupplicium. Duumvirûm munus hoc fuit, ſacros libros cuſtodire ſummâ fide: eos non niſi Senatûs auctoritate quoties opus eſſet adire, legere, inter- *Duumviri, X viri & XV viri ſacris faciundis.* *Attilius II vir culeo inſutus.* *I virûm munus.*

" interpretari, & quæ juberent, ut perficerentur, curare. Apollinis, sacrarumque
" ceremoniarum antistites esse: & quoties famem, pestilentiam, bella civilia, vel ex-
" terna urbem vexare contigisset, vel prodigia aliqua nunciata essent apparuisse, eo-
" rum omnium malorum ex his oraculis remedia invenire, lectisterniis ad Deorum
" pulvinaria factis Deûm iram placare, prospera omnia precari, adversa, ut tolle-
" rentur rogare. Et postremò Deos omnes iratos sacrificiis factis mitigare.
"

De his *Dionysius Halicarnassæus lib.* 4. ita scribit: *Post ejectionem autem regum assumens civitas Oraculorum patrocinium, viros etiam illustrissimos custodes eis designavit, qui per omnem vitam eam curam haberent, à militiâ, & aliis Urbanis muneribus immunes: publicèq; apud eos libros deposuit: sine quibus non permisit oracula aspici Sibyllina. Hi servos de publico sumptu habebant. Romani autem nihil ita custodiunt, neq; sanctum neq; sacrum, quemadmodum Sibyllina divinitùs oracula missa. Ea autem adeunt ex S. C. seditione civitatem tenente, aut calamitate aliqua magna, bello incidente, aut prodigiis aliquibus apparentibus, qualia sæpè evenire solent.*

X. viri sacri. Duumvirorum numerus duravit usque ad annum Urbis CCCXXCVIII. quando plebs de suo ordine Consules creari petivit; & Oraculorum Custodes etiã ex plebe fieri voluit: tunc primùm X. viri creati sunt, lege latâ à C. Licinio, & L. Sextio Tribunis Plebis: Legéq; cautum est, ut ex plebe pars, & pars alia ex Patribus fieret. Isq; numerus permansit usque ad L. Syllę Felicis Dictaturam, qui numerum auxit, & XV. viros creavit. *XV. viri.* Paulò autem ante Syllę tempora Capitolium arsit L. Scipione & L. Norbano Cos. Anno Urbis DCLXXI. quo tempore fuerunt adhuc X. viri sacr. faciund. ut testatur *Dionys. lib.* 14.

Servius in Vergilii versum: *Lectosque sacrabo Alma viros*, ita scribit: *Primò fuerunt duo librorum Sibyllinorum custodes, inde decem, inde quindecim usq; ad tempora Syllana. Postea crevit numerus usque ad sexaginta: sed remansit XV. virûm vocabulum. Et hic ordo duravit usque ad Theodosium juniorem.* *Libri Sibyllini cremati.* *At hi libri Sibyllini integri servati sunt usque ad Olympiadem CLXXII. nempe usque ad belli Marsici, sive socialis tempus, Cn. Norbano, & P. Scipione Coss. quando vel aliquorum insidiis, vel fortuitò crematum est Capitolium; simúlque & hæc Oracula igne consumpta sunt. Paulo autem post Capitolio à L. Sylla restituto, à Q. Catulo templum Jovis Capitolini dedicatum est,* (ut Feneſtella docet lib. de XV. viris,) *Tunc C. Scribonius Curio, & Cn. Octavius Coss. ad Senatum retulerunt, ut Legati Erythras, & ad cætera Italiæ, Græciæ, Asiæq; oppida mitterentur, qui Sibyllarum carmina undique conquisita transcriberent, & Romam reportarent; maximè Erythrææ, quæ cæteris nobilior, & excellentior habebatur. Itaq; missi sunt P. Gabinius, M. Otacilius Crassus, & L. Valerius Flaccus in Asiam ad Attalum regem Pergami, cujus favore, & auxilio ex Asiæ urbibus, potissimùm ex Erythris circa mille versus à privatis descriptos exceperunt, Romamq; cum cujusq; Sibyllæ nomine reportarunt.* *Legati in Asiam missi.* *Quæ cùm à viris literarum Græcarum rudibus descripta essent, multa in iis superflua, multa mutila, & inusitata, depravataq; invenirentur; ut eorum lectio correctior esset, scripta illa tradita sunt XV. viris, quorum censurâ & judicio versus illi emendarentur: quod ab eis accuratissimè perfectum est. Et quamvis plurium Sibyllarum adportata essent Oracula, uniùs tamen Cumanæ vel Cumææ nomine appellata sunt.* Ut docet *Dionysius lib.* 4. Et *Lactantius lib.* 1. *Tacitus* idem confirmat his verbis: *Cùm eo tempore multa vana carmina Sibyllarum nomine circumferrentur, Tiberius jussit Samo, Erythris, Ilio, Africa & ex omnibus Italiæ coloniis conquisita carmina intra certum diem ad Præfectum Urbi L. Pisonem adferri, & judicium censuramq; XV. virorum adhiberi, ne haberi privatim liceret; quod jam à Majoribus cautum erat.*

Hi libri permanserunt Romæ sacrosancti usq; ad Honorii, & Theodosii junioris Imperatorum tempus: quando Fl. Stilico Honorii socer, ab Imperatore defectionem parans, ut filio Eucherio Principatum adstrueret, concitaturus in generum seditionem civium, libros hos cremavit: cujus rei meminit *Rutilius Claudius Numatianus*, dum ait, de Stilicone loquens.

Ne tantùm Geticis sæviret proditor armis,
Sancta Sibyllinæ fata cremavit opis.

XV. viri sublati à Theodosio.

Tunc absumptis Sibyllinis oraculis, *Theodosius* cùm reliquis gentilibus superstitionibus; & sacerdotiis, XV. virorum quoq; collegium, & sacerdotium sustulit.

De X. viris ita *Cicero* scribit: *Quoties Senatus Decemviros ad libros ire jussit? Nam cùm duo visi soles essent, & cùm tres Lunæ, & cùm faces, & cùm sol noctu visus esset, & cùm ex cælo fremitus auditus, & cùm cælum discessisse visum est, atque in eo animadversi globi, delata etiam ad Senatum Labes agri Privernatis, cùm ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuleja q; maximus terræmotibus conquassata esset; quibus portentis magna populo Romano bella, pernicioseq; seditiones denunciabantur: inq; his omnibus, responsa Aruspicum cùm Sibyllæ versibus congruebant:* & paulò post: idem *Cicero* ait: *Quamobrem Sibyllam quidem sepositam habeamus & conditam, ut id quod proditum est Majoribus, injussu Senatûs ne legantur quidem libri: valeantq; ad deponendas potiùs, quàm ad suscipiendas religiones. Cum Antistitibus agamus, ut quidvis potiùs ex illis libris quàm regem proferant, quem Romæ posthac nec Dii nec homines esse patientur.*

Hæc igitur Sibylla sive fuerit Cumæa, sive Erythræa, quæ ex Asia venerit Cumas in Italiam; habitasse tamen creditur in eâ vastâ spelunca, quæ & hodie quoq; super lacu Averno prope Bajas ostenditur. De qua superiùs ostendimus *Aristotelem*, ac *Justinum* fuisse locutos: De ea *Agathias lib. 1. belli Gotthici* scribit: Dicitque *Narsetem Justiniani Imperatoris Legatum, dum Cumas obsideret, prope Puteolos reperisse speluncam vastam, & profundam, in qua hæc Sibylla olim reddiderat oracula, per quam ductis sub terra cuniculis Cumas ingressus est: quæ numeroso Gothorum præsidio defendebantur.*

Cumæ à Narsete captæ.

At cùm omnium Sibyllarum carmina de diversarum nationum fatis canerent; in iis etiam de uno DEO, & solo Conditore rerum omnium colendo, déq; CHRISTO Servatore multa scripta fuisse manifestum est: in hujus potissimùm responsis: quæ si ea fuerit, quæ libros Tarquinio vendidit, vixit Anno Mundi 3349. ante Christum 613. Ea de CHRISTO hoc prædixisse fertur, quod *lib. 7. oraculorum* legitur:

Τλήμων οὐκ ἔγνως τὸν ζὸν Θεόν, ὃν ποθ' ἕλκυσεν
Ἰορδάνῃ ἐν τριτάτοισι, καὶ † ἔπαπτε πνεῦμα πολλῷ
Ὃς πρὶν καὶ γαίης τε καὶ ἀστερόεντος
Αὐθέντης γένετο λόγῳ Πατρὸς πνεύματι θ' ἁγνῷ.
Σάρκα τε δυσάμενος ταχὺς ἵπταται Πατρὸς ἐς οἶκους.

Christus verbum Patris.

Non nosti miseranda tuum, quem proluit olim
*In Jordane Deum, † & volitabit Spiritus.**
Qui prius & terrâ fuit, & stellantibus oris
Factus voce Patris Princeps, & Flamine Sancto:
Corpus & indutus celer in Patris evolat ædes.

De ea paulò antea dixerat *eodem libro.*

Καώσει σε καμάτοισι.
Αὐτὸς ὁ γενηθεὶς ὁ μέγας Θεὸς.

Æstuq; cremabit
Te ipse Deus magnus genitus. Et paulò post:

Ἔσται γὰρ ποτε κοινὸς Ἄναξ χρόνος ἐνθάδε φῶτες
Ἐξιλάσκοντο Θεόν.

Nam communis erit rex olim tempus, ibiq;
Placabunt homines Numen. Et iterùm:

Τῷ γὰρ τ' αὐτὸς ἔδωκε Θεὸς θρόνον ἐγγυαλίξας
Οἱ δὲ Διαγγελτῆρες ὑπαὶ πόσι κοιμήσονται.

Conciliavit enim ſolium Deus ipſe, deditq;
Ipſi: ſub pedibus verò Genii dormibunt.

Miracula quoq; CHRISTI his annunciavit verbis:

Λείψει δ' ἄστρα πόλον, πολλῇ ἢ τε λαίλαπι θύων
Γαῖαν ἐρημώσει: νεκρῶν ἢ ἀνάστασις ἔσται:
Χωλῶν ἢ δρόμος ὠκύς ἔσται, κ) κωφὸς ἀκούσει.
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' ἃ λαλέοντες.
Καὶ κοινὸς πανέσσι βίος, κ) πλοῦτος ἐσεῖται.

Chriſti miracula.

Sidera deficient cœlum, multaq; procella
Terram vaſtabit: ſublati morte reſurgent.
Curſus erit rapidus claudis; ſurduſq; loquentem
Audiet, & cæci cernent; mutiq; loquentur,
Et communis erit vita omnibus atque bonorum Copia.

Et ſtatim ſubjicit de beatitudine, & felicitate, quæ per CHRISTUM Filium DEI piis & electis adquiretur:

Piorum felicitas.

Γαῖα δ' ἴσοι πάντων: ἃ τείχεσι, ἃ περιφράγμοῖς,
Οὐδὲ μεριζομένη καρποὺς τότε πλείονας ἴσει,
Πηγὰς ἢ γλυκερῷ οἴνῳ, λευκῷ τε γάλακτος,
Καὶ μέλιτος δώσει.

Terraq; par cunctis, ſine muro & ſæpibus ullis
Nec diviſa quidem fruges feret uberiores:
Et dulci vino fontes, alboq; ſcatentes,
Lacte & melle dabit.

Eadem ferè *Vergilius* ex Cumææ verbis refert in *Ecloga* 4. *Pollionis* ſuperiùs citata:

Molli paulatim flaveſcet campus ariſta:
Incultisq; rubens pendebit ſentibus uva:
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Prædixit hæc Sibylla reſurrectionem CHRISTI:

Chriſti reſurrectio.

Ἥξει δ' εἰς Ἀΐδαο ἀγγέλων ἐλπίδα πᾶσι
Καὶ θανάτῳ μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας.
Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει,
Πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

Devenietq;, bonam ſpem portans omnibus, Orcum.
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.
Tum demùm linquet Manes, lucemq; reviſet,
Primæ reſurgendi Lectis veſtigia monſtrans.

De JESU CHRISTI reſurrectione ita loquitur *David Pſalm.* 16. *Non derelinques animam meam apud Inferos: nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Et *Oſeas Propheta: Hic Filius meus eſt ſapiens, propter quod nunc non reſiſtet in tribulatione filiorum ſuorum; & de manu Inferorum eruam eum. Ubi eſt judicium tuum, Mors? aut ubi eſt aculeus tuus?* Et ipſe SERVATOR de ſe inquit: *Si ſolveritis hoc templum, ego illud triduo ſine manibus reſtaurabo. De ſuo corpore intelligens, cùm Judæi putarent illum loqui de Templo Hieroſolymitano, quod quadraginta annis fuerat ædificatum ab Judæis Babylone reverſis.*

Finem ſæculorum prædixit hęc Sibylla:

Mundi finis.

Χηρώσει τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο
Καὶ πόλος ἠερίος, κ) νὺξ, καὶ ἤματα πάντα

Εἷς ἐν

Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι, καὶ εἰς μορφὼ πανέρημον:
Ἄσρα γὰρ ἀρχανθὲν φωσήρων πάντα πεζεῖ.

Tempore torpebunt vidua omnia ſemina mundi
Aër, terra, ſalum, lux ignis fervida, cœli
Cardo, dies, noctes, conſident omnia in ignes.
Et fiet ſpecies quàm deſertiſſima rerum.
Omnia namq; cadent lucentia ſidera cœlo.

Multa præterea ſequuntur, quæ ad hanc deſcriptionem interitûs mundi pertinent: ea Lector videre poterit *lib.* 8.

Stratonicus Epiſcopus Cumanus hujus Sibyllæ meminit: cui hos verſus tribuit:

Cùm Deus ex alto Regem demittet Olympo,
Tunc terra omniparens fruges mortalibus ægris
Reddet inexhauſtas frumenti, vini, oleiq;.
Dulcia tunc mellis diffundent pocula cœli:
Et niveo latices erumpent lacte ſuaves.

Ammianus Marcellinus ſcribit libros hujus Sibyllæ Cumanæ, vel Cumææ, qui adhuc inventi fuerant eo tempore, crematos fuiſſe à Juliano Imperatore, juxta Ennam Siciliæ Urbem.

Illa prædixiſſe fertur Imperio Romano ſubditos fore totius mundi populos. Carthaginemq; ſubactum iri Romanorum viribus.

Οὐτε Μακηδονίης αἰεὶ κρατὸς, ἀλλ' ὅπο δυζμῶν
Ἰταλὸς ἀνθήσει πόλεμος μέγας, ᾧ ὑπὸ κόζμος
Λατζάσι δέλειον ἔχων ζυγὸν Ἰταλίδησι
Καρχηδὼν ἡ ζεῖο χαμαὶ πᾶς πῦργος ἐρείσει.

Nec ſemper Macedo dominabitur: Occiduum ſed
Surget ab Italia bellum, cum ſubditus orbis
Subdet colla, jugis Italis ſervire coactus:
Procumbentq; tuæ, Carthago, funditùs arces:

Conflagrationem quoq; Veſuvii montis in Campania notaſſe videtur, quæ contigit *Veſpaſiani* tempore:

Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς
Πυρὸς ἐπορέψας εἰς ἠέρανὸν δίρωὶ ἰκάνη:
Πολλάς δε φλέξει πόλιας, ἠ ἄνδρας ὀλέσσῃ
Πολλὴ δ' ἐθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήζῃ.

Flamma ſed Italico poſtquam ſuccenſa furore
In cœlum magno torrens ardore feretur.
Exuretq; urbes multas, hominesq; necabit:
Ætheraq; implebit fuligo multa cinisq;.

In Romam hæc prædixiſſe fertur:

Ῥώμη καρθερόθυμε, Μακηδονίῳ μὴ λόγχῳ
Ἀσράψεις ἐς Ὄλυμπον: Θεὸς ἤ ζε πάμπαν ἄπυσον
Ποιήσει, ὁπόζαν δοκέεις πολὺ κρεῖσσον ἐς ὄμμα
Ἐσραίη μίμνειν. Τότε σοι τοιαῦζα βοήζω,
Ὀλυμπίη φθέγξη λαμπρὸν πότε μαιμαρεόν τε.

Roma ferox animi, poſt fracta Macedonis arma
Fulgure perſtringes cœlum. Sed te Deus omni
Robore privabit, cùm firma videberis eſſe

In primis. At tu, tibi talia vociferabor,
Perſpicuum periens olim, clarumq; ſonabis.

Ex *libro antiquo Regio* hæc Cumanæ dantur:

Jam mea certa manent, & vera noviſſima verba,
Ultima venturi quod erant oracula Regis:
Qui toti veniens mundo cum pace placebit.
Et voluit noſtra veſtitus carne decenter
In cunctis humilis. Caſtam pro matre puellam
Deliget. Hæc alias formâ præceſſerit omnes.

De ea *Arias Montanus:*

Finiet exceptum poſt quam lux tertia ſomnum,
Præſcripto morti limite finis erit.
Primitias q; novæ referens, & gaudia vitæ,
Surgere ab obſcura poſſe docebit humo.

Ex *Lælii Cleopaſſi Hydruntini* poëmatibus:

Humanâ ſub carne Deum cælumq; ſolumq;
Mirantur: cæli hic conditor atq; ſoli eſt.
Verbum homo factum eſt: ut meritæ nos mortis ab umbrâ
Eriperet. Vitæ eſt unicus iſte dator.
Eſt etenim æterni ſplendorq; & gloria Patris,
Per quem ſubſiſtunt omnia: quippe Deus.

Ex *Senenſibus* inſcriptionibus illi reſurrectionis CHRISTI prophetia tribuitur: quam in hiſtoriâ ſuperioris Cumææ produximus.

PERSICA

PERSICA SIBYLLA.

Persica seu Chaldæa fui, patre nata Berosso
Sambethe Pythys Vaticinata modis.

PERSICAM Sibyllam *M. Varro* primam in ordine numerat. Ejus mentionem fecit *Nicanor* eo libro, quem de rebus gestis Alexandri Magni conscripsit. Et *Suidas*, *Justinusq;* in admonitorio ad Gentes de ea quædam prodiderunt. *Suidas* eam dicit natam ad mare rubrum, in ea Urbe quæ *Noë* appellatur. Hinc error ille ortus est eorum, qui hanc Prophetissam Noæ Patriarchæ filiam, vel nurum asseverarunt. Et ut hoc probarent, produxerunt testimonium ex *lib.* I. Oraculorum, qui est Erythrææ: dum gratias agit, quòd post diluvium cum socero Noë, socru, viro, fratribus incolumis ex arca evaserit. Inquit enim

Ὦ γλυκερὴ ἔκτης πρώτων γλυκύ, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειθ', ὅτε ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ κλυδωνιθέσ' ἅμ' ἐμῷ πόσι, ἠδ' ἀερέαστιν,
Ἠδ' ἐκυρῷ θ' ἐκυρῇ ὁμονύμφοισιν τε παθοῦσα.

O ævi sexti stirps prima, ô gaudia magna,
Quæ sortita fui, post quam discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multùm,
Nec non cum Levirisglosses, soceroq́ socrúq́.

Justinus, aliiq; multi, hanc natam Babylone volunt patre Berosò, (qui tribus libris Chaldaicam conscripsit historiam) & Erymanthe nobili matrona. Constat Berosum fuisse Chaldæum, & Beli in Babylone sacerdotem, ut testis est *Tatianus Assyrius*, in oratione contra Græcos, eumq́; Alexandri Magni tempore vixisse, Antiochóq; (qui tertius ab Alexandro regnavit) librum suum Chaldaicæ historiæ tribus libris comprehensum obtulisse. Alii non hunc Berosum recentiorem Sibyllæ Persicæ patrem fuisse dicunt, sed alium antiquissimum Prophetam, qui ante bellũ Trojanum vixerit. Nam hic recentior, teste *Plinio lib. 7. cap.* 37. Astrologia enituit: cui ob divinas prædictiones Athenienses, apud quos publicè docuit, in Gymnasio statuam inauratâ linguâ erexerunt. Quidam hanc Phœbadem vocant *Sambethen*, ut probent illam fuisse Noæ filiam, quasi *Sem & Japethus*. Et illam sanam de Deo doctrinam à Patriarcha Noa acceptam publicasse: scripsisseq; libros viginti quatuor Prophetiarum de revolutionibus temporum, mutationibus regnorum & imperiorum: in quibus multæ inveniuntur prædictiones de venturo Messia, de ejus miraculis, de futuro judicio in fine seculi, de uno solo ac vero DEO, de vanitate gentium, & idolomania; cujus fragmenta citat *Lactantius lib.* 1. *cap.* 6. Et Divus *Augustinus lib. de Civitate Dei* 18. *cap.* 25. ejus versus, ut ait *Justinus*, ut plurimùm imperfecti leguntur, & parùm cohærentes: non quidem Vatis, sed transcribentium nimiâ festinatione, & insciti: ita ut multâ sit opus conjecturâ, ad sensum scriptorum intelligendum. Eamq́; idem *Justinus* Cumanam quoq; appellat, & ex Babylone venisse in Italiam, Cumisq; Cambanis responsa fatidica poscentibus reddidisse. Ita ut Persica, Erythræa, Phrygia, Cumæa, & Cumana pro eadem ab auctoribus ponatur. *Pausanias in Phocicis* scribit illam conversatam fuisse cum Hebræis, qui supra Palæstinam habitabant, ex quorum libris multa didicerat, & fuisse vocatam *Sabam*. Ideò Hebreą, Judæam, Chaldæam, & Æthiopicam unam eandemq; fuisse putant. Verisimile sanè est, eam suorum oraculorum partem desumpsisse ex libris, & doctrina Hebræorum, cum quibus propter vicinitatem sæpiùs frequentasse dicitur. Nam in iis multa consentanea sunt cum scriptis Prophetarum DEI: & quod de venturo CHRISTO scribit, de ejus miraculis, & æternitate, deq; futuro judicio, non potuit aliunde sumere, quàm ex traditionibus, quæ à DEO summo commissæ erant Mosi, & sanctis Prophetis: *Pausanias* de ea ita loquitur: *Post Demo in fatidicarum feminarum numerum conscripserunt Hebræi, qui supra Palæstinam sunt, gentilem suam Sabam nomine: quàm Berosò patre, matre Erymanthe genitam tradunt.*

Varia de hac Phœbade opiniones.

Regina Saba Sibylla dicta.

De hac Saba *Glycas annalium parte* 2. ita scribit: *Cæterùm Sabæi natio sunt Æthiopica. Eorum regina fuit illa admiranda Sibylla. Quippe quæ cùm legem ignoraret, nec vates audivisset, per Salomonem Sapientiæ subministratorem* DEUM *prædicavit. Celebretur*, ait, *Dominus Deus ille tuus, qui tibi sic faverit, ut te Israëlitarum solio regem imponeret.*

Ejus historia recitatur *primo Regum cap.* 10. item *secundo Chronicorum cap.* 9. ubi distinctè tractatur, quomodo illa cum summo apparatu hominum, & camelorum portantium dona, aurum, gemmas, & aromata pretiosissima venerit Hierosolymas ad Salomonem Israëlitarum Regem, ut præsens disceret, & exploraret, an ejus Sapientia famæ de eo publicatæ per totum orbem terrarum, responderet. Quæ postquam diversis quæstionibus, & ænigmatibus regem tentasset, essetq; à rege de aliis interrogata in admirationem tantæ Sapientiæ rapta, considerans Salomonis opulentiam, ornatum, servos, vestimenta, cibos, & lacrificia quotidiana, exclamavit, *Beatus es, ô Rex, beati servi tui, & populus tuus, qui assiduè tibi assistunt. Benedictus Dominus*

minus Deus tuus, qui te constituit in throno regio. Cúmq; donasset Salomoni centum & viginti talenta auri, multasq; gemmas, & aromata pretiosissima, reversa est in suam ditionem.

Suidas de ea in hunc modum scriptum reliquit: *Sibylla Chaldæa, quæ à quibusdam Hebræa nominatur, & Persica, suo nomine Sambethe dicta, à beatissimo Noa oriunda, de Alexandro Macedone vaticinata est: cujus meminit Nicanor, qui vitam Alexandri scripsit. Hæc de Domino Christo, & ejus adventu plurima prædixit, de turri Babylonica, & diluvio. Reliquæ cum ea consentiunt, nisi quòd hujus libri sunt viginti quatuor de gente qualibet, atq; regionibus diversis agentes. Quòd autem ejus versus imperfecti, & vitiosi reperiuntur, non Prophetidis culpa est, sed notariorum, qui orationis impetum assequi non potuerunt, aut etiam indocti fuerunt, & imperiti Grammatices.* Unà enim cum afflatu, *etiam eorum quæ ab ea dicta essent, memoria desinebat. Eaq; de causâ, & versus imperfecti reperiuntur, & sententiæ claudicant. Aut etiam certo Dei consilio factum hoc est, ne à multis indignis oracula ejus cognoscerentur: aut longum tempus, ut aliorum multorum, hujus rei causa fuit. Aut etiam obscuritas eorum, quæ à Prophetide dicta sunt, & crebra librorum descriptio: nihil miri est si & sententiæ confusionem, & versuum perturbationem attulerunt.*

Georgius Cedrenus, Regina Saba, inquit, *quæ à Græcis Sibylla dicta fuit, auditâ Salomonis famâ, Hierosolymam venit, ut proposita quæstione de Sapientia ejus periculum faceret. Nam & ipsa Sibylla ob ingenii promptitudinem, sapientiámq; & rerum multarum peritiam magni erat nominis. De hac etiam Dominus dixit, ab externis terræ finibus Austrinam venisse reginam, ut Sapientiam Salomonis cerneret.*

Prædictio de turri Babylonica, vel potiùs ejus turris mentio legitur *lib. 3. Oraculorum Erythrææ:*

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ
Ἃς ποθ' ἐπιπτείλησε βροτοῖς ὁ πύργον ἔτοξαν
Χώρῃ ἐν Ἀσσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες
Καὶ βάλοι' ἀναβῆν' εἰς ἔρανον ἀστερόεντα
Ἀθλίκα Ἀθάνατος *
Πνεύμασιν. Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὕψοθι πύργον
Ῥίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔβαλον ὤρσαν:
Τέκνα τοὶ Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει ἔνομ' ἔθεντο.

Sed cùm dicta ad rem fuerint collata, minatus
Quæ magnus Deus est olim mortalibus illis,
Qui turrim Assyriis in finibus ædificarunt:
Cùm cunctis eadem vox esset, stelliferumq;
In cœlum vellent ascendere, continuóq;
Immortalis *
Flatibus. At venti magnam sublime ferentes
Turrim jecerunt, & litem conciliarunt
Inter eos: urbemq; ideò Babylona vocarunt.

De DEO uno solóq; æterno, & Omnipotenti sic locuta est:

Ἀχρήιος, ἄχραντος, ἀένναος αἰδιόσ τε,
Οὐρανίος, ἰσχύϊ μετρῶν πυρόεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ πατάγῳ σκῆπτρον καθέχει σὺν ἀστρώεϊ πυρζῷ,
Πρηΰνει τε βαρυκτυπέων δεπήματα βροντῶν.
Γῆν κλονέων κατέχει ῥοιζήματα *
Καὶ ἀστεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνει πυροφεγγεῖς
Ὄμβρων δ' ἄσπετα χύματα, νεφεγκινῆς ἢ χαλάζης,
Κρυμαλέης, νεφελῶν τε βολῆς, καὶ χείμαος ὁρμῆς.

Æter-

Æternus, nunquam genitus, planè intemeratus;
Ignitus cæli cohibet qui viribus auras:
Fulminis & sonitum sævo fulgore coërcet:
Horrendos tonitrus mollit, pacatq; fragores,
Terram convolvens stridores comprimit. *
Fulguris obtundit percussus igne micantes:
Imbris & immodicos fluxus, & grandinis albæ;
Et nubis gelidæ jactus, hyemisq; solutæ.

Christus filius Dei. Prædixit & CHRISTUM filium DEI venturum:

Σὸν γίνωσκε Θεὸν, Θεοῦ Υἱὸν ἐόντα,

Tuum cognosce Deum, qui DEI *filius est.*

A CHRISTO solutum iri legem DEI, quæ Mosi à DEO data erat:

Christus Legis finis.

Ἀλλ' ὅτε ταῦτ' αὖ ἅπαντα τελειωθεῖ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος.

Sed postquam hæc omnia perfecta fuerint, sicut dixi,
In eo omnis solvetur lex.

Idem dicitur & *in Deuteronomio: Prophetam excitabo de fratribus eorum sicut te, & dabo verbum meum in os ejus: & loquetur ad eos ea, quæ præcepero ei.*

CHRISTUM quoq; pro Deo agnitum iri ex miraculis testatur:

Miraculũ de quinq; panibus.

Ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε, καὶ ἰχθύεσσι δύοισι
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει:
Καὶ τὰ περισσεύσαντα λαῶν ἅμα κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.

Panibus & quinque, & binis ex piscibus olim
Millia quinque virûm in desertis exsaturabit.
Quin & fragmentis collectis relliquiarum
Bissenos cophinos, ut sit sperare, replebit.

Deum quoque completo sæculorum tempore, mundum subversurum dicit; & judicaturum omnes homines secundùm quod unusquisq; egerit in vita, ita redditurum mercedem secundùm sua opera: bonis & piis vitam æternam, omnibusq; bonis affluentem: improbis verò & sceleratis mortem, & supplicia nunquam desitura.

Extremum Judicium.

Ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμῳ καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ὦ Θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' εὐσεβέας τε,
Καὶ σφῶϊν δυσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πέμψει.
Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται ὅσῳ εὐσέβειαν ἔρεξαν·
Εὐσεβέες δ' ἤμυσιν ὑπὸ ζείδωρον ἄρουραν.

Sed cùm judicium jam tandem venerit orbis,
Censebitq; pios homines Deus ipse, malosq;.
Atque malos rursùm tenebras detrudet ad imas.
Tum demùm noscent, quàm flagitiosa patrarint.
Terra piis autem nutrix habitanda manebit.

De pœnis impiorum vide sub finem *lib.* 2. *Erythræa*, ubi ait:

Οὐδὲ ζοφὶν δακρύων κόρος ἔστεται, οὐδὲ μὴν αὐδὴ
Οἰκτρῶν ὀλοφυρομένων ἐσακούσεται ἄλλυδις ἄλλα.

Ἄλλα

Ἀλλὰ μακρὰν ζοφόεντ' ἰτὰ τάρταρον εὐρώεντα
Τειρόμενοι βοάσουσι. Ἔπ' ἠχὶ ὁσίοισι δὲ χώροις
Τίσουσι τοὺς τόσσον, ὅσον κακὸν ἤλιτον ἔργον
Χαλκόμενοι πυρὶ πολλῷ: ὀδόντεσι δ' ὀδόντες
Πάντες τηκόμενοι μακερῇ δίψῃτε βίῃτε.
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν ἐκ φεύξεται ἀπ' αὐτῶν. &c.

Pœna malorum.

Neque erit modus ullus eorum
Ploratûs: neque vox triſtes diſtincta querelas
Diverſas referet: verùm ſub nocte profunda
Tartara nigra, laniante labore profundum
Clamorem tollent. Atque in regione profana
Ter tantùm ſolvent, quantum fecêre malorum,
Igni confecti multo. Tum dentibus omnes
Stridentes acri tabeſcent vigz, ſitigz.
Optandúmque mori diſcent, fugietque vocantes, &c.

Addit piorum præmia, quibus in vita æterna fruentur:

Τοὺς δ' ἀλλους, ὁπόσοις τε δίκη, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν.
Ἠδὲ ἐκ εὐσεβίητε, δικαιότατοί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι ἀπὸ αἰθομένου ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξουσι, καὶ εἰς ζωὴν ἀμέριμνον,
Ἔνθα τέλει τείχει ἀθάνατοι μεγάλοιο Θεοῖο.
Καὶ τειοσαὶ πηγαὶ οἴνου, μέλιτός τε, γάλακτος.

Bonorum felicitas.

Aſt alios, qui jus æquum coluére, bonúmque,
Et quibus & pietas, & mens fuit optima cordi,
Sublatos Genii rapidum per fluminis æſtum
Ducent in lucem, & ſecuræ munera vitæ.
Immortalis ubi magni via trita Tonantis:
Fontibus & trinis vinum, lac, mella ſcatebunt.

Multa alia ſubjungit Sibylla de horrendis malorum pœnis, quibus in æternum ſine ſpe liberationis flammis Cocyti cruciabuntur; déque beatitudine, & ſecura quiete, affluente bonis omnibus, in quo boni ævum ſempiternum exigent.

De fine mundi, & extremo judicio potuit Phœbas hæc multa didiciſſe à Prophetis ſanctis. Nam cùm Noë Patriarcha hæreditario peculiari, quod à majoribus acceperat de cognitione creationis mundi, de peccato primi hominis, de adventu Meſſiæ, cujus ſanguine poſteritas Adami à peccato originali debuerat mundari & ablui, de reſurrectione carnis, extremóq; judicio, illa omnia per manus ſuis tradiderat: quæ doctrina (teſte *Joſepho in antiquitatibus Judaicis*) ſculpta fuerat ante diluvium in duabus columnis: ut ejus memoria ad poſteros propagaretur· eámq; doctrinam Moſes ore DEI ipſius edoctus fuerat, Prophetæq; ſancti inſtinctu Spiritus Sancti: tum demum ipſæ Sibyllæ communicatione, quam habuerant cum Hebræis eadem didicerunt, vel motu aliquo divino incitatæ eadem, ſubobſcuris tamen verbis prędicaverunt, ut coram DEI judicio redderentur inexcuſabiles. Proponentes CHRISTUM mediatorem venturum, qui genus humanum reconciliaret. Eumq; hæc ita graphicè deſcribit, ut ab omnibus agnoſci potuerit. Ut de illius ingreſſu ſolenni in Hieruſalem: ubi ait.

Χαῖρ' ἁγνὴ θύγατερ Σιὼν, καὶ πολλὰ παθοῦσα,
Αὐτὸς ζῷ Βασιλεὺς ἔπεισ' ἔπὶ πῶλον ἐσάλλων,
Πρῶος πᾶσι φανείς, ἵνα τοὶ ζύγον ὕμπερ ἐτοίμου
Δῶλον, δυσβάσακλον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρῃ,
Καὶ θέσμους ἀθέους λύσῃ, δεσμούς τε βιαίους.

Chriſtus Hieroſolymas ingreditur.

Salve, casta Sion, permultáque pássa puella:
Ipse tibi inscenso Rex en tuus intrat asello
Erga omnes mitis, juga quò tibi, quò juga demat
Intoleranda tibi, quæ fers cervice subactâ.
Solvat & ex leges Leges, violentáque vincla.

Joan. Baptista in deserto. De *Joanne Baptista* CHRISTI præcursore, qui agnum DEI ostendet, & homines ad pœnitentiam, & resipiscentiam adhortabitur, sic inquit:

Ἀλλ' ὁπόταν φώνη τὶς Ἐρημαίης ἀπὸ χώρης
Ἥξει ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς, καὶ πᾶσι βοήσει
Εὐθείας ἀτραπιτὸς ποιηζέμεν, ἠδὲ διελθεῖν
Ἐκ κραδίης κακίας καὶ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα νιφθέντες ἄνωθεν
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων.

Verùm vox quædam cùm per deserta locorum
Nuncia mortales veniet quæ clamet ad omnes.
Ut rectos faciant calles, animósque repurgent
A vitiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
Ut nunquam deinceps peccent in jura renati.

Ex *libro antiquo Regio:*

Virgine matre satus pando residebit asello
Jucundus Princeps, unus qui ferre salutem
Ritè queat lapsis. Tamen illis fortè diebus
Multi multa ferent immensi fata laboris.
Solo sed satis est oracula prodere verbo:
Ille Deus castâ nascetur virgine magnus.

Ex *Aria Montano:*

Tu pede prævalido calcabere, callide Serpens:
Nascetúrq; humili summus in orbe Deus.
Quod nunc nemo videt verbum, quod tangere nemo
Nunc valet, humana hoc impetet hocce manus.

Ex *Lælio Cleopasso:*

Æternum verbum fiet palpabile: eritq;
Verus homo ex utero virginis, atq; Deus.
Iste, antique draco, vincet: Plutonia sceptra
Franget: & Infernas discutiet tenebras.
Hic Rex est, Judæa, tuus, quem pullus aselli
Sustinet: hoc laudes adveniente cane.

Ex *inscriptionibus Senensibus:*

Panibus simul quinque, & duobus piscibus hominum millia multa in heremo satiabit.

Ex *Ruillio:*

Et tu, Bestia, conculcaberis. Deus nascetur in mundo: Verbum invisibile reddetur palpabile, vel percutietur.

LIBYCA SIBYLLA.

Vt genus e Libya, venit mihi nomen Eliſa:
Mî cortina Clari ſerviit, atque Sami.

SECUNDO loco citatur Libyca, vel Libyſſa Sibylla à *M. Varrone*, quæ proprio nomine dicta eſt *Eliſſa*. Hanc nonnulli putarunt eandem eſſe, quam ſuperiùs oſtendimus fuiſſe filiam Dardani, & Neſonis Teucri filiæ, quæ proprio nomine vocata eſt Sibylla: à qua omnes poſtea Prophetiſſæ mulieres propter ſimilitudinem Enthuſiaſmi, & inſpirationem divinam Sibyllæ cognominatæ ſunt. Hæc Libyca diverſis in locis oracula reddidiſſe fertur. In Claro urbe Colophoniorum; unde in Delum trajecit: poſtea Delphos venit, poſtremò in Libyam. Bonam tamen vitæ partem tranſegit in Samo: de ea mentionem facit *Euripides in prologo Lamiæ*. Ea vixiſſe traditur ante Olympiadem octuageſimam, quo tempore Euripidem (qui eam citat) floruiſſe certum eſt. Alii illam Jovis ſive Apollinis filiam aſſerunt, ex Lamia Neptuni filia genitam: quod ſuperiùs alteri competere oſtendimus. Tanta eſt inter auctores diverſitas de nominibus, patria, & parentibus harum Sibyllarum, ut quod certum de iis ſtatui poſſit non habeamus.

Illa multa de exitio gentium prædixit propter idololatriam, & scelera, quibus iram DEI altissimi in se irritent:

Idolorum cultores.

Ἀλλὰ παλαιτωρῆσι κακοὶ κακότητα μιμνόντες
Ὀργὴν ἀθανάτοιο, βαρυκτύπου Οὐρανίωνος
Ἀνδρὶ θεῷ ἢ λίθῳ, ἢ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἄλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδείς·
Οὐ νοῦς, οὐκ ἀκοή. Ἄγε μοι θέμις ὑμνολογεῖν
Εἰδώλων τε ἔκαστα, βροτῶν πλάσμασι γεγαῶτα.
Ἐξ ἰδίων ἢ κόπων, ἢ ἀταθαλίων ὑπνοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, ζωστούς τε καὶ ἀργυρέους τε ματαίως
Ἀψύχους, κωφοὺς, καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο μάτην γε πεποιθότες ἐν πιστοῖς.

Sed durantq; malisq; malum opperiuntur.
Iram immortalis, cœlestis, & altitonantis:
Progq; Deo lapides, & ficta animalia, multa
Religione colunt trepidi, diversaq;, quorum
Non ullus sermo, mens nulla, auditio nulla est.
Singula nec fas est verbis simulacra referre
Mortali fabricata manu: quos namq; creavit
Humanaq; manus labor, atq; industria mentis,
Accepêre Deos stulti, saxove, vel auro,
Ære, vel argento factos, lignóve dolatos.
Exanimos, surdos, conflatos ignis in æstu
Fecêre: atq; his frustra commisêre salutem.

Prædixit & illa fore, ut CHRISTUS Dei Filius nasceretur: multáq; miracula editurum illum esse, quibus ejus divina potentia probabitur: Venturum tamen in manus impiorum, qui illum contumeliis, & opprobriis infinitis vexaturi essent, spinisq; coronaturi.

Miracula & passio Christi.

Πάντα λόγῳ πιάσασα, πᾶσιν νοῦσον θεραπεύων,
Τὰς ἀνέμους παύσει τε λόγῳ, σεσέσει δ' ἅλαδε πᾶσαν
Μαινομένῳ, ποσὶν εἰρηνίης πίσει τε πατήσας.
Εἰς σκιπύζματα φαρμακόεντα παρειὰς αὐτοῦ
Δώσει· καὶ εἰς μάσιγας ἀπωλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον.
Καὶ κολαφίζομένου σιγήσει· μή τις ὑπιγνῷ
Τίς, τίνος ὢν, πόθεν ἦλθεν. Ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ
Καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκανθινον.
Πλοκὸς τε νύξουσιν καλάμῳ ἅμα τὸν νόμον αὐτοῦ.

Cuncta jubens faciet, morbosq; medebitur omni,
Placabit ventos dicto, sternétq; profundum
Insanum, placidis pedibus calcando, fidéque.
Ad virosa genas præbebit sputa pudentes:
Verberibusq; sacrum tradet proscindere tergum.
Pergq; feret tacitus colaphos, ne fortè sciatur
Quis sit, cujus sit, mortalibus unde locutum
Venerit: horrentemq; feret de vepre coronam.
Tum calamo compungent ilia legis
More suæ.

Idem

Idem quoque dictum fuit à Prophetis & ab Apostolo: *Deus Filium tradidit morti pro peccatis nostris.* Et apud Prophetam: *Ipse vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter transgressiones nostras: Sicut radix in terra sitiente, non est figura ejus, neq; claritas: & vidimus illum, & non habuit figuram, neq; decorem. Sed figura ejus sine honore, & deficiens præter cæteros homines. Homo in plaga positus, sciens ferre imbecillitatem, quia aversus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & non putavimus ipsum esse in dolore, & in plaga, & in vexatione. Livore ejus sanati sumus.*

Prophetam hunc secuta est Sibylla de CHRISTO loquens:

Οἰκτεὸς, ἄπημος, ἄμορφος, ἐν οἰκτεοῖς ἐλπίδα δώσει.

De CHRISTI patientia in afflictione *Esaias* alio loco dixit: *Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondentibus se sine voce, sic non aperuit os suum.*

Prædixit quoq; Sibylla mundi conflagrationem, judicium extremum, mortuorumq; resurrectionem, & vitam æternam piis & DEI cultoribus præparatam.

Πῦρ ἔσται κόσμον ἐν ᾧ τόδε σῆμα πέτυκται
Ῥομφαῖαι, σάλπιγγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι.
Κόσμος ἅπας μήκυμα καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσει:
Φλέξει δὴ χθόνα πᾶσαν. Ἐπὰν δ' ὀλέσῃ γλῶς ἀνθρώπων,
Καὶ πάσας πόλιας, ποταμούς θ' ἅμα, καὶ δὲ θαλάσσαν
Ἐκκαύσῃ. Τάδε πάντα κόνις ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
Ἀλλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη κατακοιμήσασα γλώσσαν,
Καὶ πῦρ κοιμίσῃ Θεὸς ἄπιστον, ὅσπερ ἀνῆψεν,
Ὀστέα δ' ἀποδίλῳ αὐτὸς Θεὸς ἔμπαλιν ἀνδρῶν
Μορφώσει, σήσῃ δὲ βροτοὺς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν,
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσται ἐφ' ᾗ δικάσει Θεὸς αὐτὸς
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. Ὅσοι δ' ἐσεβησαν
Ἡμαρτον θνητοὶ, οὗτοι δ' αὖ πάλιν γαῖα καλύψει.
Ὅσοι δ' ἀσεβέσασι, πάλιν ζήσουσ' ὑπὸ γαῖαν,
Πυθμα θεῷ δόντος, ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι. Πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτούς.

Igni flagrabit mundus, signumq; dabunt hæc
Enses atq; tubæ simul, & sole exoriente
Terribilem sonitum, mugitumq; audiet omnis
Mundus: & exuret terram omnem torridus ignis.
Hinc genus humanum postquam delerit, & omnes
Urbes, & fluvios exusserit, atq; profundum,
Omnia fient hæc mixtus fuligine pulvis.
Omnia sed postquam in cineres collapsa jacebunt,
Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem:
Inq; hominem Deus ipse iterùm formaverit ossa
Et cineres, mortalibus, ut fuerant revocatis,
Judicium tunc certò erit; in quo jus feret æquum
Ipse Deus mundi judex. At qui impietate,
Peccarint, iterùm injectâ tellure tegentur.
Contra iterùm in terris vivent pietatis amantes,
Ipsis dante Deo flatum, vitámq;, cibúmq;:
Séq; pii agnoscent omnes, seséq; videbunt.

Ideò paulò antè Sibylla exhortatione piâ monuerat homines, ut dum in vita essent, DEO inservirent omni pietate & justicia, neq; criminibus, & peccatis iram summi Numinis irritarent.

Ἀμέλεοι μετάθεσθε βροτοὶ τάδε, μήδε πρὸς ὀργὴν
Παντοίων ἀγάγητε Θεὸν μεγαν. Ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα, καὶ σπαχὰς, αὐθροκτασίας τε, καὶ ὕβρεις;
Ἐν ποταμοῖς λέσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι
Χεῖράς τ' ἀστανύσαντες εἰς αἰθέρα, ἢ πάρ' ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐσεβίαις ἀζέβειαν
Πικρὴν ἰάσασθε. Θεὸς δ' ἔξει μετάνοιαν,
Οὐδ' ὀλέσει: παύσει δ' χόλον πάλιν, εἴπερ ἅπαντες
Εὐσεβίην ἐρέψιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.

Ah vos resipiscite stulti
Mortales, magnumq; Deum irritare cavete.
Ponite sed gladios, gemitus, cædesque, nefásque:
Et totum fluvio corpus mersate perenni.
Tum manibus passis ad sidera præteritorum
Poscite factorum veniam, sanatèque factis
Impia facta pius. Nam sic Deus ipse vicissim
Consilium vertet, neque vos excindet, & iram
Sedabit rursùm si vos modò mente coletis,
Qua nil gratius est illi, pietatis amorem.

Exhortatio ad resipiscentiam.

Multa prædixit de impiis, qui iram DEI certò subituri sint, etiamsi in hac vita securi vivant, deliciis affluant, potestate reliquis sint formidabiles: in fine tamen sæculorum seriò quidem, sed malo magno suo, sentient DEI mandata non esse contemnenda: neque proximum injuriis & violentia opprimendum: Tunc torti horribilibus tormentis propter admissa peccata, pœnitentia inutili sese macerabunt, Deum ploratibus & gemitibus aures benignas non præbiturum.

Ex *antiquo Regio* codice versus hi Libycæ Sibyllæ adscribuntur:

Ecce Deus veniet, quo æternus tempore Princeps
Irradians sata læta viris sua crimina tollet.
Lumine clarescet cujus Synagoga recenti.
Sordida qui solus reserabit labra reorum:
Æquus erit cunctis: gremio Rex membra reclinet
Reginæ mundi, sanctus, per sæcula vivens.

De ea *Arias Montanus:*

Discutiet tenebras Lux alma, & vincula prisca
Legis: vitæ Rex conspicietur homo.
Virgo hunc sancta dabit terris, gremioq; fovebit.
Pressus & hic miseris conferet auxilium.

Ex *Lælii Cleopassi Hydruntini* poëmatibus:

Quæ mentes hominum cæcas insania cepit?
Numen ab humanis impetitur manibus.
Agnus pro nobis sævas mactatur ad aras,
Hostia placatum reddidit ista Deum.
Nam qui depressus miserandâ clade videtur
Optatùm miseris conferet auxilium.

Ex

Ex *inscriptionibus Senensibus.*

In manus inimicorum veniet. Dabunt DEO *alapas manibus incestis: miserabilis, & ignominiosus videbitur: & miserabilibus spem præbebit.*

De CHRISTO eadem quoq; dicit *Esaias:* quem ultrò subiturum opprobria, & injurias malorum ostẽdit, ut homines pios ab opprobriis & morte æterna eximeret. *Dorsum meum,* inquit, *posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas: faciem autem meam non averti à fœditate sputorum.*

De quo sic quoque *David Psalmo* 35. prophetizavit: *Congregata sunt super me flagella: tentaverunt me: & striderunt super me dentibus suis.*

Ex *Ruilio:*

Dies veniet, quibus Deus illuminabit crassitudinem tenebrarum: vinculum Synagogæ rumpetur. Homines tacebunt, & videbunt regem viventium. Et virgo Domina gentium eum gestabit gremio. Regnabit in misericordia: & tradetur in manus malorum. Colaphizabitur Deus, eritq; tanquam miser, & auxilium dabit miserabilibus.

Ex *Garsone:*

Ille quidem morbis pressos sanabit, & omnes
Firmos restituet læsos: cæciq; videbunt,
Incedent claudi: surdis audire licebit.
Expellet furias: oppressi morte resurgent.

De Sibylla Libyca consule *Suidam*, qui illam asserit scripsisse versibus divinationum & oraculorum libros. Neque est opus hic inserere, quæ prędixit de eversione urbium, & regnorum mutationibus, aliisque cladibus quibus à DEO irritato punietur mundus: ea leguntur passim in libris oraculorum Sibyllinorum, quæ Lector consulere poterit.

SAMIA

SAMIA SIBYLLA.

Divino quoties pectus ſtimulatur ab oeſtro
Enthea fatidicis ora reſolvo modis.

SAMIA hæc Prophetiſſa, teſte *Eratoſthene Cirenæo*, (qui Ariſtonis Chii & Callimachi Poëtæ diſcipulus fuit, *Platoq; minor* ſuo tempore propter excellentem doctrinam, vocatus eſt) dicta eſt Phyto. Aliis Phygo: quod nomen ſe comperiſſe ait in annalibus Samiorum. Ea ſecundùm Euſebium, & Caſſiodorum florebat Anno Mundi 3297. ante Chriſtum 665. Eámq; appellat Herophilen, Athenis Principatum tenente Hippomene. *Ælianus lib.* 12. *variæ hiſtoriæ*, eam vixiſſe ait temporibus Numę Pompilii, circa 16. Olympiadem. *Georgius Cedrenus* illam appellat Samonæam; quam Prophetizatam eſſe aſſerit temporibus Joaſię Regis Iſraël. Et alibi Darii Aſtyagis regno claruiſſe in Samo illam dicit. *Auguſtinus lib.* 18. *cap.* 24. de ea ita ſcriptum reliquit: *Numâ regnante Romæ, & apud Hebræos initio regni Manaſſe, à quo impio rege Eſaias perhibetur occiſus, Samiam fuiſſe Sibyllam ferunt. Hieronymus* quoq; *in Chronicis* Numæ tempore floruiſſe dicit Samonetem Herophilen.

At cùm omnes Sibyllæ uno ore clamarint & docuerint gentes unum eſſe ac ſolum Deum conditorem omnium cognoſcendum & colendum. Hæc poſt Erythræam

thræam maximè omnium huic doctrinæ institit, avertens gentes crebris exhortationibus à cultu Dæmonum, & idolorum latria: & demonstrans omnia illa ficta Numina vanitate hominum constituta esse. Unum Solum Deum æternum, omnipotentem, vitæ auctorem metuendum, & honorandum proponit.

Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνθρῶν, καὶ νοῦν ἐτύπωσεν,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκεν, ἐπιστήμην τ' ἐδίδαξεν:
Ὀφθαλμοὺς ὁ πλάσας, καὶ ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντων τε ζωίσωρ
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν, καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων.
Καὶ ἐκπλάξων ὅσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν.
Ἐλθὼν ἐπὶ βῆμα Θεᾶς ἐννητοῖσι λαλήσων,
Καὶ κωφῆς ξυνιεὶς, ἠδ' ὑ λαλέοντος ἀκούων.
Καὶ πόσσον ἐπὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς ὑψινὸν οὖψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδεν: ὃς ὑψινὸν ἔκτισε, καὶ γῆν
Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδε:
Μοῦνος γὰρ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν Θεὸς ἄλλος.

Idem nam species hominum, mentésque creavit:
Et docuit scire, & rationis munia rectæ;
Lumina qui finxit, quique aures, cernit, & audit.
Et tacet, & tandem convincet: supplicióque
Afficiet, quæcunq; homines cælata patrarint.
Cùm veniet solium ad Divinum jura daturus.
Qui nil dicentes, mutos, intelligit, audit.
Et quantùm tellus à cæli vertice distet;
Principium, finem, media omnia novit: ab ipso
Omnia sunt: Solus Deus est, neque est Deus alter.

Deus unus colendus.

Et alibi de Deo summo loquens dicit:

Εἷς Θεὸς, ὃς μοῦνος ἐστὶν, ὑπερμεγέτης, ἀγήνωρ.
Unus Deus, qui solus est maximus, non genitus.

Et hunc solum colendum, & honorandum asserit: quia totius mundi cœli & terræ, omniumq; creaturarum sit opifex.

Deus omnium rerum conditor.

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα ζέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου.
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἔπυχεν.
Illum igitur solum existentem colite opificem mundi;
Qui solus è sæculo, & in sæculum fuit, est q; futurus.

Cúmque CHRISTUM Filium DEI esse dixerit, excandescens in Judæam, quæ suum Regem non agnoverit, hoc addit:

Judæa suũ regem non agnovit.

Σοὶ δ' μόνῃ Σοδομίτι γαίη κακὰ πήματα κεῖται:
Αὐτὴ γὰρ ζὺ ἄφρων τὸν ζὸν Θεὸν οὐκ ἐνόησας
Παίζοντ' ἐν ἐννητοῖσι νοήμασιν: ἀλλὰ κ' ἀκαίρως
Ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερῷ τε χολῷ ἐπέφρασας.
At solam Sodomæ tellus mala dira tenent te:
Namque Dei malè sana tui te notio fugit,
Sensibus humanis ludentis: namque coronam
De spinis illi posuisti, injuria major
Quo foret, & potum fudisti fellis amari.

Irridet postea vanitatem hominum, qui verò Deo relicto, Deorum falsorum typos ex materia corruptibili sibi effingunt: mutisque, surdis, & insensibilibus

simulachris sacrificia constituunt, ac mente alienati iis stultè honores, & cultus divinos tribuunt.

Οἰκόνα δ' ἄνθρωποι θείαν ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
Χέρσιπε μορφώσαντες ἑαῖς εἴδωλον ἀοιδον
Δοξάζεσι λιτῇς καὶ θρησκείῃσιν ἀνάγνοις,
Τὸν Κλίσιν παρεληλύθοτες, ἀσεληείαις ἐλάτρευσαν·
Πάντες δ' αὐτὸ ἔχοντες ἀχρήσιμα δῶρα θύεσι·
Χ' ὡς αὐτὸ τίμας, τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσι.
Θοίνῃ κνισσῶντες, ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσιν.
Σάρκας δὲ τε καὶ ὀσέα μυελόεντα κάουσι,
Θύοντες βωμοῖς, καὶ Δαίμοσιν αἷμα χέουσιν.
Ἠδὲ λύχνους ἅπτουσι θεῷ τῷ φῶτα διδόντι.
Χ' ὡς διψῶντι θεῷ θνητοὶ ἀποδοῦσι τὸν οἶνον,
Εἰς ὕδὲν μεθύοντες ἐπ' ἀχρήστοισι θεοῖσιν.

Vana sunt idola.

Ast homines sylvis abscindunt robur, & inde
Muta suis manibus Divûm simulachra figurant:
Quæ decorant ritu, libamentisq; profanis.
Impurasq; colunt nugas, Genitore relicto.
Omnésque assidui vanissima munera libant:
Et tamen hoc ipsum se rentur honore juvare.
Atq; dapes adolent, ut cassos lumine pascant.
Namque cremant carnes, & plenis ossa medullis,
Et mactant aris, & placant sanguine Manes.
Candelasq; Deo accendunt, qui lumina donat.
Et tanquam sitiat, vini libamina fundunt,
Mortales ebrii, qui numina vana fatigant.

Alibi protestatur se DEI veri vocem proferre, & fideliter communicare hominibus ad omnium salutem, ut instruantur, & ad pœnitentiam veniant errorum anteactorum: ad nullum fictitium Deum divertant, sed illum Deum cognoscant, qui est unicus, æternus, ingenitus, suæque Divinitatis participem habeat neminem. Dicit enim:

Εἷς μόνος εἰμὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

Unus solus sum Deus, & non est Deus alius.

Id Prophetæ omnes, sacræque literæ ubique inculcant populumque exhortantur ad pœnitentiam, & vitæ integritatem. Docentq; Deum Omnipotentem erga pœnitentes, & pietatis cultores misericordem fore. Sic quoque ejus iram exarsuram in rebelles, reprobos, & impœnitentes. Eadem quoque omnes Sibyllæ seriò objiciebant hominibus: bella, terræmotus, incendia, famem, pestem, ac reliquas ejusmodi afflictiones à DEO immitti in mortale genus, ut homines à peccatis avocet, & eorum vitam emendet: potissimùm ut eos abducat ab idolorum impio cultu, cui ferè omnis mundus usque ad insaniam incumbebat. Ideò inter cæteras, Sibylla Erythræa his verbis utitur:

Πάντα γὰρ εἶδεν

Exhortatio ad impios.

Ἀθάνατος Σωτὴρ παντεπίσκοπος, ὃς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπαλῆσθε
Νήψατε καὶ κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλους μάρναισθε μιαιφόνον ἧτορ ἔχοντες,
Αἵματι ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
Αἰδέσθητε βροτοὶ τὸν Ταρταρεγέθη, Ϛ ἄτρεστον
Οὐρανίον Κλίσιν θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ.

Namque

Namque ſalutis
Auctor inextinctus videt omnia, & omnia novit.
Qui mihi juſſit, uti vobis hæc dicta referrem:
Exitio ne ſit demens ſocordia vobis,
Diſcite juſticiam, vitiis abſiſtite, neve
Inter vos animis odia exercete cruentis,
Humano latè tingentes ſanguine terram.
Immenſum, invictum Numen, rerumq́ parentem,
Cui domus excelſo cælo manet alta, timete.

Et alibi ſecuritatem impiorum graviter punitum iri pronunciat. Introducit enim Erythræa Phœbas Patriarcham Noan monentem homines, ut reſipiſcerent, & à vitiis ſe ſubtraherent: Deum iratum ſtatuiſſe omne genus hominum malum & corruptum generali diluvio perdere, & delere, niſi pœnitentia ſeriò & maturè ejus iram averterent, & illum placatum ſibi converſione redderent. Dicit enim:

Ἄνδρες ἀπιστόθροι μεγάλῳ βεβολήμενοι ὄιστρῳ
Οὐ λήσει Θεὸν ὅσ' ἐπτοίξατε. Πάντα γὰρ ὅιδεν
Ἀθάνατος Σωτὴρ. *& paulò pòst:*
Ἔσται γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπειρέσιος ἀνδρῶν
Ὕδασιν ὀλλύμενος, φοβερῷ ὀλολύξει ἀοιδιῶ. *& iterùm:*
Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄσπονδοι ἄνδρες
Αἰδοίλῳ θεσπεσίῳ λιπόντες, αἰδοίλῳ παθέοντες,
Ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστοκόροι, κακοτεχνήμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποι θ', ὑβριστιλόγοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ ὀργὴν τε Θεοῦ δειδίοτες Ὑψίστοιο:
Εἰς γνοῦν πέμπτῳ πεφυλαγμένοι ἐξαπίνης
Οὐ κλαύσετ' ἄλυδις ἄλλος ἄπηνες ἀλλὰ γελᾶτε.
Σαρδόνιον μείδημα γελάσετε ὄπωζαν ἧξη
Τεῦτο, λέγω τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ.

O miſeri, mentis pravæ, mutabile vulgus,
Quæ facitis Deus haud ignorat: namque ſalutis
Auctor inextinctus videt omnia, & omnia novit.
Tempus erit, quando totus delebitur undis
Orbis, & humanum genus (heu horrete minantem)
De cæloq́ Dei magni vos opprimet ira. Item:
O multum miſeri, perverſiq́, inſtabilesq́,
Quos juvat extincto vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importuníque tyranni,
Mendaces, pravi ſtudioſi, perfidioſi,
Detrectatores, mœchi ſcelerata ſerentes,
Nil formidatis ſupremi Numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam deſtinat ævi.
Non fletis paſſim, duri? ridetis, inepti?
Sardonium riſum ridebitis, horrida quando
Quam dico, torrensq́ Dei vos opprimet unda.

Et de præmiis bonorum, pœnisque impiorum ita loquitur:

Ἀφθάρτου Κτίσης αἰῶνι αἰθέρα ναίων
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν παρέχων πολὺ πλείονα μισθὸν:

Τοῖς ὴ κακοῖς, ἀδίκοις τε χόλον ἠ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον, ἔ λοιμὸν, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Auctor inextinctus, æternus, in æthere degens,
Et multò majora bonis bona præmia reddens.
Injustosq; malósque ira pœnisque coërcens.
Immittens bellum, pestem, tristésque dolores.

Omnia oracula hoc unum & idem continent, ut assiduis exhortationibus impios ad morum correctionem adducant.

Ex *libro regio* excerptum ad Samiam refertur:

Ecce dies, nigras tollet quæ læta tenebras
Mox veniet, solvens nodosa volumina vatum.
Gentis Judææ, referunt ut carmina plebis.
Tunc poterunt clarum viventum tangere regem:
Humano quem virgo sinu inviolata fovebit.
Annuit hoc cœlum, rutilantia sidera monstrant.

Ex *Aria Montano:*

Sulta tuum Judæa Deum cur noscere cessas?
Cur tibi felices abjicis ipsa dies?
Cur huic pungentem nectisque parásque coronam?
Cur misces Domino pocula amara tuo?

Ex *Lælio Cleopasso.*

Crudelis Judæa, malo stimularis ab æstro:
Contemnis regem cur furiosa tuum?
Morti damnatum potu satiabis aceti?
Próque cibo fellis dira aconita dabis?
Spinosóque caput sacrum diademate vincis?
Væ miseræ! summi est iste Propago Dei.

Ex *inscriptionibus Senensibus:*

Tu enim, stulta Judæa, Deum tuum non cognovisti ludentem mortalium mentibus: sed etiam spinis coronasti eum, horridumq; fel miscuisti.

HELLE

HELLESPONTIACA SIBYLLA.

OCTAVAM hanc Sibyllam Helleſpontiacam *Heraclides Ponticus* Platonis & Ariſtotelis auditor ſcribit natam fuiſſe Marpeſſi; quod eſt oppidum Troadis prope Gergethium: eamq; vixiſſe Cyri ac Solonis tempore: Anno nempe mundi 3403. Ante CHRISTUM 559. Ea olim propter patriam vocata eſt Marpeſia nomine Demo. Quidam Deiphobem Glauci filiam, eamq; eſſe volunt, quam Æneas conſuluit, cùm ex Troade veniſſet in Italiam. Sed ſuperiùs oſtendimus Deiphoben fuiſſe Cumæam: Quidam hanc non ex Marpeſſo, ſed ex Marmiſſo vico Troadis ortam volunt: ſed controverſia hæc levis eſt, cùm duo illa nomina idem oppidum ſignificant. Eamq; oracula reddidiſſe fama celebri Olympiade ſexageſima certum eſt.

Ea prædixiſſe fertur CHRISTUM æternum DEI æterni Filium eſſe:

Ἀθανάτῳ μέγαν Υἱὸν ἀοίδιμα σὺν φρενὸς αὐδῇ·
Ὦ θρόνου Ὑψίστου γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι

Μήτε γενηθέντος· ἀπὸ δὲ ζάρκα τὸ θνητὸν
Ἠγέρθη, πρόχοαῖς δ' ἀπολουόμενον ποταμοῖο
Ἰορδάνου.

Æterni magnum natum cano pectore abimo,
Cui solium Genitor tribuit Supremus habendum
Nondum progenito. Siquidem de corpore duplex
Extitit. Est autem prolutus fluctibus amnis
Jordani.

In CHRISTI adventu cecinit homines fruituros omnium rerum ubertate, & felicitate, qualis fuit olim tempore aurei sæculi:

Καὶ τότε δὴ χαρὴν μεγάλην Θεὸς ἀνθρώποισι δώσει·
Καὶ γὰρ γῆ, καὶ δένδρα, καὶ ἄπειρα τέκνα γαίης
Δώσουσιν, καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι,
Οἶνον καὶ μέλιτος γλυκέος, λευκῆς τε γάλακτος,
Καὶ σῖτον, ἅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἅπασι.

Tunc quoque gaudium magnum Deus mortalibus dabit,
Nam & terra: & arbores,
Dabunt fructum verum hominibus.
Vini, & mellis dulcis, albiq; lactis,
Et frumenti, ut est optimum mortalibus.

Hanc rerum omnium ubertatem, describit pluribus versibus Erythræa Sibylla, *lib. oraculorum* 3.

Γῆ γὰρ παγχρύσειος βροτοῖς δώσει τὸν ἄπαντα
Καρπὸν ἀπειρέσιον σῖτον, οἶνον καὶ ἐλαίου·
Αὐτὰρ ἀπ' ἐρεμνόθεν μέλιτος γλυκεροῦ ποτὸν ἡδύ
Δένδρεά τ' ἀκροδρύων καρπὸν, καὶ πίονα μῆλα.
Καὶ βόας, ἠκ τ' ἀρνῶν ἄρνας, αἰγῶντε χιμαίρους.
Πηγάσσ τε ῥήξει γλυκεροὺς λευκοῖο γάλακτος·
Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν, καὶ πίονες ἀγροὶ
Ἔσσονται· οὐδὲ μάχαιρα κατὰ χθονὸς, οὐδὲ κυδοιμός,
Οὐδὲ βαρυστενάχουσι σαλεύσετε γαῖαν ἐπ' ἀμφὶ.
Οὐ λιμὸς, καρπῶν τε κακορρήτειρα χάλαζα.
Ἀλλὰ μὲν εἰρήνη μεγάλη κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Ἀνθρώποις πελέσειεν ἐν ἐρσενῷ ἀστερόεντι
Ἀθάνατός θ', ὅσα πέπρακται θνητοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.

Nam terra omniparens, fruges mortalibus almas
Edet inexhaustas olei, viníque, cibíque.
Dulciáque ex alto cœlo rorantia mella,
Arboreos fructus, nitidas pecudésque, bovésque,
Agnos, atque agnas pingues, hœdósque caprarum;
Et niveo fontes erumpent lacte suaves,
Oppida plena bonis, & pinguia culta vigebunt.
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus.
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus.
Nec bellum, nec erit sentorum squalor agrorum.
Aut famis, aut fruges vastantis grandinis horror.
Verùm pax terris florebit in omnibus alta:

Ad

Ad metasq́ dati regem rex diliget ævi.
Communémque Deus toto componet in orbe
Æternus legem, cæli qui sidera torquet.
Qua quicquid facient mortales lance librabit,
Nam solus Deus est, & nescit habere secundum.

Non absimilia his prædixit Sibylla Cumæa, quæ *Vergilius Ecloga 4. Pollionis* recitat.

Hæc quoque Hellespontiaca, sicut & cæteræ, venturum mundi finem prophetizavit: ac DEI Filium futurum judicem vivorum & mortuorum: redditurúmque unicuique secundum opera sua.

Ἔσται γάρ τε τοῖς τόσσον ὑπὲκ χθονὶ μαινόμενον πῦρ: *Mundi finis.*
Ὅσσον ὕδωρ ῥοῦσι, καὶ ἐξολέσσι χθόνα πᾶσαν.
Φλέξει ὄρη, καύσσι ποταμοὺς, πηγάς τε κενώσι:
Ἔσται κόσμῳ ἄκοσμος ὑποπλυμένων ἀνθρώπων:
Καιόμενοι ἢ κακῶς τότε τλήμονες ἐμβλέψουσιν
Οὐρανὸν, ὅτι ἄστροις ἀλλ' ἐν πυρὶ κεκμηῶτα.

Tantus enim terris insaniet ignis, aquæ vis
Quanta fuit: Terram delebit funditùs: uret
Montes, siccabit fontes, fluviósque cremabit:
Mundus erit jam non mundus: populiq́ peribunt:
Heu miseri ardentes, & cælum suspicientes!
Cælum non astris rutilum, sed ab igne laborans.

Deus ad judicium veniet, ut judicet mundum universum:

Αὐτὸς Παντοκράτωρ ὅταν ἐλθὼν βήματι κρίνῃ *Judicium extremum.*
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, ἠ κόσμον ἅπαντα.
Κ' ὅτε γονεῦς τέκνοισι φίλοι, ἠ τέκνα γονεῦσι
Ἔσονται, πρὶν δυσσεβίλιο, καὶ θλίψιν ἄελπτον.

Cùm Pater Omnipotens veniet, solióque sedebit,
Ut vivos functosq́, & totum judicet orbem,
Tunc nec amicus erit nato pater, ipséve patri
Filius, ob subitos casus, atque impietatem.

De civitate renovata post mundi exitium, in qua regnabunt justi æterna beatitudine, & felicitate, hoc modo locuta est:

Καὶ πάλιν ἣν ἐποίησε Θεὸς αὐτὴν ἐποίησε
Λαμπρολέεσσιν, ἄστρων, καὶ ἠελίῳ, ἠδὲ σελήνης.

Et civitatem quam fecit Deus, ipsam fecit
Splendentem astris, & Sole, & Luna.

Cum DEO regnabunt justi, in vita permanente in æternum:

Κλῦτε δέ μοι μερόπες Βασιλῆς αἰῶνι ἄρχει.

Prædixerat hæc quoque CHRISTI passionem, & tenebras, quæ in illius morte medio die sine ulla naturali causa contigerunt:

Αὐτὸς γὰρ πάντων ἀκοὴ, ἠ νῶς, ἠ ὄρασις;
Καὶ λόγος ὁ κλίζων μορφὰς, ὧν πάντ' ἐπακούει,
Καὶ νεκύας ζώζων, πᾶσαν τε νόσον θεραπεύων:
Εἰς ἀνόμων χεῖρας, ἠ ἀπίστων ὕβριν ἦξει.
Καὶ δώσουσι Θεῷ ῥαπίσμασι χέρσιν ἀναίνοις.
Εἰς ξύλον βρῶμα χολὴν εἰς δίψαν ὄξος ἐδώκαν.

Τῆς

Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτης πίζωσι τράπεζαν.
Ναὸς μυθῆ καταπέταζμαι, καὶ ἤματι μέσῳ
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώρι& ἐν τριζὶν ὥρῃσι.

Ipse cunctorum auditus, & mens, & visus
Et sermo creator fortunarum, cui omnia parent.
Qui mortuos salutos servat, qui omnem morbum sanat.
Hunc tandem nostræ scelerata & perfidiosæ
Contundent alapis palmæ (proh crimina!) Divum.
Felle fames ejus, sitis illudetur aceto.
Hanc apponet ei, tunc scilicet hospita mensam:
Scindetur templi velum: mediumq; diei
Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.

De his tenebris, quæ in morte Servatoris contigerunt, ita loquitur *Amos Propheta*: *Et erit in illa die, dicit Dominus, Occidet sol meridie: & obtenebrabitur dies lucis.* Idem quoque notat *Hieremias*: *Exterrita est quæ parit, & tæduit animæ, quia occidit sol ei, cùm adhuc medius esset dies.*

De hac quoque Eclipsi ferunt ita locutum Philosophum; cùm videret obtenebratum solem præter interventum Lunæ, aut alterius corporis, in admirationem raptus exclamavit: Aut Deus patitur, aut rerum Natura deficit.

Eversionem & ruinam Urbium Asiaticarum prævidit, & his verbis enunciavit Sibylla:

Ἀλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόῳ ζοφὸς ἐγγυαλίζει;
Ἅρπι ἔ σε τλήμων Ἀζίη κατοδύρομαι οἰκτρῶς,
Καὶ γλῶ& Ἰώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύζων.
Αἰ αἴ ζάρδεις: αἰ αἴ παλυήρεπτε τράϊλις.
Αἰ αἴ Λαοδίκεια καλὴ πόλι: ὡς ἀπολεῖσθε,
Σειζμοῖς ὀλλύμεναί τε, καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι.
Ἀσίη τῇ δυσφερῇ, Λυδῶν τε πολυχρύζων
Ἀρτέμιδ& σηκὸς Ἐφέζε πηγυμέν& χάσμασι δ' ἐζειζμοῖσι πόθ' ἥξεται εἰς ὅλα δεινὰ,
Πελώρης ὡς ὅτε νῆας ὑπικλύζωσι ἀέλλαι:
Ὑψια δ' ὀιμώζει Ἔφεζ& κλαίουσα παρ' ὄχθας,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα, τὸν οὐκέτι ναιετάουζα.

In Urbes Asiæ.

Verùm quid tandem sapiens mihi suggeret hæc mens?
Te te, Asia infelix, tristi deploro querela.
Ionumq; genus, Carumq;, auroq; scatentum
Lydorum. Heu Sardis, heu multùm Trallis amœna!
Heu Laodicea urbs pulchra! Peribitis ergo
Motibus eversæ terræ, pulvisq; redactæ
Asia caliginosæ Lydorum auroq; potentum.
Ast Ephesi structum Dianæ nomine fanum
Motibus, & vasto subter mare sidet hiatu
Præceps, ut naves rumpunt si quando procellæ.
Et lacrymas Ephesus recubans ad littora fundet:
Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.

Gergethii hanc Phœbadem suæ urbi attribuunt: cujus effigiem in suis monetis sculpere erant soliti, una cum sphynge: qua ostendebant Prophetissam hanc suam multa sacra mysteria per obscura ænigmata hominibus communicasse.

Illi dantur sequentes versus ex *codice regio* deprompti:

Dum

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam
Eximio (castam quòd se servasset) honore.
Munere digna suo, & Divino munere visa,
Quæ sobolem multo pareret splendore micantem.
Progenies summi speciosa, & vera Tonantis,
Pacifica mundum qui sub ditione gubernat.

Ex *Lælii Cleopassi Hydruntini* poëmatibus:

Virgo, cui cedunt ullo sine lilia nævo,
Electa es magnum ut sis paritura Deum.
Ille sacrum effundet suscepta morte cruorem,
In quo certa hominum sanguine posta salus.
Post triduum quoniam devictâ morte resurgens,
Æterno regnat cum Genitore Deus.

Ex *Aria Montano:*

Dixerat hæc: Summa è cæli Deus optimus arce
Curabit mites, respicietq; pios.
Humanoq; habitu veniet de virgine natus
Hebræa, in terris conspiciendus homo.

Ex *inscriptionibus Senensibus.*

In cibum fel, in potum dederunt acetum. Hanc inhospitalitatis monstrarunt mensam. Templi verò scindetur velum: & medio die nox erit tenebrosa tribus horis.

Ex *Ruillio:*

Ex alto cæli palatio Deus humilitatem suorum servorum despexit, & nascetur ex Hebræa virgine, & patietur pro peccatis nostris.

Ex *Garsone:*

Ille Dei Legem complebit, non violabit,
Persimilem formam referens, & cuncta docebit.

PHRYGIA SIBYLLA.

Responsis quondam celebrata est Ancyra nostris,
Concepto incaluj quando animata Deo.

COELIVS *Rhodiginus lib.* 14. *cap.* 1. dicit, hanc Phrygiam Phœbadem proprio nomine vocatam fuisse Sibyllam; ubi scribit, *Dardanum Samothraciâ relictâ in Phrygiam venisse ad Teucrum regem, cujus filias duas uxores duxit Batiam, & Nesonem: ex Nesone nata est filia fatidica, quæ spiritu fatidico, & divino afflata, populis sciscitantibus responsa de futuris pronunciabat, nomine proprio dicta Sibylla: quapropter summo honore culta est in Asia, propter communicationem, quam credebatur habere cum Apolline, qui illi inspirabat oracula admiranda.* Ea utplurimùm responsa sua dedit Ancyræ, quæ est urbs Asiæ minoris, inter Paphlagoniam & Galatiam. Lege de ea *Lactantium lib.* 1. *Divinarum institutionum, cap.* 6. Pythonem habere credita est, hoc est, Apollinem familiarem, qui Genius Pythius, vel Dæmon vocabatur, cujus instinctu vaticinabatur futura. De quo ita scribit *S. Ambrosius, commentario in Epistolam ad Corinthios cap.* 2. *Spiritus mundi hic est, per quem corripiuntur fanatici, qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos Spiritus potior: unde solet conjecturis quæ mundi sunt divinare, quem Pythonem appellant.*

Ambrosius de Pythone

Hic

Hic est qui per verisimilia fallitur, & fallit. Hic est qui per Sibyllam locutus est sensum nostrorum secutus, locum volens inter cœlestes habere. Superiùs in historia Apollinis diximus illum sibi divinitatem attribuisse, cùm unum quidem Deum summum, æternum, omnipotentem, ingenitum, in igne habitantem confitetur, quia id negare non poterat: sed se huic Divinitati summæ participem quoquo modo statuit, dum ita de seipso loquitur:

Μικρὰ ἦ Θεὸ μερὶς Ἄγγελοι ἡμεῖς.

Parva autem Dei pars Angeli sumus.

Neque tantùm Delphis, aut in Delo, ubi præcipuæ sedes erant Apollinis, sed etiam multis aliis in locis Phœbades istæ Sibyllæ prophetizabant Pythone intra se recepto. De qua ita *Jamblichus* ad Porphyrium scribit: *Sibylla in Delphis duplici ratione Deum suscipere solita est. Aut enim per tenuem Spiritum, & ignem, qui alicubi ex ore quodam antri prorumpebat: aut ipsa etiam in adyto sedens super æneam sellam, quæ tripes, vel quadrupes foret, Numinique dicata: & utrobique divino illo Spiritu acta fundebat vaticinia. Itaque cùm plurimus ignis ex antro evolans vati undique circumfunditur, eámque suo numine repletam agitat: aut item sacratæ sedi adhæret; per quam Deo afflata in vaticinia erumpit:* *Jamblichus de Sibylla.*

Phrygiam hanc ferunt CHRISTI nativitatem secundùm carnem ex virgine Maria prædixisse, quam illi Angelus DEI annunciavit:

Ὑψηλοῖς τε χρόνοις χθόνα ἡμείψατο *
Καὶ βραχὺς ἐλθὼν Παρθένου ἐκ Μαρίας λαγόνων τε
Ἐξανέτειλε νέον φῶς *
Οὐρανόθεν ἦ μολὼν βροτέῳ ἐνεδύσατο μορφῇ
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ θεναρὸν δέμας ἀγνὸν ἐδείχθη·
Δεύτερα καὶ κέλευ Αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ.
Δέξαι ἀχραντοισι Θεὸν ζοῖς ὦ Πάρτενε κόλπους.
Ὡς εἰπὼν, ἐμπνεύσατε Θεὸς χάριν, ἡ δ' ἀεὶ κύρη
Τλῶ ἄρα τάρβος ὁμῶ ἁμβρος θ' ἕλεν ἐξαίφνης:
Στῆ δ' ἀρ' ἀποτρομέουσα, νέος ἦ οἱ ἐπποιήτο
Παλλομένης κραδίης, ὑπὸ ἀγνώστοισιν ἀνυσσαῖς.

Temporibúsque petit postremis terram *
Et brevis egressus Mariæ de virginis alvo
Exorta est nova lux. *
E cœlo veniens mortales induit artus.
Ac primùm corpus Gabriel ostendit honestum
Nuncius, hinc tali affatur sermone puellam:
Accipe, virgo, Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: ast illam cœlestis gratia molli
Leniit afflatu. Tum virginitatis amatrix
Perpetuæ, magno subitò correpta stupore,
Atque metu, trepidâ pressit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiscens.

Christus ex virgine natus.

Annunciavit etiam CHRISTUM mortem passurum pro nobis, descensurum ad inferos, ac tertio die resurrecturum:

Ἥξει δ' εἰς Ἀΐδαο ἀγγέλων ἐλπίδα πᾶσι.
Καὶ θανάτου μοῖραν τελέσας τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας:
Καὶ τόθ' ὑπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει.
Πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχηγὸς ὑποδείξας.

Christi resurrectio.

Πρῶτα μὲν τοῖς ἰδίοις φανερὸς τότε κύριος ἔσται
Σάρκινος, ὡς πάρος ἦν, χερσίν τε ποσίν τ' ὀπιδείξει
Τέσσαρας τοῖς ἰδίοις ἴχνη πηχθέντα μέλεσιν.

Deveniétque (bonam ſpem portans omnibus) Orcum,
Et tridui ſomnō peraget mortalia fata.
Tum demum linquet Manes, lucémque reviſet
Prima reſurgendi Lectis veſtigia monſtrans.
Porrò ſuis primum Dominus patefiet, erítque
Corporeus, ſicut fuit antè, manúsq; pedésque
Oſtendétque impreſſa ſuis veſtigia membris Quatuor.

Proteſtatur etiam ſe ex DEI præcepto annunciare omnibus impiis iram divinam propenſam imminere iis, qui non reſipiſcent:

Ira Dei in impios.

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ὀπὶ κόσμον ἀπειλῆ
Ἔχαπον εἰς αἰῶνα Θεοῦ μιῦύματα φαίνω,
Πᾶσι θεοφηλοῦσα κατὰ πολὶν ἀνθρώποισι.

Terribiles toti mundo Divinitùs iras
Poſtremi ſæcli venturas tempore pando:
Omnibus humanis effando futura per urbes.

In Idololatras invehitur: illisque furorem DEI ſummi inſtare oſtendit brevi, in ultionem impietatis illorum:

Ταῦτα μοὶ Αἰγύπτῳ Θεὸς ἔννεπεν ἐξαυδήσαι:
Ὑστάτίῳ καιρῷ ὅτε πάνκακοι ἄνδρες ἔσονται:
Ἀλλὰ παλαιπορέσι κακοὶ κακότητα μιμνόντες
Ὀργὴν Ἀθανάτοιο βαρυκτύπου Οὐρανίωνος.
Ἀντὶ Θεοῦ ἢ λίθους, καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες:
Πολλὰ μάλ' ἄλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδείς
Οὐ νοῦς, οὐκ ἀκοή.
Ἐξ ἰδίων ἢ κόπων ἢ ἀταθαλίων ὀπινοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο Θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, ἀργυροῦς τε, καὶ ἀργυρέους τε ματαίως,
Ἀψύχους, κωφοὺς, καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο, μάτην γε πεποιθότες ἐν τοιαύτοις.

In Idololatras.

Hactenus Ægypto Deus hæc me dicere juſſit:
Tempus ad extremum, quo gens humana futura eſt
Peſſima: ſed durántque, malíque malum opperiuntur
Iram immortalis, cæleſtis, & altitonantis:
Próque Deo lapides, & ficta animalia multâ
Relligione colunt trepidi, diverſáque: quorum
Non ullus ſermo, mens nulla, auditio nulla eſt.
Quos nempe creavit
Humanaq; manus labor, atque induſtria mentis;
Accepêre Deos ſtulti, ſaxóve, velauro,
Ære, velargento factos, lignóve dolatos,
Exanimos, ſurdos, conflatos ignis in æſtu.

Judicium poſtremo ſæculo futurum eſt: quo Deus æterno ſedens tribunali judicabit reges, omnésque homines:

Judicium Dei.

Ταρτάρεον ἢ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ἥξουσιν δ' ὀπὶ βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.

Terra

Terra tunc candens ostendet Tartareum chaos,
Veniéntque ad tribunal Dei reges omnes.

Signa tamen & portenta præcedent, quæ de cœlo innotescent, & adventum Domini hominibus annunciabunt:

Σάλπιγξ ἐξανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσι.

Tuba de cælo vocem lamentabilem emittet.

Et ut superiùs dictum est de iisdem venturi Judicii signis:

Ἐν ᾧ τόδε ζῆμα τέτυκται)
Ῥομφαῖαι, ζάλπιγγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι
Κόσμος ἅπας μύκημα, καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσῃ.

Signúmque dabunt hæc
Enses, atque tubæ simul, & sole exoriente
Terribilem sonitum, mugitúmq; audiet omnis Mundus.

Mali atque impii pœnis æternis involuti crucia buntur:

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι.
Τῶν ἀνόμων ψυχαὶ ὀλολυγμοῖσι τε φόβῳ τε,
Τικόμεναι ἢ λιμῷ, δίψῃ; λοιμῷ τε, φόνοις τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν; καὶ φεύξεται ἀπ' αὐτῶν.

Humanæq; animæ frendebunt dentibus omnes:
Vexabuntq; malos ululatus, atque timores:
Cædibus, atque siti, fame; pestéque deficientes.
Optandumq; mori dicent, fugiétque vocantes.

Fusiùs has impiorum pœnas describit Erythræa *lib.* 2. ubi ait:

Ὀργὴ ἀπυρείνοιο, καὶ ἀφθάρτοιο Θεοῖο
Κίονι περιπελάζεται, ὅσσα πυρὶ κύκλον ἅπαντα
Ἀκάματος ποταμὸς ῥεῖ πυρός: τοῦ δ' ἅμα πάντας
Ἄγγελοι ἀθανάτοιο Θεοῦ δέδεν ἐόντας
Ἐν φλογίναις μάσιξι, καὶ ἐν πυρίναις ἁλύσεσι
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοισι περιφύξαντες ὑπερθεν
Δεινοτάτως κολάζουσιν. Ἔπειτα δὲ νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἐν γεένῃ θηροὶν ὑπὸ ταρταρέοισι βαλοῦσι)
Πολλοῖς δειμαλέοισιν, ὅσσα σκότος ἐστὶν ἄμετρον.

Hos immortalis incorruptique columnæ
Ira Dei affiget, quam circuit undique flumen
Indefesso igni manans: & eos simul omnes
Æterni Patris Genii nunquam intereuntis
Ignitis flagris, inflammatísque catenis
Insuper infractis vinclis, arctísque revinctos
Diris torquebunt pœnis. Dein noctis in umbra
Objicient monstris sub Tartara tetra gehennæ
Multis horrendis, ubi nox tenebrosa perennat.

Subjicit & præmia immensa, quibus pios cumulabit Deus, & beabit eos, qui justè vixerint in vita æterna.

Τοὺς δ' ἄλλους, ὁπόσοις τε δίκη, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν,
Ἠδὲ καὶ εὐσεβίηπε, δικαιότατοί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι ἅμα αἰθομένῳ πολέμοιο

Piorum merces.

Εἰς φᾶος ἄξουσιν, καὶ εἰς ζωλν ἀμεμπτον.
Ἔνθα τέλει τρίβος ἀθανάτου μεγάλοιο Θεοῖο.
Ἄλλῳ δοποσήσας πέμψει διὰ λαὸν ἑαυτοῦ.
Εἰς ζωλν ἑτέρην, ἢ αἰώνιον ἀθανάτοισιν
Ἠλυσίῳ πεδίῳ.

Ast alios, qui jus æquum coluêre, bonumq́,
Et quibus & pietas, & mens fuit optima cordi,
Sublatos Genii rapidum per fluminis æstum
Ducent in lucem, & securæ munera vitæ.
Immortalis ubi magni via trita Tonantis.
Perq́, suos aliam in vitam mandabit, eamq́,
Æternam nullo morituris tempore, campo
Scilicet Elysio.

Fient enim hæc omnia post resurrectionem mortuorum. Dum omnes homines in sua carne restituti coram Deo comparebunt:

Resurrectio mortuorũ.

Καὶ τότε ἀναστήσας νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας
Καὶ θανάτου κέντρον.

Et tunc excitans mortuos Parcarum fata resolvet,
Et mortis aculeum.

Hanc mortuorum resurrectionem inculcare videtur Prophetissa Sapiens, quòd suo tempore, multi Philosophi, qui animarum immortalitatem non negabant, impassibiles tamen eas, immunésque à doloribus asserebant, postquam separatæ essent à corporibus: quorum tamen resurrectionem irridebant. Pauci enim fuerunt inter antiquos qui hanc resurrectionem admiserint, impossibile judicantes corpora tot sæculis consumpta, & redacta in terram, vel à feris devorata, & in vorantium substantiam conversa, sicut cætera alimenta, redire posse in integrum. Sibylla, ut horum opiniones falsas refutaret, ostendit Deum omnipotentem, qui ex nihilo omnia creavit, ex creatis labefactatis posse restaurare opus perfectum. Animas verò, licèt sua tenuitate, neque videri neque sentiri possint, DEO tamen qui potest omnia, comprehensibiles esse: qui sceleratos judicabit secundùm peccata, quæ admiserint in vita: idque non ignotum fuit *Vergilio*, qui *sexto Æneïdos* ita loquitur de animalibus, quæ in mortalibus his corporibus habitant.

Animas post mortẽ impassibiles impii judicant.

Igneüs est illis vigor, & cœlestis origo;
Seminibus quantùm non noxia corpora tardant,
Terreníque hebetant artus, moribundáque membra.
Hinc metuunt, cupiuntq́, dolent, gaudentq́: nec auras
Reſpiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & supremo cùm lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitúsque necesse est
Multa diu concreta modis coalescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos. aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Scilicet corporibus.

Sed hîc neque *Vergilii* auctoritate, neque aliorum Gentilium Philosophorum documentis opus habemus, ad probandum malos & impios graviſſimis supplicíis punitum iri: Sacræ id literæ, ac Prophetæ hoc ubique inculcant hominibus, illos ad pœnitentiam peccatorum revocantes. Et ipsa veritas JESUS CHRISTUS

Servator noster testatur se dicturum impiis, qui coram ejus tribunali post resurrectionem postremam sistentur: *Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Satanæ, & ejus sectatoribus.* Recipient enim mali in resurrectione, sicut & boni, corpora insolubilia, & permanentia in æternum, ut animæ, quæ in prima carne peccatis Deum offenderunt, in iisdem corporibus restauratis sufficere possint cruciatibus, atque igni æterno:

Asiaticis populis multa mala imminere pronunciat his verbis:

Ἀσὶς δ' ἡ μεγάλη τότε πάμφορος ἔσεται ὕδωρ:
Καὶ Κρήτης πεδίον. Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα.
Καὶ Πάφος αἶξει δεινὸν μόρον, ὥς τε νοῆσαι:
Καὶ Σαλαμῖνα πόλιν μεγάλην μέγα πῆμα παθοῦσαν,
Νηὸν μὴ χέρσος ἄκαρπος ἔσ' ἠόνος ἔσεται αὖθις:
Ἀκρὶς δ' οὐκ ὀλίγη χθόνα Κύπριον ἐξολοτρώσει:
Εἰς Τύρον ἀνόμοροι μέροπες κλαύσεσθε βλέποντες:
Φοινίκη, δεινός σε μένει χόλος, ἄχεα πλεῖν σε:
Πτῶμα κακὸν Σειρῆνες ὅσσως κλαύσωντιν ἀληθῶς.

Tunc Asia illa ferax rerum redigetur in undas.
Cretáq; campus erit: feret & mala tristia Cyprus:
Et Paphus, ut sapiat, patietur tristia fata.
Et Salamina urbem magnam mala tristia passam
Tunc erit infelix, sterilisque in littore tellus.
Cypria non paucæ vastabunt arva locustæ.
Spectandóque Tyron mortales flebitis ægri.
Phœnice, gravis ira tibi est ventura, ruinam
Ut verè plorent casum Sirenes acerbum.

Et paulò post de Asia loquens in hæc verba prorumpit:

Εὐθὺς βάρβαρος ὄχλος ἐς Ἀσίδα γαῖαν ὁδεύσει,
Καὶ Θρῃκῶν ὀλέσει δεινῶν γένος, ὡς ἀλαπαδνόν:
Καὶ τότε θυμοβόροι μέροπες κατέδονται γονῆας,
Αἱμῷ τειρόμενοι, καὶ ἐδέσματα λαιφάσσοντ).
Πάντων δ' ἐκ μελάθρων θῆρες κατέδονται τράπεζαν.

Protinùs invadent Asiæ oras barbara turba:
Et duros perdent, tanquam sine robore, Thracas;
Tunc homines mœsti vescentur carne parentum
Et tales epulas, fame sic urgente, vorabunt.
Præbebítque feris mensam domus omnis.

Ad Phrygiam Phœbadem versus hi referuntur ex *antiquo Regio* exemplari:

Ipsa Deum vidi summum, punire volentem
Mundi homines stupidos, & pectora cæca rebellis.
Et quia sic nostram complerunt crimina carnem,
Virginis in corpus voluit descendere cælo
Ipse Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri: quò miseros contracta sorde levaret.

Ex *Lælio Cleopasso:*

Occupat ecce Deus summus cæleste tribunal:
Terribilique sonum duplicat ære tuba.

Ecce

Ecce iterùm Manes furvo revocantur ab Orco;
Corpora de tenebris quò rediviva petant.
Grata bonis lux ista: malis sed plena dolorum:
Hi pœnas, illi gaudia certa ferent.

De ea *Arias Montanus:*

Terribili resonante tubâ terra ima dehiscet:
Sistentur reges ante Dei solium:
Ille bonis, atque ille malis feret ultima jura:
His ignem, æternas delicias aliis.

Ex *inscriptionibus Senensibus:*

Tuba de cœlo vocem luctuosam emittet. Venient ad tribunal Dei omnes reges. Deus ipse judicabit simul pios, & impios. Tunc demum impios in ignem, & tenebras immittet. Qui autem pietatem secuti fuerint, iterùm vivent.

Ex *Ruillio:*

Tuba de cœlo sonum emittet horribilem, & lamentabilem. Terra abyssum maximam ostendet: & omnes reges sistentur ad tribunal Dei summi, qui judicium faciet de bonis & malis. Malos & impios mittet in ignem inextinguibilem. Sed qui Deum amaverint, & coluerint, quique exercuerint bonitatem, & fidelitatem, ii resurgent, & vivent.

Martianus Capella Phrygiam Sibyllam unam eandémque putat fuisse cum Cumæa: Quæ ex Troade venerit in Italiam, & Cumis reddiderit oracula.

TIBUR.

TIBURTINA SIBYLLA.

TIBURTINAM *M. Varro* collocat decimam in ordine, nomine Albuneam, ſive Leucotheam. Eam nonnulli Sarbin, vel Caſſandram, vel Taraxandram nominarunt. Illa propter excellentes futurorum prædictiones, & prophetias à divino inſtinctu profectas, ab incolis Anienis pro Dea patria culta eſt: maximè poſtquam in vivis eſſe deſiit. Illam templo, aris, & ſacrificiis decoraverunt. Tiburi enim ad Anienem fluvium, qui & Albula dictus eſt, ſua reddidit oracula: populumq; inſtruxit documentis ſalubribus: quo modo, & qua ratione Deus ſolus & unus coli vellet: juſticiam ſervandam inter homines docuit: vivendum eſſe ex æquo & recto: vinculum ſocietatis humanæ inviolabile ſervandum: integritatem vitæ ſectandam: nec quicquam admittendum, quod jus concordiamq; humanam vitiare poſſet. Multis poſt illius mortem annis inventa eſt ejus ſtatua lapidea librum manu tenens, quam incolæ repererunt in profundo Anienis gurgite. Eam ſimul cum Sibyllæ ſcriptis Senatus ſolenni pompa, & ceremoniis Romam transferri curavit, & in templo Jovis Capitolini reponi: ubi aſſervaban-

vabantur reliquarum Sibyllarum libri. *Plinius lib.* 34. ſcribit ſuo tempore tres Sibyllarum ſtatuas pro Roſtris poſitas Romæ: de qua re etiam ſuperiùs paulò attigimus.

Scripſit multa de diverſis caſibus, & damnis, quæ Italiam, aliásque regiones vexarunt; déq; uno DEO ſummo, de pietate ſequenda: inter quæ, hæc quæ ſequuntur annumerari poſſunt:

Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι χθὼν γαῖαν ἔδουσι),
Ὅσοι δὴ σέβεσι μέγαν Θεὸν ἀθανάτοισιν·
Πρὶν φαγέειν, πίειν τε, πεποιθότες ὁσιότητι.
Οἱ νηοὺς μὲν πάντας ἀποστρέψουσιν ἰδόντες.
Καὶ βωμοὺς εἰκαῖα λίθων ἀφιδρύματα κύφων.
Αἵματιν ἐμψύχων μεμιασμένα, καὶ θυσίῃσιν
Τετραπόδων. Βλέψουσι δ' ἔνθα θεοὶ εἰς μέγα κῦδος.
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον,
Κέρδος ἄεικες ἑλόντες, ἃ δὴ ῥίζησα τέτυκται.
Οὐδ' ἀρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες:
Οὔτ' ἄρσεν ἄρσενος ὕβριν ἀπεχθήσονται συνερλώτε.

Felices hominum illi verſabuntur in orbe,
Qui felices. *Qui laudare Dei ſupremi Numen amabunt,*
Ante cibum & potum, freti pietatis amore
Omnia qui viſu templa avertentur, & aras,
Et lapidum vanas ſtupidorum ponderе moles.
Sacrificio fœdas animantum, quadrupedúmque
Sanguine; ſuſpicient q. Dei decus unius ingens:
Nec diram facient cædem: neque lucra parabunt
Grandia per furtum, quæ ſunt deterrima planè:
Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile:
Maſcula nec turpi maculabunt corpora tactu.

In Romam quoque acriter invehitur, propter Principum populíque ſuperbiam, & crudelitatem: illiq; declarat pœnas, & deſolationem, quæ illi propter ſcelera & impuritatem evenient:

Μοιχείας θεὰ σοὶ, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυχρὼς, ἄδικός τε, κακὴ πόλι δύζμορε πασῶν.
Αἰ αἰ πάντ' ἀκάθαρτε πόλι Λαλινίδος αἴης,
Μαίνας ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθεδεῖο παρ' ὄχθας:
Καὶ ποταμὸς Τιβερεὶς σε κλαύσεται θεὰ θεάκοιτιν:
Ἥτε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμὸν.
Οὐκ ἔγνως τὶ θεὸς δυνάται, τὶ δὲ μηχανᾶται:
Ἀλλ' ἔλεγες, μόνη εἰμὶ, κ ἀδεὶς μ' ἐξαλαπάξει.
Νῦν δέ σε καὶ ζῶς πάντας ὀλεῖ θεὸς αἰὲν ἐὼν ἀρχῶν.
Κ' οὐκ ἔτι ζῶς σημεῖον ἔτ' ἔσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ὡς τὸ πάλαι: ὅτε ζωὸς ὁ μέγας θεὸς ἔβλεπε τίμας.

Mater adulterii, mariúm teterrima nutrix
In Romam. *Concubitus, Urbs mollis, iniqua, ſceleſta, nefanda,*
Eheu! Urbs terræ prorsùm impurata Latinæ,
Mœnas viperea, ad ripas viduata ſedebis:
Téque ſuam uxorem Tiberis lacrymabitur amnis.
Impius eſt animus tuus, & cor cæde cruentum.

Neſcis

Nescis quid possit Deus, aut quid cogitet: atque
Sola, inquis, ego sum: non sum superabilis ulli.
Nunc Deus æternus disperdet téque tuósque.
Nec super ulla tui in terra monumenta manebunt,
Ut quondam, magnus tibi cùm Deus auxit honores.

Dum dicit proposuisse hominibus viam rectam & malam. Pios viæ rectæ insistere: malos autem per viam mortis ad æternam perditionem sine judicio properare:

Αὐλὸς ὁδὸς προέθηκε δύο ζωῆς, θανάτοιο τε. *Via vitæ & mortis.*
Καὶ γνώμην προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι.
Αὐτοὶ δ' εἰς θάνατον, καὶ πῦρ αἰῶσιν ἔεψαν.

Ille vias posuit binas, vitæq; necisq;:
Proposuitque bonam menti sibi sumere vitam.
Sed sese in mortem æternam jecêre, & in ignem.

Addit statim postea quomodo pii vivere debeant, ut DEO summo, & immortali placeant: atque ita ex verbis DEI loquitur:

Εἰκὼν ἐς' ἀνθρώποισιν ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ δὲς καθαρὴν τε ἀναιμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν: καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον,
Καὶ διψῶντι ποτὸν, καὶ εἵματα χρωμένῳ γυμνῷ.
Ἐξ μόχθων ἰδίων πορίσας ἀγναῖς παλάμῃσιν,
Θλιβόμενον κτῆσαι, & τῷ κάμνοντι φίλησα.
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταυτὴν τῷ ζῶντι πόριζε.
Effigies mea homo est rectæ rationis alumna. *Piorum vita.*
Huic tu pone volens puram sine sanguine mensam,
Repletámque bonis: panem potúmque famenti.
Et sitienti da: nudum tege corpus amictu.
De proprio castis manibus largire labore.
Hæc à te detur Viventi victima vivens.

Hæc quoque superiùs, CHRISTUM venturum dicit ad bonorum liberationem, & tutelam:

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίου πέμψει Θεὸς Βασιλῆα, *Christus rex.*
Ὃς πᾶσαν Γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Tunc à sole mittet Deus Regem,
Qui omnem terram liberabit à bello malo.

CHRISTO Servatori patriam futuram Bethleem:

Σωτηρανόθεν ἦ βρέφος δείχθη θεοπαθέσι φάτνῃ, *Christus natus in Bethleem.*
Καὶ Λόγος ἡ Βηθλὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέγχθη.

Monstratusq; Dei præcepta sequentibus infans
In præsepe cubans, quem fascia circuit: estq;
Dicta Logi Bethlem divino patria nutu.

Ultimis temporibus homines justè ac piè victuros ostendit, ideò DEO procurante summa felicitate fruituros:

Τότε γλυκὺν καθαρὸν νοῦν *Felicitas piorum.*
Ἀνθρώπων, σώζει ἦ γῆ τὸν ζόον, ὡς πάρος ἦν ζοι
Οὐκ ἔλκ τις κόψει βαθιὴν αὔλακα γυρῷ ἀρότρῳ.
Οὐ βόες ἰθυντῆρας κάτω βάψουσι ζίδηρον.
Κλήματα δ' αὖτ' ἐς, ἀδὲ σάκχυες, ἀλλ' ἅμα πάντες
Μαίνλῳ πλὴ δροσερὴ λάχοις ὑπ' ὀδοῦσι φάγονται.
Σιὴ δ' αὐτοῖς ἔσται τότε χ Θεὸς, ὥς τε διδάξῃ.

Tunc hominum gignet puras in pectore mentes,
Restituétque genus, fuit ut tibi tempore prisco.
Jam nullus sulcos curvo proscindet aratro:
Terra nec à bubus ferro scindetur acuto.
Nec spicæ, nec erunt sarmenta: sed omnibus una
Roscida manna simul mandetur dentibus albis.
Nec Deus abfuerit illis, qui cuncta docebit.

Romæ iterùm minitatur exitium propter idololatriam & scelera:

In Romam.

Ἥξει ζοὶ πότ' ἀνωθεν ἴση, ὑψαύχενε Ῥώμη,
Οὐρανίῳ πλήγὴ, καὶ κάμψεις αὐχένα πρώτη.
Κ' ἀξεδαφισθήση, καὶ πῦρ σε ὅλιω δαπανήζει
Κεκλιμμύλω ἐδάφεσιν ἐοῖς, καὶ πλῆτο ὀλεῖ).
Καὶ ζὰ θέμεθλα λύκοι, ζ ἀλώπεκες οἰκήζεσι.
Καὶ τότ' ἔση πανέρημο ὅλως, ὡς μὴ γεγονῦια.
Πῆ τότε Παλλάδιον; ποῖο σε Θεὸς ἀφζώσει;
Χρυζῆς, ἢ λίθινο, ἢ χάλκεο; ἢ τότε πῆ σοὶ
Δόγματα Συγκλήτε; πῆ Ῥείης ἠὲ Κρόνοιο,
Ἠὲ Διὸς γλυεή; καὶ πάντων ὧν ἐσεβάσθης
Δαίμονας ἀψύχες νεκρῶν εἰδωλα καμόντων;
Ὧν κρήτη καύχημα τάφε ἡ δύζμορο ἴαχί.
Θρησκεύεζα θρόνοισιν ἀναιθήτοις νεκύεσιν.

Par tibi de cælo, sublimis vertice Roma,
Adveniet clades: & flexo vertice prima
Complanaberis, & tota absumêris abigni,
In tua devergens sola: divitiæq; peribunt.
Inq; tuis degent vulpesq;, lupiq; ruinis.
Tunc deserta, quasi nunquam sis nata, jacebis.
Tunc ubi Palladium? quis te Deus asseret auro,
Ære, vel argento factus? Consulta Senatûs
Tunc ubi sunt? ubi Rheæ, Saturniq; propago,
Aut Jovis? & quorum tot religiosa colebas
Manes exanimos, simulachráq; luce carentum,
Infelix quorum se jactat Creta sepulchris.
Sedibus exornans vitâ, sensuq; carentes.

Tradunt *Augustum Cæsarem* cùm ad summum perveniſſet Imperium, videretúrque totum orbem terrarum ſub ſua continere poteſtate, legiſſétque Sibyllinos verſus, qui dicerent eo tempore venturum ſummum Regem, ac rerum Dominum, qui mundi futurus eſſet Princeps: Prophetiam hanc de ſe latam arbitratum eſſe: dumque ideò intumeſceret, & ab adulatoribus, qui ſemper frequentes fuêre in aulis Regum, incitaretur, ut ſe Dominum compellari ſineret, divinisque honoribus coli: anxius ferebatur, dubius quid eſſet facturus. Nam eo tempore Regis nomen odioſum erat, Domini verò nimis ambitioſum. Suaſu igitur ſuorum Tiburtinæ Sibyllæ oraculum petivit, quæ in adyto templi Palatini (nunc *Aracœli* vocatur) evocata, aut potiùs Dæmon ſub ejus forma, comparuit: Imperatorémque in cœlũ oculos attollere juſſit: ubi illi oſtendit virginem formâ ſingulari, & divinâ facie micantem, quæ ulnis continebat Filium radiis lucis coruſcantem, qui in globo Lunæ cum matre diva ſedebat. Hunc, inquit Phœbas, verum Deum, verúmque hominem brevi ſuſtinebit tellus, qui mundi futurus ſit Rex, & Dominus: & hic ſolus inter homines colendus eſt, & adorandus. His Sibyllæ verbis motus eſt Auguſtus, neque

Auguſtus Sibyllam conſuluit.

neque in posterum expetivit titulum, qui homini non poterat competere: licèt animo esset admodum elato, & ambitioso; maluit tamen ab instituto desistere ultrò, & monitis divinis parêre, quàm obstinato animo admittere titulos DEO soli convenientes. Factúmque est, ut JESUS CHRISTUS, qui illi monstratus erat à Sibylla, Dei Filius, verúsque Deus, & verus homo sub Augusti regno secundùm carnem natus sit ex Diva virgine Maria, qui pro nostra salute passus, & mortuus in cruce, resurrexitque à mortuis sub Tiberio Cæsare, & in cœlum ascendit, ubi ad DEI Patris dexteram sedens, suæ Ecclesiæ præsidet, intercessor & mediator inter Deum, & homines.

Illi hos versus tribuit liber *antiquus Regius:*

Verax ipse Deus dedit hæc mihi munia fandi,
Carmine quòd sanctam potui monstrare puellam:
Concipiet quæ Nazareis in finibus illum,
Quem sub carne Deum Bethlemica rura videbunt.
O nimiùm felix cœlo dignissima Mater,
Quæ tantam sacro lactabit ab ubere prolem.

Ex *Lælio Cleopasso.*

Felix ante omnes Genitrix castissima matres,
Quæ nato præbes ubera pura Deo.
Vagitu in primo Bethlemica rura videbunt
Regem hunc: cui Solymæ fata cruenta parant.
Discite justiciam, mortales: judice namq; hoc
Quæcunq; existunt ultima fata ferent.

Ex *Aria Montano:*

Excipiet natum Christum clarissima Bethlem:
Nazaret agnomen, notitiamq; feret.
O felix, cui contigerint hæc pignora, Mater?
Et quibus uberibus nutriet illa Deum.

Ex *inscriptionibus Senensibus:*

Nascetur CHRISTUS *in Bethlehem: annunciabitur in Nazaret, regnante tauro pacifico fundatore quietis. O felix Mater, cujus ubera ipsum lactabunt!*

Ex *Ruillio:*

JESUS CHRISTUS *nascetur in Bethleem: & annunciabitur in Nazareth. O felix Mater, quæ suis uberibus illum lactabit, & gremio fovebit!*

EPIROTICA SIBYLLA.

Fatidicas inter numerat Dodona Phaennin;
Quæ cecinit Pythio plena futura Deo.

EPIROTICAM HANC PHOEBADEM multi volunt esse ipsam Phrygiam: quæ ex Troade venerit Dodonam, ubi oracula reddidit: ut in aliis Sibyllis legimus superiùs has Prophetissas locum sæpiùs mutasse, à quibus varia sortitæ sunt nomina. Quidam tamen illam à superioribus diversam volunt, illiqueque nomen fuisse *Phaënni*: de qua his verbis loquitur Ἰωάννης ὁ Τζέτζης ἐξηγ. χιλ. ζ.

Καὶ Πλάτων ἦ ὁ πάνσοφος φησὶν ἐν τῷ Τιμαίῳ
Λόγε μὲν πάντα ἄνθρωπον μετέχειν δὴ φαῖεον.
Νῦν ἦ Θεὸς, καὶ χρόος τι βραχύτατον ἀνθρώπων,
Δῆθεν οὖν προγνώσεως φάσκοντες, ἢ προφήτας;
Ὅπερ ἐ καταγέλαστοι, εἶπον περὶ μελλόντων.
Οἷος ὁ Πυθαγόρας, τε ἢ Ἀναξαγόρας,

Ἐμπε-

Ἐμπεδοκλὴς, Δημόκριτος, ἄλλοι σοφοὶ μύριοι,
Ἡ Ἡσειρῶτης Φαεννὼ, καὶ Σίβυλλα ὁμοίως.
Ἡ Φαεννὼ περὶ χρόνου μὴν ἐνιαυτῶν τοσούτων
Τὰ πρὶν, ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν, εἰποῦσα πεπραγμένα.
Πῶς τ' Ῥωμαίων ἀνακτα ἡττήσεσιν δι Πέρσαι,
Τρηχήλῳ τε πατήσουσιν, οἷα δεδιλωκότες,
Καὶ σφὸς λαὸς, ἡ πρόγονος ὡς τοῦτον κρείσσου ῥίψει,
Καὶ πῶς Πέρσαι καταάξουσι πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν,
Καὶ Σκύθαι πῶς συμμάξουσι μάχῃ Ῥωμαίων μόνῃ.
Καὶ ἕως λέγουσα τοῦτο σώματι διημυθέω.
Ὦ Βασιλεῦ Θρηκῶν; λήψεις πόλιν ἐν πρεσβεύτοισι:
Αὐξήσεις ἢ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα, δεινόν;
Ὃς πότε κινήσει πατρίας κειμήλια χώρας.
Γαῖαν δ' αἰρήσει μόχθων ἄτερ. Οὐδέ σε φημὶ
Σκηπτούχοις τιμῇσιν ἀγάλλεσθαι μάλα δηρὸν:
Ἐκ δὲ θρόνων πεσέειν οἷοι κύνες ἀμφὶς ἔχουσιν.
Ταῦτα βραχέα Φαεννοῦς. Ἡ Σίβυλλα δὲ εἶπε.
Καὶ μέχρι τοῦ ὀπάσαιν λάβωσιν, ἃ νοοῦσι τε;
Περὶ τοῦ Κύπρου τε αὐτῆς, καὶ τοῦ Ἀντιοχείας.
Καὶ πῶς νῦν ὁ Λεβάνιος ἐλεύσεται εἰς Κύπρον.
Περὶ τοῦ Κύπρου ἔτω μὲν καὶ τοῦ Ἀντιοχείας.
Αἰ, αἰ Κύπρε πάλαινα, σὲ δὴ μέγα κῦμα καλύψει.
Δείξασι δ' ἐν τοῖς Ἀντιόχεια πάλαιν' ὄλυσιν:
Ταῦτα περὶ τοῦ Κύπρου τε, καὶ τοῦ Ἀντιοχείας.
Περὶ δὴ τοῦ Κίλικος ἐλεύσεως εἰς Κύπρον
Ἡ σοφωτάτη γυναικῶν ἔτω καὶ ἔπος λέγει.
Ἔσεται ἐσομένοις, ὅτε Πύραμος δύρυοδίνης
Ἠιόνα προχέων, ἱερὸν ὲς Κύπρον ἵκηται.

Τοιούτοις ὁ Ἰάμβλιχος, Πορφύριος, καὶ ἄλλοι Ἀνθρώποις ἔφασαν δεῖν μελέσθαι, Ἅτε μόνως νοήσασι, καὶ προθεσπίσασι πάντα, αὖθίς τε δὲ λογίσασθαι, ἢ καὶ πηνὸς ἀκοῦσαι.

Ὀλίγοις μὲν τοῦτον μὴν ἔφασαν δεῖν μελεῖναι:
Ἐγὼ δὲ δὲ τούτοις γε κυρίως νοῦν προστάττω.
Ἢ γὰρ ἀκούσαντες πηνὸς, εἶτ' οὖν ἐκ μαθημάτων,
Εἴτε καὶ λογιζάμενοι ἐκ τίνων θεαμάτων
Εἶπον, ἃ εἶπεν ἕκαστος, ὑστέρως δ' ἀπέβη.
Ὁ νοῦς δ' ἀμέσως ἅπαν νοεῖ, καὶ ἔτως οἶδεν
Ἀνὰ ἢ παραδείγματος, καὶ λογισμοῦ, καὶ θέας.
Οὐδὲ αὐτοῦ οἷον νοενεχεῖς, ἀγχίνους δ' ὀνομάζω.
Πρὸς ταῦτα, τὰ καθάρματα βαλέτω με καὶ λίθοις.

Hæc ita reddita sunt Latinè:

Et Plato verò omniscius inquit in Timæo,
Rationis quidem omnem hominem participem esse dicendum est; *Tzetzes de Phaënni.*
Intellectus autem Deos: & genus quoddam brevissimum hominum.
Sanè eos qui prænoscunt dicentes, & Prophetas.
Qui cùm non audierint, dixerunt de futuris.

Qualis

Qualis & Pythagoras, atque Anaxagoras,
Empedocles, Democritus, alii sapientes multi,
Epirotica Phaënno, & Sibylla similiter.
Phaënno ante tempus quidem annorum tot
Quæ antea, paulùm ante nos cùm dixisset quæ facta sunt,
Quomodo Romanum regem vincent Persæ,
Super colloque calcabunt, veluti servituti addicentes.
Et suus populus, & proavus quomodo hunc ab Imperio dejicient.
Et qui Persæ obtinebunt omnem Bithyniam.
Et Scythæ quomodo concient pugnam cum Romanorum genere.
Ad verbum dicens hæc ore elato:

O rex Thracum accipies urbem in ovibus.
Excrescere autem facies Leonem magnum, curviunguem, horren-
Qui olim movebit patriæ thesauros regionis. (*dum,*
Terram autem capies laboribus absque. Neque te jubeo
Regiis honoribus exultare admodum diu:
Ex sedibus autem cadere velut canes circum possunt.

Hæc brevia Phaënnis. Sibylla autem dixit,
Etiam usque dum exitum accipiant, non intelliguntur
De Cypro ipsa, atque Antiochia.
Et quomodo nunc Lebunius veniet in Cyprum.
De Cypro autem sic quidem, atque Antiochia:

Hei hei, Cypre infelix: te autem unda magna abscondet.
Hastis autem atque armis, Antiochia infelix, peribis.

Hæc de Cypro, atque Antiochia:
De Cilicis autem adventu in Cyprum,
Sapientissima mulierum sic ad verbum dicit:

Erit posteris, quando Pyramus latæ undæ
Littora profundens sacram in Cyprum veniet.

Talibus Jamblichus, Porphyrius atque alii hominibus dixerunt intellectus adesse præsentiam, quippe solùm intelligunt & prædicunt omnia, absque eo ut ratiocinentur, vel etiam aliquid audiant. Paucis propter hos quidem dicebant intellectum esse præsto:

Ego autem neque his propriè intellectum adapto.
Vel enim audito aliquo, sive ex disciplinis,
Sive ratiocinati ex aliquibus spectris,
Dixerunt, quæ dixit quivis: postea autem evenit.
Intellectus autem sine medio omnia intelligit, & verè novit.
Sine exemplo, & ratiocinatione, atque spectaculo.
Neque igitur ipsos intellectu præditos, solertes autem voco.
Ad hæc piacula petant me & lapidibus.

Hanc Prophetiam *Zosimus histor. lib. 2.* recitat paulò aliter. *Ac mihi quidem,* inquit, *sæpè mirari subiit, qui fieret, ut cùm urbs Byzantina tantopere excreverit, ut alia nulla cum hac, sive felicitatem sive magnitudinem spectes, comparari possit: nullum vaticinium majoribus nostris de ipsius incremento meliorem ad fortunam evectæ, datum fuerit. In qua cognitione dum jam pridem versor, multis historiarum monimentis, & oracalorum collectionibus evolutis, & exacto nonnullo tempore in hac de istis dubitatione, vix tandem in oraculum quoddam incidi, quod Erythrææ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaëllonis esse perhibetur. Nam*

Zosimus de Byzantio.

& ist-

& isthæc afflata Numine, fertur edidisse quædam oracula, quibus fretus Nicomedes Prussiæ filius, qui ea suis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Prussiæ fecit:

Est autem oraculum ejusmodi:

Ὦ Βασιλεῦ. Θρηικῶν λήψεις πόλιν ἐν περβάτοισιν·
Αὐξήσεις δ' λέοντα μέγαν γαμψώνυχα, δεινόν.
Ὃς ποτε κινήσει πατρίας κειμήλια χώρας.
Γαῖαν δ' αἰρήσει μόχθων ἄτερ. Οὐδέ σε φημὶ
Σκηπτόχοις τιμῇσιν ἀγάλλεσθαι μάλα δηρόν,
Ἐκ δ' θρόνων πεσέειν. Ὅιον κυνες ἀμφὶς ἔχουσιν.
Κινήσεις δ' οὐδοντα λύκον γαμψώνυχα, δεινόν.
Οὐδ' ἐθέλοντι γὰρ εἴσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει.
Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι
Ζηνὸς ἀμφροσύνῃσι. Ταχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ,
Ἀνδράσιν οἳ Βύζαντα ἕδος καταναιετάουσι.
Τρισμακαρ Ἑλλήσποντε, θεόκτιστα τείχεα τ' ἀνδρῶν,
------θείῃσιν ἐφαίτμοις,
Ἣν λύκος αἰνόλυκος πήξει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Οἵ με γὰρ εἴσασιν τε ἐμὸν ναίοντες ἕδεθλον.
Οὐκέτι συγήσω πατρὸς νόον, ἀλλ' ἀναδείξω
Ἀθανάτων λογίων θνητοῖς σῆμαν ἀοιδιὸν.
Θρῆσσα κύει μέγα πῆμα, τόκος δ' οἱ ἐκέλη τηλεῦ.
Πείρας παῖδα κακὸν----κεὐ τῆδε φέρουσα.
Τρηχὺ παρ' Ἡπείρου πολυρρήνοιο ἐπαΐξεται ἕλκος.
Καὶ μέγα οἰδήσει, ταχὺ δ' ῥαγὸς αἰμορρήσει.

O Rex Thracum, accipies Urbem in ovil
Augebis verò Leonem magnum uncis unguibus, horribilem.
Qui olim movebit patriæ preciosam supellectilem regionis.
Terramq; capiet absq; labore. Neq; te ajo
Sceptriferis honoribus gavisurum admodum diu,
Sed ex solio casurum. Quippe canes utrinq; habitant.
Movebis verò dormientem lupum uncunguem dirum.
Non volenti enim intùs sub jugum cervicem mittet.
Certè tunc Bithyniorum terram lupi habitabunt,
Jovis consiliis. Mox autem perveniet imperium ad
Viros, qui Byzantii sedem inhabitant.
Ter felix Hellesponte, & Deo condita mœnia virorum
----divino jussu
Quam lupus, horrendus lupus terrebit potenti sub necessitate,
Me namq; norunt meam incolentes sedem.
Non amplius silebo patris animum, sed ostendam
Immortalium oraculorum mortalibus insigne carmen.
Thressa utero fert ingens malum: partus autem ei non amplius
proculest.
Inceptis puerum malum---& huic cùm tulerit

Asperum juxta continentis latera erumpet ulcus
Et valdè tumescet, citò autem ruptum sanguine manabit.

Hoc oraculum omnia, propè dixerim, revera designat, obscurisq; vocibus indicat eventura Byzantiis mala, propter grave tributorum onus, quæ sequutis temporibus eis imposita fuerunt. Et quòd Imperium citò venturum esset ad eos viros, qui Byzantii solum inhabitant. Quòd autem sæculis non paucis interjectis ea, quæ prædicta fuerant evenerint, non eò quis torqueat, ac si de re quadam alia vaticinium hoc loquatur. Nam omne tempus Deo breve est, qui semper & existit, & erit.

Tzetzes. De eadem Phaënni *Tzetzes ita loquitur* περὶ παροιμίας ὑπὲρ Ὠκεανὸν πελαγίζων *Chil. X.*

Καὶ τὶς αὖ πελαγήσειεν ὑπὲρ αὐτὸν ἐν λόγοις;
Εἰμὴ πῦ δοίης Ὅμηρον, ἢ τὸ πολιὸ Ὀρφέα,
Ἢ Φαεννώ; ἢ Σίβυλλαν, εἴτε πινὰ τοιῶτον.

De Paræmia, super Oceanum fluctuans.

Et quis exundaret super ipsum sermonibus?
Nisi fortè dederis Homerum, vel egregium Orpheum,
Vel Phaënno, vel Sibyllam, sive aliquem talem.

Zonaras. De eadem Phaënno lege *Zonaram libro tertio*; qui ejus oraculum producit tale:

Ἀλλά καί τι φασὶ τῆς τῶν ἀνακλήτων βιβλίων ἐναποκεῖσθαι, ἐν ὧ καὶ χρησμοὶ περὶ τῶν Βασιλέων ἦσαν, καὶ μορφαὶ ἐνεγράφοντο ἀνθρώπων τε, καὶ θηρῶν. Καὶ μὴν τῶν ἄλλων ἐκεῖ καὶ Λέων θὴρ ἐγεγράφθητο, ᾧ κατὰ νώτου τὸ στοιχεῖον τὸ Χ ἐγκεχάραγκτο. Ἀνὴρ δὲ ὄπιθεν ἔσθ' θηρὸς, δόρατι διὰ μέσου ἔσθ' Χ διέλαυνον τὸν λέοντα. Ἡ μὲν δὴ βίβλος εἶχε πάλαι, καὶ εἶσαν, ὡς ἐδόκει, Σιβύλλεια χρησμῳδήματα. Τὸ δὲ τῆς εἰρηνικῆς χρωματουργίας αἰνιγματώδες δυστερμήνευτον ὄν, ὁ τότε κοιαίσωρ, ὡς λέγεται, διεσάφησεν εἰπὼν κατὰ τὸν ἡμέραν τῆς χριστοῦ ἔσθ' χριστὸν βασιλέα ἀναιρεθῆναι. Τὸ μὲν δὴ θηρίον βασιλέα δηλοῖ· τὸ δὲ Χ τὸν εἰρηνικὸν ἡμέραν αἰνίττεσθαι. Τὸ δὲ διὰ μέσου ἔσθ' Χ τῷ λέοντι τὸ δορὶ ἐμπήγνυσθαι, ὃ καὶ αὐτὸν τὸν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τὸν βασιλέα κτανθήσεσθαι.

Hoc ita vertit *Joannes Curoplatis* interpres, in historiarum compendio:

Erat autem oraculum Sibyllinum in quodam Imperatoriæ Bibliothecæ libro conscriptum, qui non oracula tantùm continebat, sed etiam formas, & figuras eorum qui crearentur Imperatores. Erat autem fera, Leonis forma prædita, in eo libro: & super ipsius dorsi spina inscripta erat X litera, quæ usque ad ipsum ventrem pertinebat. A tergo quidam vir accurrens Lethalem plagam hasta ipsi feræ per medium X infligebat. Præferente verò oraculo obscuritatem, solus ipsum, qui tunc Quæstor erat, aperuit, judicavitq; ipsa die ortus CHRISTI *Imperatorem pernicioſa morte interfectum iri.*

De his formis & variorum ænigmatum figuris, quibus vates antiqui designarunt futura, conscripserunt aliqui, & interpretationem plurimorum vaticiniorum dederunt. Prophetias figuratas conscripsêre plurimi ante nostra sæcula, & hodierno quoque tempore: inter quos *Diva Brigitta* Sueciæ Regina, mulier sanctimonia vitæ, & doctrina insignis: quæ Prophetias quasdam scripto mandaverat, ænigmaticis figuris illustratas: iis denotasse multa visa est, quæ abusus introductos in religionem Christianam significabant, fata principum & regum, bellaq; ventura prædicebant: sed ea satis subobscurè, quæ illam suspectam reddiderunt apud Sacerdotes sui temporis. Illa itaque Pontificis Maximi *Urbani V.* (qui CC. fuit Romanorum Episcopus, regnavitque annis VIII. mensibus IIII. nempe anno salutis 1362.) jussu Romam venit, cum Catharina filia, quæ sanctitate non inferior fuit matre, interrogataq; à Pontifice de singulis, omnium rationem, & interpretationem reddidit. Eaq; mortua Romæ est, & cõmuni totius Ecclesię consensu inter Sanctos relata: cujus corpus, operâ & curâ filiæ Catharinæ in Sueciam reportatum est:

S. Brigittæ prophetia.

Lege

Lege de ea *Raphaëlem Maffeum Volaterranum.* Prophetiæ hujus ſanctæ reginæ paſſim circumferuntur, & leguntur: quibus diverſi diverſas tribuunt interpretationes, pro captu & voluntate uniuſcujusque.

Tales propheticas figuras memini me aliquando vidiſſe apud virum doctiſſimum *Hubertum Languetum*, quas dicebat eſſe ſcriptas à quodam *Rabano* Monacho viro ſancto & docto. Inter quas erat navis cujus remi ſeptem, picta continebant ſeptem Electorum Imperii inſignia: Pontifex maximus in ſupremo malo ſtabat, cui incumbebat Imperator titubans ſceptro fracto: multa alia appenſa erant rudentibus antennarum: de ejus propheticæ picturæ interpretatione multa in medium producebat, ex *Rabani* ſententia, quæ hic inſerere neceſſe non eſt. *Rabani Prophetia.*

Nemo eſt, qui moram aliquam Patavii fecerit, qui non viderit amplum illud Prætoriani Palatii cœnaculum: cujus parietes circumquaq; quadruplici ordine continent picturas propheticas, commentas à *Petro* illo *Aponitano*, qui ſuo tempore, ut fuit Magus inſignis, infinita vaticinia fudit de futuris Italiæ, & Græciæ mutationibus: maximè de iis regionibus, quæ ditioni Venetorum parebant: quæ omnia ſignis arcanis expreſſit in iis picturis Patavini Palatii. *Petrus Aponitanus.*

Sed ut ad noſtram Epiroticam Phœbadem redeamus. *Niceta Choniates* de ea hæc verba prodidit:

Περὶ Σιβύλλης φασὶν, ὡς ἅμα τῇ μητρώᾳ νηδύϊ ἐξέθορε, καὶ ἅμα περὶ τῶν ὅλων ἐφιλοσόφει συγκύσεως.

De Sibylla rumor eſt, quòd ſimulatq; ex utero materno prodiit, quàm primum de univerſi Philoſophata ſit coagmentatione.

Et fortaſſis ea eſt, quam Europæam nonnulli cognominant, qua *Theſprotiæ* Epiri nata eſt, & in Dodonæo templo reddidit oracula. Filia enim fuit Principis cujuſdam Theſprotiæ reguli, quo tempore Antiochus capto Demetrio regnum occupavit. Phœbas hæc aliquot ſæculis vaticinata eſt poſt Peleades Nymphas, quæ teſte *Pauſania in Phocicis*, columbæ dictæ ſunt.

In *libro antiquo Regio* nomen hujus Europeæ invenitur: cui verſus hi tribuuntur:

Virginis æternum veniet de corpore verbum
Purum, qui valles & montes tranſiet altos.
Ille volens etiam ſtellato miſſus Olympo,
Edetur mundo pauper: qui cuncta ſilenti
Rexerit imperio (ſic credo, & mente fatebor)
Humano ſimul, & divino ſemine natus.

Ex *Lælii Cleopaſſi Hydruntini* poëmatibus:

Terreni reges mundano culta decore
Sceptra gerunt: Chriſtus cœlica regna tenet.
Unde animis ſeſe inſinuat, mentique piorum,
In quos jus proprii ſummum habet imperii.
Hos per amæna pedo deducit paſcua Paſtor:
Tartareasq; malos rejicit in tenebras.

ÆGYPTIA SIBYLLA.

QUA FUERIT hæc *Ægyptia Sibylla*, aut quo nomine appellata sit, incertum est. *Ælianus* tamen illam inter quatuor præcipuas Phœbi Sacerdotes fatidicas recenset. Quæ fuerunt *Erythræa*, *Samia*, *Sardica*, & *Ægyptia*. *Suidas* illam tradit oracula reddidisse in Ægypto tempore Pharaonum: secutus fortasse opinionem *Clementis Alexandrini*, qui ita scribit *in Prometheo: Judicum Hebræorum tempore, quo vixerunt Prometheus, Epimetheus, Athlas, & Argus, fuit & fatidica Sibylla regnante apud Ægyptios Pharaone, qui dicebatur Taracho.* Sed *Pausanias in Phocicis*, illam eandem fuisse scribit, quæ *Persica* vocata est, vel *Hebræa*, vel *Babylonia* filia Berosi, vel *Æthiopica* nomine *Sàba*. Tanta est varietas auctorum, ut ex eorum scriptis nihil certi de iis comperire possimus, tam de nominibus earum, quam de patria, & tempore, quo vaticinatæ sint: Præterquàm de sola Erythræa, quæ nomen suum, & patriam expressit in suis oraculis: asseritq; se non Græcam esse, sed Babyloniam. Fuisse tamen omnes constat Ethnicas, & cultui Dæmoniorum destinatas. Credendum tamen est illas aliquando Spiritu divino afflatas multa pronunciasse, quæ ad hominum salutem pertinebant; loquente per os

earum

earum Spiritu Sancto, ut Gentes ad unius veri DEI cognitionem adducerent; homínésq; redderentur inexcusabiles, cùm per suos Prophetas, & vates instituerentur, demonstrantes digito eorum idololatriam, & profanos errores: dicerentq; iram DEI summi exarsuram in omnes falsorum Deorum cultores, & sceleratos. Quapropter dum verba facerent de unius summi DEI veneratione, de adventu CHRISTI Servatoris, de extremo judicio, resurrectione mortuorum, vitáq; æterna, verisimile est eas deprompsisse hanc doctrinam ex sacris literis Israëlitarũ: credendúmq; est eas communicasse cum Hebræis Ægypto Assyriæq; vicinis: à quibus plurima potuerunt discere: vel nonnunquam instinctu Spiritus Sancti multa pronunciasse, quę non intelligerent: ut constat omnes Phœbadas post excessum Enthusiasmi, quo corripiebantur, non habuisse notitiam eorum, quæ pronunciassent: imò plurima dicere cogebantur, quæ nollent. Ut legimus de *Propheta Balaam:* quem cùm *Balac* Moabitarum Rex precio conduxisset ad maledicendum Israëlitis, qui ex Ægypto profugi in desertis vagabundi cùm Mose eorum duce errabant, expectantes occasionem, qua possent invadere Cananæorum regiones, sibi à DEO promissas. Balaam interim pro execratione, eis benedixit, prædixitque futurum, ut voti compotes essent contra suiac Regis voluntatem. Cúmq; objurgaretur à Balaco, quòd pacto non staret, *Etiamsi*, respondit, *donares mihi domum tuam plenam auro & argento, non possem tamen mandatum Domini Dei transgredi, ut benè vel malè faciam secundùm cor meum: sed quod Deus dicet, id ego quoque dicam.* Ita credendum est has Sibyllas multa pronunciasse Spiritu per eas loquente, quæ non intelligerent: & quorum statim, postea quàm locutæ essent, obliviscerentur. *Balaam.*

Sibylla igitur hæc, sicut & aliæ omnes, multa prædixit de DEI unius æterni & omnipotentis cultu, de ejus ira ventura super impios, & idololatras: ac inter cætera de CHRISTI Servatoris adventu, de ejus admirabili incarnatione in utero beatæ virginis, de ejus miraculis, passione, & extremo judicio: monuit populos omnes, ut converterentur ad Numen illud summum, quod suæ divinitatis socium admittat neminem.

Ephesini templi tota Asia celeberrimi eversionem prædixit his verbis:

Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσῳ πηγύμολος *
Χάσμαλι κεῖται σεισμοῖσι πόθ' ἥξειν εἰς ἅλα δεινὰ:
Πρῶτα, ὡς ὅτε νῆας ὑπεκλύζουσιν ἄελλαι.
Τῆλε δ' ὀιμώξει Ἔφεσος κλαίουσα παρ' ὄχθας,
Καὶ νηὸν κλῆσαι τὸν οὐκέτι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος αὐθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πέμψας βαλεῖ κρατὸς αἰάγμους.

Ast Ephesi structum Dianæ nomine fanum
Motibus, & vasto subter mare sidet hiatu,
Præceps, ut naves rumpunt si quando procellæ.
Et lacrymas Ephesus recubans ad littora fundet,
Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.
Tum Deus indignans æternus in æthere degens
Fulmine præcipiti sceleratos desuper uret. *In Ephesum.*

Isidis quoq;, & *Serapis* idololatriam taxat: quorum ritus, cerémonias, & cultum nefastum abolendum pronunciat.

Ἶσι θεὰ τριπάλαινα, μυρεῖς δ' ἐπὶ χώμασι Νείλου
Μίνυ μίμνας ἀταρπὸς ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος
Κοὐκέτι σε μνεῖα μυρεῖ κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Καὶ σὺ Σέραπι λίθοις ὑπεικείμενε πολλὰ μοχθίζεις:
Κεῖσαι πῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τριπαλαίνῃ.
Ὅσσοι δ' Αἰγύπτου πόδον ἤγαγον εἰς σε, ἅπαντες
Κλαύσονταί σε κακῶς, νοιῷ ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες:
Γνώσονταί σε τὸ μηδὲν ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.

Isi Dea infelix, Nili remanebis ad amnem

In Isin & Serapin.

Sola, furens mœnas permixta Acherontis arenis.
Fama nec ulla tui toto remanebit in orbe.
Túque, Serapi, sedens in saxis, multa dolebis:
Magnáque in Ægypto infelice ruina jacebis.
Quíque per Ægyptum studuêre tibi, acriter omnes
Te flebunt. Sed quîs illæsa in pectore mens est,
Noscent te nihil esse, Deum quicunque celebrant.

Prædixit quoq; fore, ut in Ægypto templum DEO summo erigatur: nempe ab *Onia Oniæ* Pontificis Judæorum filio; de quo *Josephus Antiquit. lib.* 13.

Templum Deo in Ægypto.

Καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων λινζόστρ ἀνὴρ
Δεῦτε θεῷ τέμωμεν καλὸν σήκωμεν ἀληθές.
Δεῦτε τὰ ἐκ προγόνων δεινὰ νόμιμα ἀλλάξωμεν,
Τῷ χάριν ἢ λιθίνοις, καὶ ὀστρακίνοισι θεοῖσι
Πομπὰς καὶ τελέτας ποιήμενοι οὐκ ἐνόησαν.
Στρέψωμεν ψύχας, θεὸν ἄφθιτον ἐξυμνοῦντες
Αὐτὸν τὰ γενετῆρα, τὰ αἴδιον μεγαώτα,
Τὸν πεύτανιν πάντων, τὰ ἀληθέα, τὰ βασιλῆα.
Ψυχοτρόφον γωετῆρα θεὸν μέγαν αἰὲν ἐόντα.
Καὶ τότ' ἐν Αἰγύπτῳ ναὸν μέγας ἔστετ' ἀγνὸς
Κ' εἰς αὐτὸν θυσίας ὅσοι λαοὶ θεοτόκῳ
Κείνοισιν δώσει θεὸς ἄφθιτος βιοτεύειν.

Déque Sacerdotum numero quidam vir amictus
Lino, Agedum (dicet) delubrum constituamus
Formosum, verúmque Dei: pravosq; parentum
Mutemus ritus, factos cretáque, petrisque
Qui coluêre Deos stulti festísque sacrísque.
Mutemus mentes. Celebretur carmine nostro
Æternus Genitor pereuntis nescius ævi.
Rex verus, rerum cui summa potentia, semper
Magnus, quíque animas fecit, nutritor earum.
Tunc & in Ægypto templum visetur, & ingens,
Et castum, quò sacra ferat conjuncta Deo gens.

Liber antiquus, qui est in Bibliotheca Regia, appellat hanc Sibyllam *Agrippam*, sive *Agrippinam*: illiq; hos versus tribuit.

Summus erit sub carne satus: charissimus atque
Virginis & veræ complebit viscera sanctum
Verbum, consilium sine noxa, Spiritus almi.
Despectus multis tamen ille salutis amore:
Arguet & nostrâ commissa piacula culpâ.
Cujus honos constans, & gloria certa manebit.

Ex *Lælii Cleopassi* poëmatibus:

Qui Lux æterna, Lumen de Lumine, semper
Qui fuit, est que, & erit, sidera summa tenens;
Virginis Hebrææ castam descendet in alvum,
Factus homo tandem est hac Genitrice Deus.
Hoc Mediante Deo conjungimur: illius ergò
Progenies summi dicimur esse Dei.

Ex *Ruillio*:

Verbum invisibile fiet palpabile: & germinabit, sicut radix: Exsiccabitur, tanquam folium: neque apparebit ejus pulchritudo. Uterus maternus illum circumdabit. Et Deus, qui est æterna lætitia, plorabit, & opprimetur ab hominibus. Nascetur ex matre: Et cùm sit Deus, existimabitur conversari cum hominibus tanquam peccator.

De ea lege *Cælium Rhodiginum lib.* 21. *cap.* 27.

COLO-

COLOPHONIA LAMPUSIA.

ETIAM si *M. Terentius Varro* decem tantùm Sibyllas annumeret, tanquam præcipuas, & quarum oraculis libri conscripti tantaq; religione, & cura conservati Romæ constabant: Certum est tamen multas alias fuisse Phœbadas, Apollinis ministerio consecratas, quæ Dæmonum afflatæ Spiritu diversis in locis vaticinatæ sunt. Verisimile quoq; est illas Sibyllas non vixisse ultra tempus præfinitum à Natura: aut si transgressę sunt illos terminos vitæ naturalis, non potuerunt tamen diu protelare dies suos. Quapropter opus fuit defunctis alias substituere, quæ Deorum sacris præficerentur. E quarum numero dici potest *Lampusia* Calchantis illius filia, qui cum Græcis in expeditionem profectus est ad Trojam, ubi celebri fama ab omnibus cultus, & consultus est in rebus dubiis, maximè ab Agamemnone Græcanici exercitûs Imperatore, qui sine vatis hujus cõsilio nihil aggrediebatur, aut moliebatur. *Lampusia* igitur hæc, ut à Patre divinationũ perito egregiè fuerat instructa, dicata Apollini Pythio, perfectiorem vati-

vaticinandi peritiam postea est adsecuta. Venit enim ex Græcia Colophonem; (quæ urbs est Ioniæ Asiæ minoris Apollini sacra) suoque tempore propter insignes prædictiones, non solùm in Asia, verùm etiam per totam Græciam Europæam celebris habita est.

Illa prædixisse varia dicitur de mutationibus regnorum, inundationibus, & terræmotibus: déque bellis, & aliis ejusmodi rebus mundanis. quibus magis attentæ fuerunt antiquæ gentes, quàm piis exhortationibus, quæ pertinebant ad omniũ salutem. Nam & illa unum Deum summum docuisse dicitur adorandum, qui vitiis irascitur, impiis excandescit, & eos ulciscitur: delectatur verò pietate & integritate vitæ, bonosq; amat, fovet, & protegit.

Οι ϛ Θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομῆσι τὸν ἀἰῶνα χρόνον.
Qui Deum coluerint verum, & æternum,
Vitam possidebunt perpetuam.

Illa propter hominum impietatem dixit mundum universum, cum toto genere humano fuisse generali diluvio submersum: & propter eorundem peccata novissimis temporibus conflagraturum. Quæ doctrina ab Israëlitis ad gentes per Prophetas Ethnicos vulgata pervenerat. Ut testatur *Ovidius in Metamorphosi:*

Esse quoque in Fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Ideò Sibylla monet seriò mortales, ut dum in hac vita sunt superstites, Deum illum æternum & summum agnoscant, ac religiosè colant. Fore enim, ut ad iram provocatus, malos malè perdat, & æternis suppliciis, & cruciatibus afficiat & consumat.

Suidas de ea in hunc modum scriptum reliquit: *Sibylla Colophonia Lampusia dicta à Calchante oriunda, & ipsa divinationes, oracula, & alia quædam versibus edidit.*

Lælius Cleopassus in suis poëmatibus hoc hexastichon illi tribuit:

Me Phœbi cortina tulit Colophonia vatem:
Mendacis tripodes execror usque Dei.
Est Deus æternus, qui nomine non eget: ille
Solus enim mundi possidet imperium.
Huic soli vota atque preces effundite: grata est
Illi, quæ ex puro victima corde venit.

THES-

THESSALICA MANTO.

MANTO hæc *Tiresiæ* Thebani vatis filia fuit. Illa post patris obitum fugiens Creontis & Thesei tyrannidem, in Asiam trajecit. Creon enim Menœcii filius, & frater Iocastæ Laji Thebanorum Principis uxoris, & matris Oedippi, occiso per imprudentiam Lajo ab Oedippo filio, ob solutionē ænigmatis propositi à *Sphynge* Typhonis & Echidnæ filiæ, quæ prætereuntibus viatoribus erat infesta, postquam Oedippus regnum Thebanum obtinuisset, matremq; Iocastam, incognitam tamen, duxisset uxorem, & ex ea filios duos suscepisset Eteoclem, Polynicémq;, & unam filiam Antigonam, ob incestuosum cum matre conjugium, filiis regnum reliquit, hac conditione, ut alternis regnarent. Sed Eteocle per vim retinente regnum, Polynices ad Argivorum auxilium confugit. Duxerat enim uxorem Argiam Adrasti regis Argivorum filiam: cujus ope cruentum illud bellum Thebanum suscitatum est, in quo tot Heroës utrinq; cæsi perierunt, cum utroq; fratre Polynice & Eteocle. Quibus è vita sublatis Creon iterùm regni potentiam, & Principatum usurpavit: infinitáq; barbaricæ inclementiæ fa-

cinora patravit in sectatores, & fautores Polynicis. Antigonam & Argiam interfici jussit, quòd Polynicem sepulturæ mandassent, cujus corpus inhumatum tyrannus ferís devorandum exponi mandaverat. Hanc crudelitatem non ferens Theseus, armâ in Creontẽ movit, eũ vicit, & trucidavit, Thebanosq; tyrannide liberavit. Ut testatur *Statius Thebaidos* 2. Theseus interim rerum potitus, multa inhumaniter, multa crudeliter egit in Creontis amicos, & eos qui sævierant in Polynicis uxorem, & sororem. In tanta rerum omnium perturbatione Manto ex Bœotia fugâ maturè se subtraxit, & in Asiam delata, Clarum appulit, ubi prima templum Apollini ædificavit, cujus sacris præfuit, cùm esset vaticinio clara, quod à patre Tiresia priùs didicerat, & Phœbi inspiratione adjuta, eò profecta est perfectionis, ut cum aliis Phœbadibus, & Sibyllis conferri posset. Celebris igitur in Asia est habita ministerio Deorum vacans, & sacra Phœbi procurans.

Sed tandem Asiâ relictâ navigio venit in Italiam: Latiúmq; petens à Tiberino rege Albæ Longæ Capeti filio adamata est proprer egregiam formam, & singularem prudentiam, qua longè reliquas totius Italię mulieres superabat. Ex Tiberino suscepit filium Ocnum, qui cognominabatur Bianor. Is, postquam pater in Albula lapsus suffocatus est, (qui Tiberis à rege dictus est) cum matre in transpadanam Italiæ regionem se contulit, & in ea planicie urbem ædificavit, quam appellavit *Mantuam*, de nomine matris. Hunc Bianora tulisse auxilium Æneæ contra Turnum Rutulorum regem testatur *Vergilius Æneidos* 10. *Pausanias* tamen, & *Hellanicus* negant *Manto* unquam venisse in Italiam.

Huic Phœbadi, cùm nihil scripserit, quod ad cognitionem hominum nostri temporis venerit; nihil illi tribuere possumus. Licèt *Ruillius* inter Sibyllas illam recenseat, & illi hoc dictum de CHRISTO Servatore venturo adponat.

Magnus veniet, & transibit montes, & aquas cæli, & regnabit in paupertate, & in silentio dominabitur nascetur q, ex utero virginis.

Sed fortasse Prophetia hæc magis competeret Phaënni Epiroticæ, quæ responsis claruit in Dodonæo templo, ubi & hæc Manto antequam navigasset in Latium vaticinata fuisse creditur.

De ea sic loquitur *Lælius Gleopassus*, illam dicentem inferens:

Non mihi Chaoniæ volucres, crepitacula, quercus,
Nec Dodonæi sacra profana Dei
Usque placent; mendax quæ antiquo fabula jactat
Murmure. Cœlesti Numen in arce sedet
Æternum, per se existens, nunquam q, creatum,
Rebus is Omnipotens omnibus esse dedit.

PYTHA-

PYTHAGORAS.

Quicquid Pythagoram nescisse fatemur, id ipsum
Nemo hominum potuit pectore percipere.

PYTHAGORAS Mnesarchi gemmarum sculptoris filius fuit. Alii patrem ejus Marmacum vocant, avum Hippasum, atavum Eutyphronem, abavum Cleonium Philonte profugum. Marmacus verò in Samo habitavit: (ideò *Pythagoras Samius* est dictus) inde relicto patre juvenis Zoïli patrui jussu in Lesbum maris Ægæi insulam se contulit ad Pherecydem Philosophum, & Poëtam Tragicum, qui ex Scyro insula Cycladè natus celebris habebatur ob rerum peritiam: Huic igitur Pythagoras commissus est, ut institueretur, sub cujus disciplina plurimùm profeciſſe visus est: Sed post præceptoris mortem in Samum revocatus est: ubi Hermodamantè Creophili nepotè jam senè audivit. Atq; ut erat discendi cupidus, ac laboris invicti, in Ægyptũ trajecit, Amasidi regi cõmendatus à Polycrate Samio, ubi multa didicit, mores, ritus, ac Theologiam Ægyptiorũ diligentissimè perscrutans: unde Babylonẽ profectus est, ut Chaldæos inviseret, à quibus syderũ cursus, eorumq; in genituris hominũ effectus edoctus est.

Pythagoras in Ægypto vixit & Babylone.

Navigans posteà in Cretam cum Epimenide, in Idæum antrum descendit. Et cùm audivisset Samum patriam Polycratis tyrannide infestari, navigavit in Italiam & Crotone habitavit, ubi leges incolis scripsit, & trecentis ferè discipulis viris claris floruit: qui ad eũ noctu audiendũ conveniebãt: inter quos celebres fuerunt Archytas Tarentinus, Zeleucus, Charõdas, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaüs Crotoniata. *Heraclides Ponticus* refert Pythagoram de se dicere solitum, quòd olim fuisset Æthalides, putatúsq; esset Mercurii filius: Mercurium verò ipsum monuisse, ut peteret præter immortalitatem quod vellet: petivisse igitur, ut vivens, & vita functus omnium quæ contingerent memoriam haberet. Itaque in vita meminisse omnium: Eandémq; memoriam & post mortem reservasse: atque aliquanto post in Euphorbum venisse, qui inter Trojanos nobiles numerabatur, & in eo bello à Menelao occisus est, ut refert *Ovidius Metam.* 15. Et hic Euphorbus dicebat se aliquando fuisse Æthalidem, atq; à Mercurio patre, pro munere accepisse, ut anima illius perpetuo errore vagaretur, & in quas vellet arbores, vel animantes commigraret: & quæ apud Inferos anima omnia perpessa esset, ac cæteræ animæ quænam patiantur. Posteaquam verò Euphorbus diem obiit ingressam in Hermotimum ipsius animam: qui & ipse cùm fidem vellet facere, Branchidas petiit, ingressúsq; Apollinis fanum, ostendit clipeum, quem illic Menelaüs affixerat: ait enim illum, cùm ex Troja remeasset, Apollini sacrasse scutum jam putrefactum, solámq; perdurare eburneam faciem. Ubi Hermotimus vita functus est, rursùm in Pyrrhum Delium piscatorem migrasse, illúmq; omnia memorasse, ut primùm Æthalides fuerit, posteà Euphorbus, deinde Hermotimus, ac postremò Pyrrhus effectus sit. Ac deinde post Pyrrhum factum esse Pythagoram, omniúmq; meminisse præteritorum.

Pythagoras olim Æthalides, Euphorbus, Hermotimus & Pyrrhus fuit.

Metapsychosis.

Pythagoræ discipuli facultates omnes in unum conferebant, ut omnibus essent communes. Quinquennium totum silebant, antequam ad Præceptorem admitterentur. A Cypressino sepulchro abstinebant, quòd ex Cypresso factum Jovis sceptrum crederent. Pythagoras forma fuit, liberali & pulchra: quem ideò discipuli *Apollinem Hyperboreum* vocitabant.

Pythagoreorum facultates communes.

Apollo Hyperboreus.

Ammianus refert illum aliquando, cùm in Olympia esset, adstantibus femur suum ostendisse, quod aureum erat: Is aquilam supervolantem magico susurro ita incantavit, ut cicur ad eum venerit: & si quando gallum gallinaceum plumantem candidiùs comperisset, veluti fratrem amplexabatur, & amabat; ut refert *Plutarchus in Numa*. Geometriæ præcepta perfecit, inchoata priùs à Mœri, & imperfecta relicta: versatus est præcipuè circa Arithmeticam: & in medicinæ præceptis, & curatione morbõrũ adprimè fuit exercitatus. Animatis abstinere jussit: voluitq; suos faciliori victu assuefieri, ne igne ad coquendum opus esset. Aquæ potu tantùm uti eos voluit, ne acumen ingenii gravaretur ebrietate: Primus pondera, & mensuras invenisse, & Græcos docuisse creditur. Scripsit tres libros, de institutione, de Civilitate, & de Natura. Quos *Plato* centum minis sibi emi curavit: quæ efficiunt mille coronatos aureos. Conciliandæ amicitiæ studiosissimus fuit, quam æqualitatem dicebat: & amicorum omnia communia esse debere.

Aureum femur Pythagoræ.

Symbola & dogmata Pythagoræ.

Familiaria hæc habuit symbola: quibus si quos communicasse audiret, illos protinùs socios, amicosq; conscisebat.

Ignem gladio non fodiendum: Stateram non transiliendam:

Super chœnice non sedendum: Cor non edendum:

Onus unà tollendum, neq; unà deponendum: Stramenta semper habenda colligata: DEI imaginem in annulo minimè circumferendam.

Ollæ vestigium in cinere confundendum. Oleo sedem non tergendam. Converso ad solem vultu non mingendum. Extra viam publicam non eundum.

Non facilè dextram injiciendam. Sub eodem tecto hirundines non habendas. Quæ sunt unguibus recurvis aves non nutriendas.

Unguium

Unguium capillorumq; partibus ſuperfluis reſectis non immingendum, neq; inſiſtendum: Gladium actum devitandum. In finibus peregrinanti non redeundum. Erythino & ſepia non veſcendum: neq; corde, neque fabis; neq; etiam vulva, & trigla. Seniores honorandos: Deos Semideis præferendos, Heroas hominibus, parentes reliquis hominibus. Invicem ea ratione converſandum, uti ne ex amicis inimicos, verùm ex inimicis amicos faciamus. Proprium nihil arbitrandum. Legibus opem ferendam: Iniquitatem debellandam. Mitem arborem non violandam, neq; lædendam. Animal innocuum non moleſtandum. Verecundiam & pietatem colendam. Riſui neq; triſtitiæ non indulgendum. Fugiendam carnis ſuperfluam pinguedinem. Itinerationibus remiſsè, intenteq; utendum. Exercendam memoriam. In ira nihil aut dicendum, aut faciendum. Divinationem omnem honorandam. Cantibus ad lyram utendum, laude Deorum, virorúmque præſtantium habendo rationabilem gratiam.

Pythagoræ victus & amictus.

Pythagoræ victus fuit mel, favus, & panis: obſonium cruda vel elixa olera. Marinis raro utebatur. Vino interdiu guſtare non ſolebat, ſed rarò admodum id deguſtabat. Stola illa candida ſemper, ac munda: Stramenta item candida ex lana: nam lini uſus iis in locis ſuo tempore, nondum erat cognitus. Nunquam deprehenſus eſt ſatiari, vel ebrietati, reíq; Venereæ dare operam. Riſu abſtinebat, jocisque, & odioſis narrationibus. Iratus nunquam vel ſervum, vel liberum cædebat. Divinatione eâ ſolâ utebatur, quæ fit per auguria & vaticinia: minimũ verò ea quæ fit per ignem, thure tantùm excepto. Sacrificiis utebatur inanimis: aliqui dicunt ſolis gallis gallinaceïs, & hordis etiam lacteolis; quos teneros dicunt: agnis autem minimè. Quamvis *Apollonius* illum dicit immolaſſe Hecatombem, cùm inveniſſet trianguli, quod ὀρθογώνιον appellant, ſubjectum latus tantumdem valere, quantum quæ illum continerent: cujus rei cauſa diſtichum hoc in illum ſcriptum eſt:

Ἥυρε Πυθαγόρης τὸ θεόκλεες ἄρσεν γράμμα,
Κεῖν ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βοῦν ἑκάτην.
Pythagoræ inventa eſt quia littera nobis olim,
Nobile propterea DIS dedit ille ſacrum.

Aram Delii Apollinis genitoris, quæ poſt Ceratinum eſt, tantùm adorabat. Quòd frumentum, hordeumq;, & placantæ illi abſq; ignis uſu adponerentur, ſine ſanguine & igne.

Ad inferos ſe deſcendiſſe fingebat, ibíq; vidiſſe animam *Heſiodi* columnæ æneæ alligatam; & ſtridentem inter cruciatus. *Homeríque* animam pendentem ex arbore; à ſerpentibus circumvolutis lancinari & diſcerpi: quòd uterq; multa turpia, multa iniqua, & indigna de Diis ſcripto mandaſſet. Dicebátq; in Cocyto ignibus uſtulari, qui cum uxoribus, dum in vita eſſent, congredi recuſaſſent: idque illi multum gratiæ apud Crotoniatas acquiſivit. Diſcipulos ſuos monebat, ut domum reverſi quotidiè hæc intra ſe dicerent.

Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Quò ſum progreſſus? quid geſtum in tempore? quid non?

Doctrinâ Pythagoræ.

Dejerare per Deos vetabat. Monebat & ſuos diſcipulos quaternarii numeri non eſſe obliviſcendum, in quo prima numerandi confectio comprehenditur. Sic etenim numeramus: unum, duo, tria, quatuor, & hæc efficiunt decem. Denarius perfectionis eſt caput. Nam undecim eſt denarius & unitas: viginti bis deni: triginta ter decem: & centum decies decem. Principium omnium dicebat eſſe unitatem, ex unitate indefinitam dualitatem, veluti materiam auctori unitati ſubjeciſſe. Ex monade & terminata dualitate numeros gigni, ex numeris puncta, ex punctis lineas, ex quibus planæ figuræ conſtant: ex planis ſolidæ, ex quibus ſolida conſiſtunt corpora. Quorum quatuor ſunt elementa, ignis, aër, aqua, & terra: quæ per omnia ſe mutant ac vertunt: & ex iis fieri mundum animatum, intelligibilem,

rotundum: mediam terram continentem; quam & ipsam quoq; rotundam esse, & globosam, ac circum habitari dicebat. Æquis etiam partibus inesse lucem, & tenebras, calidum & frigidum, siccum & humidum. Aëra qui terram circuit esse insalubriorem, immotum, ac morbidum: ideò quæ in eo gignuntur esse mortalia. Summum verò aërem semper moveri, esse liquidissimum, & saluberrimum: & quæ in eo sunt immortalia omnia, & divina. Solem, Lunam, & astra Deos esse, quia in illis superat calor vitæ auctor. Hominibus esse cum DEO quandam cognationem, quòd & homo caloris particeps sit. Deum nostri providentiam gerere. Penetrare à sole radium per frigidum aëra, & vivificare omnia. Animam esse avulsionem ætheris calidi & frigidi, ideò immortalem, quòd ab immortali avulsa sit. Animantia ex se invicem nasci seminali ratione. Semen esse cerebri stillam, quæ in se calidum contineat vaporem. Animam dividebat in mentem, sensum, & iram. Sensûs & iræ cæteras animantes esse participes, mentem soli homini competere. Principium animæ est à corde usque ad cerebrum. Ea pars animæ, quæ in corde est, concupiscentia dicitur. Mens & anima in cerebro consistunt. Partem Prudentiæ capacem immortalem, cætera esse mortalia. Animam sanguine nutriri, ejusque rationes ventos esse. Ipsam unam cum suis rationibus esse invisibilem, quòd æther quoque sit invisibilis. Animæ vincula venas esse, & arterias, & nervos. Ubi invaluerit, & secum fuerit, quiescere, vinculáque ipsius fieri rationes, atque opera. Animarum quæstorem Mercurium esse, ideò ductorem dici Psychagogum, janitorem, ac terrenum, quòd is ex corporibus, & ex terra, & mari animas immittat: & puras quidem atque purgatas in excelsum ducat: impuras verò illis ne appropinquare quidem, neque invicem sibiipsis; cæterùm vinciri à Furiis infractis nexibus. Aëra plenum esse animis: eosque & Dæmonas, ut Heroas existimari: atque ab his somnia immitti hominibus, & signa, & morbos: neque solùm hominibus, verùm & pecudibus, & jumentis. Ad hos referri lustrationes, & expiationes, divinationem omnem, & vaticinia, & cætera id genus. Virtutem harmoniam esse, sanitatem, & omne bonum, atque Deum: ideò per Harmoniam constare omnia. Munditiem requiri in homine DEO grato. Eam munditiem acquiri expiationibus, lavacrisque, atque asperginibus, vacando à funere, à cubili, omni inquinamento, & morticiniis, abstinendo à carnibus pollutis, triglis, sepiis, ovis, & animalibus, quæ ex ovis nascuntur, à fabis, & ab aliis, quæ prohibentur ab iis, qui in templis mysteria ritúsque faciunt. Docuit & non edenda esse, quæ ceciderint è mensa: à Gallo plumis albis abstinendum, quòd Mensi sacer sit, ac supplex, horas enim cantu significat. Sal mensæ adponendum, quòd justiciæ admoneat. *Timon in Sillis* dicit: Pythagoram arte Magicâ insignem fuisse. Chaldæos enim frequentaverat, qui circa Astronomiæ rationes, & prædictiones plurimùm occupantur. Nam & Magi cultui Deorum vacant, preces illis, & sacrificia offerunt, & à se solis exaudiri persuasum habent: quos etiam Ignem, Terram, & Aquam esse arbitrantur. Statuas & simulachra aversantur: improbántque eos, qui stultè Deos mares, vel feminas dicunt. Divinationes, & prædictiones exercent, sibi Deos apparere asserentes, & Genios, quibus aër plenus est. Auri usum, & externum cultum prohibent. *Aristoxenus* hæc dogmata accepisse eum dicit à sorore Themistoclea, quæ Delphis erat. Neque mirum est illum tantis disciplinis imbutum multa feciisse miracula super naturalia.

Pythagoras Magus.

Miracula Pythagoræ.

Ferunt enim illum eodem die, & horâ visum fuisse, & collocutum cum amicis familiaribus Crotone & Metaponti.

Cúmque aliquando ursam feritate, ac vastitate corporis inusitatâ horrendam conspexisset, solâ voce ad se venire jussit, manibúsque demulsit: & domum abductam reddidit cicurem: Quam paulò post cùm dimissurus esset, jurejurando tanquam verbis conceptis adegit, ne in posterum ulli animantũ inferret damnum

aut

aut læsionem: quòd præstitisse postea compertum est: nam fera in sylvas se recipiens nulli nocumento deinceps fuisse audita est.

Superiùs quoq; ostendimus illum aquilam supervolantem magico susurro ad se revocasse,& cicurem reddidisse.

Plutarchus in vita Numæ scribit, Pythagoram prope Tarentum conspexisse bovem ingressum agrum fabis consitum, & mordicùs pedibúsque corrumpentem fruges. Tum ille bubulco ad se vocato præcepit, ut bovem à fabis abstinere juberet. Cui pastor, irridens, Ego, inquit, id præcipere meis bobus non didici. Sed tu, qui in scholis hactenùs versatus es, meas vices obito. Tum Pythagoras propiùs accedens,& bovis auribus quæpiam immurmurans, bovem abire jussit: statimque animal tanquam intelligens recessit, fabasq; lacerare desiit, & à tali pabulo in posterum abstinuit: factusq; est de terrestri colono, urbanus ambulator: & de manu hominum placidè sumens pabulum Tarenti consenuit. *Bos cicur.*

Aristoteles testatur Pythagoram solis verbis interemisse in Hetruria serpentem morsu noxium,& gravia damna inferentem.

Ipsum quoq; Pythagoram dicunt *Pythagum*, hoc est ludicrum, per speculum factitasse: ut quæ collibuisset sanguine perscriberet in speculo: móxq; literis ad lunam pleni orbis obversis stanti à tergo, ut in Lunæ disco exaratas commonstravit. Quod refert *Suidas in voce* Θετταλὴ γυνὴ. Et *Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 23.*

Quin & tam certas de futuris prædictiones sciscitantibus prænunciavit, ut illi idcircò *Pythagoræ* nomen inditum multi asseverent, quòd æquè certa responsa referret, ac ipse *Pythius Apollo*.

Plinius asseverat illum magicas artes exercuisse, sicuti & Democritum. Nam uterq; herbarum Magicarum nomina quædam recenset. Ut Pythagoras nominat *Coraceſiam, Calliciam, Menaidem, Corinthadem, & Aproxin.* Primis duabus aquam subitò glaciari, & concrescere fama est. Corinthadis decocto in aqua, protinus sanari serpentum venenatorum morsus, si eo foveantur. Eundem succum effusum in herba si quis vestigio conterit, aut si eo fortè respergatur, insanabilem perire. *Democritus* has connumerat herbas veneficiis aptas: *Chirocineta, Aglaophotin, Marmaritin, Achemenidon, Hippophovada, & Adamantida.* Marmaritide usos fuisse Magos asserit, dum vellent evocare Deos, & aëris Genios, ac Dæmonas, & eos elicere ad responsa fatidica reddenda. Achemenidis radices in pastillos redactas, si fontes & rei interdiu cum vino potent, per cruciatus noctu confitentur omnia, quæ commiserunt, quæ per tormenta extorqueri non poterant. *Herba Magica à Pythagora inventa.* *Herba Veneficorum, Democriti.*

Atqui Pythagoras primus τῆς μετεμψυχώσεως, (hoc est, *transfusionis, & migrationis animarum in alia corpora,*) auctor fuit: aut saltem hanc opinionem doctrinâ promulgavit. Ideò, ut superiùs retulimus, se Ætalidem, postea Euphorbum, postea Hermotimum, deinde Pyrrhũ, ac postremò Pythagoram fuisse asserebat. Neq; solùm animas in humana corpora immigrare, sed etiã in bruta, & in arbores, & plantas omnis generis. Cum aliquando præteriens animadvertisset catulum à quodam verberari, illum reprehendit, tanquam injuriam facientem animæ boni viri, qui illi amicus fuisset: de quo scriptum invenitur hoc Epigramma. μετεμψύψωσις.

Καὶ ποτὲ μὲν συφελιζομένῳ σκύλακι παριόντα
Φασὶν ἐποικτῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος.
Παῦσαι· μηδὲ ἔτυπτε· ἑταίρου ἀνέρος ἦ γὰρ
Ψυχὴ, τὴν ἔγνω φθεγξαμένης αἴων.

Qui catulum duro miseratus verbere cæsum
Cùm (ut fama est,) olim præteriisset, ait:
Desine; ne miserum cædas: nam charus amici
Est animus: quod vox indicat ipsa mihi.

Hanc transmigrationem animarum secuti sunt postillum alii Philosophi, & magni viri: incertúmq; est, an à Brachmanibus Indis eam opinionem acceperint, vel

vel Brachmanæ à Pythagoricis. Nam de ea similiter sentire Sapientes illos Indos, & Gymnosophistas Æthiopas postea ostendemus *in vita Apollonii Tyanæi:* nam & illi eodem victus genere, & vestitu usi sunt. Sunt enim adhuc hodie Brachmanæ isti Indi Sapientes summo in honore apud Orientales reges, religioni Deorum addictissimi, sed Dæmonum tantùm, & superstitiosorum cultuum: cùm exciderint ab illa sapientia, qua priscis sæculis celebres habiti sunt. Horum historiam refert, habitusq;, & formas *Joannes Hugonius Lindsconius Herlemius:* qui ad extremas Indiæ regiones profectus, diligentissimè singula notavit, quæ de iis comperit. Lege peregrinationis ejus *caput* 38. ubi Brachmanas præfectos esse ait sacerdotio Idoli Pagodes totius Indiæ celeberrimi: potiriq; præcipuis dignitatibus in aula regia: ex eorũ nutu, & disciplina omnem religionem tradi. Credunt illi, docéntq; unum summum Deum esse æternum, omnipotentem, conditorem, & conservatorem mundi totius. Sed animas justorum post mortem cœlo inferri, & assistere summo Numini: hominúmq; intercessores esse inter Deum & mortale genus, & invocantes audire, illisq;, potestate à DEO acceptâ, opem ferre in necessitate: ideò coli & venerari debere, sed sub forma quantùm exprimere possunt horribili: ut metuat populus, & formidet illos offendere, cùm possint obesse quibus velint, sicuti & prodesse. Reliquas defunctorum animas minùs puras credunt migrare in alia animalia, sive ratione prædita, sive bruta: prout meritis sunt præstantiores, & minoribus peccatis inquinatæ: & in illis corporibus puniri, & agitari, donec repurgatæ à vitiis mereantur reverti in humana corpora. Usq; adeò successu temporis corrumpuntur omnia benè instituta, & abusus superstitionésq; confirmantur in animis hominum, qui à Dæmonibus in transversum abducuntur!

Pythagoras sub terra annum unum latuit.

Hermippus (ut refert *Diogenes Laërtius*) ita de Pythagora scribit: *Cùm in Italiam venisset, subterraneam fecisse domum fama refert; matriq; mandasse, ut quæ contingerent tabulis inscriberet, tempúsq; adnotaret: deinde illum descendisse in locum illum subterraneum, ac dum rediret, matrem, quæ jussa fuerat, fecisse. Anno autem exacto ascendisse Pythagoram ex effossa domo squalidum, & macie confectum: advocatâque concione dixisse ex inferis se ascendere: atque ut fidem faceret, recitasse quicquid evenisset. Eos verò iis, quæ dicebantur affectos, prorupisse in lacrymas, & ejulatus. Pythagoramq; jam divinum quippiam habere existimantes, uxores suas illi in disciplinam certatim commisisse: ut vivendi modum ab eo discerent:* hæc Hermippus.

Constat sanè illum Crotoniatis & Metapontinis leges præscripsisse: populúmq; luxuria diffluentem auctoritate, & doctrina ad frugaliorem cultum revocasse: nam & delicias conviviorum, cantus, saltationes, & potus sustulit: auratas vestes, ornamentáq; sumptuosiora mulieres coëgit, ut in templo Junonis consecrarent: & hymnis laudibúsq; Deorum vacarent, & gubernationi domesticæ, fusis, & calathis.

Pythagoræ uxor & liberi.

Habuit Pythagoras uxorem nomine Theano, Brontini Crotoniatæ filiam: quamvis illam Brontini uxorem, sed Pythagoræ discipulam quidam fuisse velint. Fuit illi & filia Damo. De qua *Lysis in Epistola ad Hermippum*, ita loquitur: *Ajunt plurimi te publicè (quod Pythagoras semper inhibuit) Philosophari.* Qui cum *Damoni* filiæ commentaria sua commendaret, jussit ut ne cui extra domum ea traderet. Ea verò cùm ingenti pecunia posset illa distrahere, inopiam, patrisq; monita auro preciosiora censuit: idq; cùm esset mulier. *Telanges* Pythagoræ dictus est filius Philosophus insignis, quiq; Patri successit, & juxta quosdam Empedoclis præceptor fuit. Et is nihil scripsisse dicitur, sed ejus mater quædam eruditione referta reliquit.

Floruit Pythagoras Olympiade septuagesimâ: ipsiúsq; schola duravit usque ad nonam, & decimam generationem. Postremi Pythagoreorum fuerunt, quos *Aristoxenus* se vidisse testatur, *Zenophilus Chalcidensis ex Thuria. Plauto Phliasius, Echecrates, Diocles, & Polymnastus Phliasii & ipsi.*

Cùm Pythagoras per multos annos Crotone commoratus fuisset, Metapontum-

tum se contulit: ubi vita functus est secundùm Heraclidem octogenarius; secundùm alios anno vitę nonagesimo. Tanta fuit hujus Philosophi auctoritas, ut Metapontini ejus domum in templum converterint, illiq; post mortem honores divinos decreverint tanquam Deo Indigeti, & cujus beneficio levarentur in afflictione.

Mors Pythagoræ.

De ejus morte hoc refert *Diogenes Laërtius:* Consederat Pythagoras Crotone, in domo Milonis cum aliquot sociis. Eam verò domum quispiam ex his, quos ille admittere noluerat, per invidiam incendit. Sunt qui Crotoniatas ipsos tyrannidis suspicione ac metu hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igitur incendii incommoda vitantem, cùm egrederetur, apprehensum esse, & agro cuidam fabis pleno intrantem, ibi constitisse, ac dixisse: *capi præstat, quàm has dare pessum: cædiq; satius est, quàm quicquam loqui:* atq; ita jugulum persecutoribus nudasse: complúresq; ex discipulis, (nam circiter quadraginta secuti fuerant) interemptos periisse, & paucos effugisse: ex quibus *Archytas Tarentinus* fuit, & *Lysis. Dicæarchus* ait Pythagoram in delubrum Musarum, quod Metaponti est, confugisse: ibiq;, cùm quadraginta dies absq; cibo perstitisset, defeciisse. *Heraclides in vita Satyri* scribit, illum postquam in Delo Pherecydi justa persolvisset, rediisse in Italiam: & cùm in domo Milonis Crotoniatæ celebritatem offendisset, Metapontum abiisse: ibiq;, cùm vivere diutiùs nollet, inediâ vitam finiisse. *Hermippus* autem ait, bello inter Agrigentinos & Syracusanos exorto, Pythagoram cum sociis exisse, opem laturum Agrigentinis. Quibus in fugam actis, illum fabarum campum circuisse, ibiq; à Syracusanis fuisse interfectum. Reliquos verò ad triginta quinq; Tarenti fuisse crematos, cùm primariis civitatis contra ire vellent, atq; ab iis in Reipulicæ administratione obstinatiter dissentirent.

Pythagoras alphabeto Cadmi Regis Phœnicum adjecit literam υ. ζ. χ. & ω. Cadmus enim docuerat Bœotos α. β. γ. δ. ε. η. ι. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. ψ. quibus Palamedes tempore belli Trojani addidit ξ. θ. φ. χ.

Cyrillus lib. 3. contra Julianum scribit Causum fluvium salutasse Pythagoram his verbis: χαῖρε ὁ Πυθαγόρας. Ut tradit *Porphyrius ex Cyrillo*: idem quoq; fecisse Genium Sami fluvii, qui Pythagoram prętereuntem salutasse dicitur. Ejus doctrinæ multos habuit sectatores tam inter Græcos, quàm inter Italos. Inter quos recentiores fuere à Diocletiano usq; ad Valentem. *Plotinus, Porphyrius, Proclus, Jamblichus, Edesius, Sopater, Maximus,* quos Valens Imperator morte sustulit. Inter quos fuit & *Eusthathius,* cui nubere voluit Sosipatra mulier docta & Magiæ dedita, quæ memoriâ tenebat omnium Poëtarum scripta, prædicebat futura poscentibus, & infinita edebat miracula. Eustathium sibi virum delegit, quòd præscivit eum geniturum filios, qui opinione hominum futuri essent infelices, sed non judicio Deorum, nempe insignes Magos. Quódq; maritus ejus brevioris quidem futurus esset vitæ, sed post obitum transferendus in circulum Lunæ, ubi beatus omne ævum transigeret. Ea dum cum Philosophis de anima disputaret, repentè subticuit: postea ad se rediens. Ah, inquit, Philometor è carpento lapsus graviter saucius jacet, & de vita esset periclitatus, nisi equi substitissent. Erat enim Philometor ejus amasius, cujus consuetudine furtivâ abutebatur. Lege de ea

Pythagoricæ sectæ sectatores recentiores.

Sosipatra Maga.

Eunapium in vita Edesii.

ARUNS.

Fulminis agnoſco motus, Venasq; calentes
Fibrarum; atq; avium mobilè remigium.

ARUNTEM inter ſuos vates, qui divinandi ſcientiâ antiquitùs claruerunt, numerarunt Hetruſci. De quo *Lucanus lib.* 1.

Hæc propter placuit Thuſcos de more vetuſto
Acciri vates: quorum qui maximus ævo
Aruns incoluit deſerta vænia Lunæ:
Fulminis edoctus motus, venásque calentes
Fibrarum, & curſus errantis in aëre pennæ.

Fuit enim Hetruria ſtatim à principio ſuperſtitionibus plurimùm dedita: utpote quæ ab Ægyptiis incoleretur, ceremoniis circa Deorum cultum ante omnes populos addictiſſimis; potiſſimùm augurandi ſcientiâ, & aruſpicinâ celebres ſemper extitêre. Eáque regio à Tyrrhenis olim culta eſt. Tyrrheni enim fuerunt Lydi, quos Tyrrhenus Atyos filius, & Lydi frater adduxerat in Italiam novas ſedes quærens. Atys verò Herculis Libyci, & Omphales filius fuit.

Cúmq;

Cúmq; ob ſterilitatem, rerum inopia ac fame premeretur populus, neq; poſſet ea regio incolarum multitudinem nutrire, Atys ex duobus filiis Lydum regni ſucceſſorem apud ſe detinuit. Natu autem minorem Tyrrhenum, cum numeroſis hominum copiis, ablegavit, datâ illi theſaurorum parte. Is poſt longos terrâ mariq; errores, tandem pervenit in Italiam: totámq; illam partem, quæ ad mare inferum ſita eſt, inter Macram fluvium, & Tyberim occupavit, ac de ſuo nomine cum mari Tyrrhenum vocavit. *Beroſus* ex Hercule & Omphale Lydorum regina (cui Græci Poëtæ dicunt Herculem ſerviviſſe, à Jove venditum, propter Iphiti Euryti Regis filii cædem, & fratris Ioles) dicit natum fuiſſe Atyn, ſive Athon Priſcum: ex quo genitus eſt Mannus: ex Manno Aſtan, ex quo Pipinus Priſcus: Ex Pipino Tarchon Priſcus, & Athos Junior: Ex Tarchonte Tyrrhenus, ex quo Thraſimenus: qui omnes longa ſerie regnaverunt in Italia.

(Pete reliqua ex Genealogia Deorum ad Bipontinum Principem miſſa: in qua longo ordine deſcripſi eos, qui apud Hetruſcos Imperium tenuerunt:) Et ii non ſolùm contenti regia dignitate, ſed etiam illi addiderunt ſacrorum officia, auguriorum ſcientiam, & exercitium, quod tantùm Optimatibus, & Principibus viris competere arbitrati ſunt. Multùm enim facere ad augendam Regum auctoritatem credebant, ſi cum potentia politica, exiſtimarentur amici, & familiares Deorum, & cum iis colloquia conſiliáq; omnia communicare.

Tanta fuit commendatio Romæ Hetruſcorum augurum, ut à Senatu legibus cautum ſit, ne quid domi foriſq; decerneretur, quin priùs res ad Hetruſcos delata eſſet. Legis hujus verba ſunt: *Prodigia & portenta ad Hetruſcos Aruſpices, ſi Senatus juſſerit, deferunto. Hetruriæ diſciplinam Principes diſcunto: Quibus Diis decreverint procuranto. Iisdem fulgura & oſtenta pianto. Auſpicia ſervanto. Auguri parento.* *Lex de Auguribus.*

Sed cùm ſæpiùs à Romanis diſſiderent Hetruſci, quódque non ſine difficultate Româ in Hetruriam mitterentur legati, qui de rebus incertis ſciſcitarentur; Senatus decrevit, ut ſex Optimatum filii Hetruſcis in diſciplinam traderentur, qui augurandi artem ab eis diſcerent. Mittebantur enim Feſulas (Hodie Feſulæ oppidum in monte prope Florentiam,) olim ab Athlante Priſco rege Mauritaniæ conditam urbem: in qua fuit collegium, & domicilium celeberrimum Augurum Hetruſcorum: quorum ſumma fuit auctoritas, & dignitas per totam Italiam, potiſſimùm Romæ. Legimus Romulum in tribus Centuriis Ramnenſi, Titienſi, & Luceri ſingulos Augures legi juſſiſſe, qui ceremoniis, & prædictionibus præeſſent: & iis poſtea duos fuiſſe adjectos, deinde quatuor. Et ne hic numerus excederet Senatûs conſulto cautum eſſe: uſq; ad Syllam Dictatorem, qui adjecit quindecim, ut eſſent viginti quatuor. Horum officium fuit auſpicia captare, & ex iis colligere ſigna futurarum rerum, Deorúmq; monita conſiderare de eventibus proſperis, vel adverſis. *Feſulæ Augurum ſedes.*

Auguria captaturi cœlum eligebant purum, & ſerenum, aëréq; nitido. Lituum (qui erat baculus incurvus Augurale ſignum) manu tenebat Augur: eo cœli regiones deſignabat: Et metas, intra quas contineri debebant Auguria, metiebatur oculis & animo intento: & hæ vocabantur templa: unde contemplatio dicta eſt conſideratio, & meditatio rerum ſacrarum; ut dextrum ſiniſtrumq; latus obſervaret. Tunc regiones ab oriente in occaſum terminabant limite decumano, & cardine ex tranſverſo ſigno metato, quò oculi ferrent quàm longiſſimè. Antica in ortum vergebat, poſtica regio à tergo ad occaſum: dextra ad meridiem, ſiniſtra ad Septemtrionem. Stabant in Teſquis, quæ caſulæ erant, & mapalia deſtinata his obſervationibus: Romæ poſtmurium hortus erat ad auguria captanda devotus. Cùm hęc peregiſſent, carmine præfato preces cõcipiebãt, & his ſigna poſcebãt. Preces verò aliquo pręeũte recitabãt, ne fortè hallucinarẽtur augures, vel hæſitãdo *Modus captandorum auguriorũ.*

titubarent in pronunciatione. Poſt abſolutas preces, velato capite, toga duplici Augurali candida conſidebant: intentísque in cœlum oculis attentè expectabant, ſi quæ ſigna ſeſe offerrent: ſi objiceretur avis aliqua, conſiderabant quo volatu ferretur, an obliquo, vel prono, vel ſupino motu corporis: quò flecteret, contorqueret, aut contraheret membra: qua in parte ſe occultaret; an ad dextram, vel ſiniſtram canerent oſcines. Ex cœlo contemplabantur tonitrua, ſi aut lævum, vel impari numero tonuiſſet: Si ab ortu fulmina ejacularentur: ſi circumacta per cœlum in eandem partem reflecterentur, vel ſi vibrata è nubibus à terra reſiliviſſent: ſi crebris ignibus fulſiſſent. Si à ſiniſtra in dextram emicaſſent. Si cœlo ſereno tonuiſſet. Si ab occaſu, vel per Septemtrionem in occaſum ferrentur fulgura: & alia ejuſmodi. Et hæc obſervatio fiebat à media nocte ad mediamdiem, creſcente non deficiente die. Neq; captabantur Auguria poſt menſem Julium: propterea quòd aves redderentur imbecilliores, & morbidæ, pulliq; earum eſſent imperfecti. Fulmina diurna tribuebant Jovi, nocturna Plutoni Summano.

Tempus Augurioru captandorum.

Auguria multiplicia.

Habuerunt Augures Lucos, & aras, & peculiaria ſacra ad elicienda fulmina: quæ vel bruta vocabantur, vel fatidica. Et ex his alia dicebantur conſiliaria, alia authoritatis, alia ſtatûs, alia publica, alia privata. Quædam poſtularia, quædam peſtifera, quædam monitoria, quædam auxiliaria, quædam hoſpitalia, quædam peremtatia, vel regalia, vel familiaria.

Auguriorũ genera quinque.

Hanc Augurandi ſcientiam Græci vocarunt ὀρνιθομαντείαν, vel οἰωνομαντείαν. Auguriorum *quinque* fuerunt genera. *Primum* à cœlo captabatur: *ſecundum* ab avibus: *tertium* à bipedibus, *quartum* à quadrupedibus: *quintum* à diris. Et ex his quædam caduca dicebantur, ubi quid templo ab Auguribus metato excidiſſet: alia clivia, quæ difficulter evenire comperiebantur.

Ex avibus oſcines Augurium faciebant cantu: præpetes auſpicium volatu: pulli tripudio utrumq; præſtabant. Aves funebres averſo omine vetabant aliquid fieri: Supervaganeæ ex ſummo cacumine vocem emittebant.

Præpetes quæ.

Ad præpetes referuntur aquilæ, Vultures, Buteones, Sanqualis, immuſculus, falco, ciconia, accipiter, milvus, avis incendiaria: Cignus erat proſper nautis, & navigantibus: columba regibus, quia nunquam ſola volat. Anſer Romanis fuit ſacer, & boni ominis: quòd quo tempore Galli Senones Urbem occupaſſent, & Capitolium obſiderent, anſeres ſacri in templo Junonis editò ſtrepitu vigiles excitarunt, canibus ſilentibus, & ſomno ſopitis: unde poſtea in pompis ſacris geſtabant canem affixum cruci, & anſerem vivum ſuper cruce: Gallinæ cantantes, corvi, bubones, infauſtæ aves cenſebantur.

Pullorum tripudium.

Pulli gallinacei ad Auguria captanda ſervabantur clauſi caveis loco ſacro. Quorum cuſtodiæ conſtitutus erat Pullarius: Is pullos diligentiſſimè explorabat ſummo manè, & primo diluculo: imperatóq; ſilentio, & apertâ caveâ pultem, vel offam illis exhibebat: quòd ſi ad oblatum cibum non alacriter venirent, ſed alis excuſſum illum deturbarent, ſi non ſumerent eſcam, & ſi evolarent, ea omnia malum omen præbebant. Sin autem in cibum involarent, & avidè eum depaſcerentur, ita ut ex eorum ore aliquid laberetur, & terram paviret, quod tripudium faceret ſoliſtimum; ex eo Pullarius felicem rerum ſucceſſum à Deo promitti aſſerebat.

Ex quadrupedibus auſpicia ſumebantur: ut ex lupis, vulpibus, leonibus, arietibus, capris, aſinis, juvencis, leporibus, muſtellis, muribus, & aliis ejuſmodi.

Auſpicia ex quadrupedibus & aliis.

Si lupus ore pleno iret ad dextram, proſperum denunciabat eventum. Si caſtra aut urbem eſſet ingreſſus, & inde evaderet illæſus infortunium grande præſagiebat.

Si lepus ex tranſverſo itineris ſaliret: ſi fœta vulpes occurreret, aut prægnans canis; ſi ſerpens interrupiſſet iter prætereuntis, vel adhæſiſſet veſti; ſi canis alienus & niger domum eſſet ingreſſus; ſi muſtella vel ſerpens in ædibus eſſet viſus; ſi ſpectra ſeſe obtuliſſent, vel flammæ ſcintillantes; ſi riſus, vel gemitus occulti audirentur;

tur; si quis suum nomen vocari incerto auctore sentiret; si mulier fusum torquens occurreret; si salinum effusum, aut oleum, vel mel, vel cineres è foco dejecti; si aqua sub mensa profunderetur; si tigna, trabes, vel mensæ crepuissent, ea omnia mali erant ominis. Quocunq; apes examen locassent, infortunatum eventum ostendebant. Agmina quoq; locustarum non sine malo portento conspiciebantur. Idem quoq; præstabant mures, si quid arrosissent. Vinum sub mensa effusum, vel in convivarum vestes, lætitiam significabat.

Hæc omnia si evenissent decretis per Pontifices supplicationibus, lustrationibus, & lecti sterniis, ad avertendam Numinum iram, & expiandas offensas indicto festo procurabantur.

Supplicationes solemni ritu fiebant. Senatores & Patritii cum uxoribus & liberis coronatis; nonnunquam aderant omnes Urbanæ tribus, ordinésq;, qui simul gravi pompa publicè venerabundi procedebant, præeuntibus pontificibus, Sacerdotibus, & Duûmviris: sequebantur pueri ingenui, & Libertini, virginésq; patrimæ & matrimæ coronatæ, laureámq; manu gestantes; & hi omnes voce modulata hymnos cantabant. Totáq; Urbs pacem à Diis poscebat: circumibant omnes fana, ac delubra Deûm, in quibus pulvinaria magnifico deposita erant apparatu, constrata fasciculis verbenarum, qui struppi vocabantur. Ibi preces habebantur, & sacra fiebant solemnibus ceremoniis, exquisitísq; ornamentis undique distributis. *Supplicationes publicæ.* *Ad pulvinaria.*

Lustrationes fieri solebant mense Februario. In ijs primò litabatur, & sacra fiebant: quibus peractis Censor Deos Imperii Præsides alta voce orabat, ut fines Imperii, Urbes, agros, & flumina propicii tutarentur, mala ab eis deturbarent, rerúmq; successus felices & secundos Imperatori, Ducibus, militiæ, Senatui, magistratibus, & populo tribuerent, & vota in sequens lustrum grata susciperent. Fuerunt & alia lustra, quæ celebrari quinto quoq; anno solebant. Tunc Urbs lustrabatur sue, ove, & tauro: vel verre, tauro, & ariete. Eaq; dicebantur *festa Solitaurilia.* In iis præcedebant Pontifices, Flamines, Augures, Virgines vestales, Quindecimviri sacrorum, Septemviri Epulonum, & Salii Gabino ritu amicti: Quos sequebantur Patres, cum reliqua plebe. Lustrabantur & agri, & Curiæ Urbanæ, & populus: nonnunquam & classes: & ad harum expiationes adhibebantur ignis, aqua, sulphur, laurus, & verbena: quæ summa superstitione procurabantur ad Deos placandos, & reconciliandos. *Lustrationes.*

Aque hæc Auguria licèt apud omnes populos, maximè ad Italos anxia solicitudine, & cura circumspecta procurata sint: Certum tamen est, nunquam defuisse homines, qui his fidem non adhibuerint, sed vana crediderint: quod ex *Homeri* versibus cognoscimus *Iliados* 12. Hector graviter succensèt Polydamanti Panthoï filio refugienti prælium propter sinistrum augurium, cui infit:

Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί,
Ὃς κέλεαι ζλωὸς μὺν ἐειγδούποιο λαθέσθαι
Βουλέων ἅσσε μοι αὐτὸς ὑποέσχεθε καὶ κατένευσε.
Τιὴν δὴ οἰωνοῖσι πανυπερτάτοισι κελεύεις
Πείθεσθαι. Τῶν οὔ τι μετατρέπομ', οὐδ' ἀλεγίζω,
Εἴτ' ἐπὶ δεξί ἴωσι, πρὸς ἠῶ τ', ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερά, τοίγε πρὸ ζόφον ἠερόεντα.
Ἡμεῖς γ' μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ.
Ὃς πᾶσι θνητοῖσι, καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.
Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

At tibi Dî mentem turbarunt: spernere quæ me
Consilia & promissa jubes Jovis altitonantis.

Tu verò me præpetibus parêre jubésque
Auguriis, quæ sperno equidem, quia vana videntur.
Seu dextra spectentur aves, Phaëthontis ad ortum
Sive sinistra petant obituræ limina solis.
Consilio magni Jovis at nos fidere oportet.
Quem penès est hominum, divûmq; æterna potestas.
Optimum id auspicium est, Patriam pugnando tueri.

Cicero in Auguria.

Cicero in contemptum Auguriorum ita scribit: *Quid ego Aruspicum responsa commemorem? possum quidem innumerabilia recensere, quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios.* Ibi quoq; idem *Cicero* ridet, & confutat opiniones Quinti fratris in defensionem Auguriorum; & concludit: *Si hostiæ immolentur casu, & fortuitò, nihil certi ex observatione intestinorum colligi potest.* Et quamvis *in suo Bruto* glorietur, quòd promotione Q. Hortensii electus fuerit in collegium Augurum, eodem tamen loco satis ostendit, id præter suam voluntatem accidisse. Sed ne videretur religionis infractor & contemptor, verisimile est illum suam sententiam dissimulasse. Auguriorum namq, scientia apud antiquos superstitionibus deditos tanto fuit in honore, ut res Regia judicata sint. *Romulus* augur fuit, & *Numa*, & reliqui Reges Romani: sicut ante eos *Turnus*, *Rhamnetes* & alii. Lacedæmonii suis Regibus Augurem Assessorem dabant. *Cilices*, *Pamphilii*, *Phryges*, *Lycii*, *Cares*, *Arabes*, in summa veneratione semper habuerunt Auguria. *Pythagoras* desideravit Augur esse. *Deiotarus* Augurio sumpto ex aquilæ volatu iter cœptum reliquit, mortisque periculum vitavit, instans ex ruinis domûs, in qua diversaturus erat.

Auguriorũ scientia res Regia.

Claudius Appii Cæci filius, quòd contra Auguria expeditionem navalem parasset, magno Reipublicæ damno classem amisit.

Crassus contra Parthos bellum gerens inauspicatum, cum toto exercitu periit captus cum filio, & interfectus à Spurina regis Præfecto: Quem quia auri cupiditate bellum suscepisse barbari crederent, illi in os aurum liquefactum infuderunt, jubentes, ut auri famem satiaret. *Lucanus lib.* 1.

Postquam crudeli funere Crassus
Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.

P. Claudius Consul, cùm audiret pullos sacros nihil boni augurari, neq; cibum sumere velle: *Si esse nolint*, inquit, *bibant largiùs*, ideò illos in Tiberim projici jussit, illiq; expeditio infausta, & infelix successit. Experientia docuit sæpissimè contigisse, ut auguriorum contemptores malè perierint: tanta fuit in his superstitionibus tuendis Cacodæmonis malitia, DEO sic permittente occulto quidem, sed justo judicio.

Omina.

Ad Auguria referri possunt *Omina*: quæ sumuntur ex verbis hominum prolatis aliquo modo, unde conjectura sumi potest boni vel mali futuri. Ut legimus de *Paulo Æmilio* expeditionem parante contra Perseum regem Macedoniæ: Tacita ejus filia adhuc infans patri mœsta occurrit, inquiens: *Persia mea, ô Pater, mortua est.* Erat id nomen catulæ, quam unicè puellula diligebat. Æmilius inde bonum omen sumpsit: alacritérq; copias in hostem ducens, eum prælio superavit, Perseum regem cum filiis in acie cepit, & in triumphum egit: qui paulò post in carcere animi mœrore, vel vigiliis maceratus interiit.

Perseus Macedonũ Rex.

Cæciliæ Metellæ occurrit ejus Neptis defatigata, & lassa laboribus, Cæciliamque rogavit, ut illius sellæ insidere liceret: Atqui, inquit illa, eam tibi libens concedo, sede, & in ea quiesce. Evenit autem, ut paulò post mortua sit Cæcilia, & Crassus hanc uxoris suæ neptem sibi uxorem elegerit.

Cæcilia Metella.

Pompejus Magnus post Pharsalicam pugnam in Cyprum secedens, ut illic exercitum repararet, intuitus in via elegans ædificium, interrogavit ab adstantibus, quod illi nomen esset: cui responsum est, *Cacobasilæa*. Id illum tantoperè movit,

Pompejus Magnus.

propter

propter omen infaustum, ut de suis rebus desperans lacrymis profusis suam sortem tristissimus deploraverit: paulóq; post in Ægyptum fugiens, Ptolomæi regis perfidiâ ab Achilla Præfecto interfectus est.

Auguriorum diversa genera recenset *Augustinus lib.* 1. *de doctrina Christiana:* nempe quando amici duo in via ambulantes, alter eorum impingit in lapidem; vel si puer in ingressu domus limen pede concutit nolens. Si quis calceando se sternutet. Si quis in via labatur. Si mures vel talpæ vestem alicujus arroserint. Si inopinatò funus occurrat, vel mendicus, vel asinus, vel lupus, vel lepus ex transverso itineris feratur fugiens. *Auguriorũ genera.*

Pythagorici circa hæc fuerunt superstitiosissimi potissimùm circa nomina: ex quorum interpretatione, & significatione multifaria eliciebant arcana mysteria vaticiniorum, quibus se futura, & occulta præsentire, & prævidere putabant. Quod hodie factitatur à multis: ut ex duorum nominum conjunctione anagrammatismum forment: numerales literas disponant certo ordine; & inde prædicant, quis sit primus moriturus, an mulier masculum vel feminam paritura sit. An iter susceptum ex animi sententia debeat succedere: deniq; nihil est, quod ex his nugis non vaticinentur & prophetizent magni isti Philosophi.

Huc pertinet *ars Speculatoria:* quæ vaticinatur per monstra, portenta, ostenta, prodigia, tonitrus, fulgura, tempestates, cometas, & alia ejusmodi, quæ in nubibus apparent. *Ars speculatoria.*

Portenta à portendendo dicta sunt, quando quid fit contra naturalem ordinem. *Plinius lib.* 2. *c.* 83. scribit *L. Martio, & Sexto Julio Coss. in agro Mutinensi duos montes simul concurrisse, & locum mutasse, magno incolarum metu & damno.*

Ultimo Neronis anno in agro Marrucino prata, olivetáq; agri Imperatoris translata sunt in possessionem Vectii Marcelli equitis Romani, relictâ viâ regiâ, quę agros utriusq; separabat.

Xerxe ingrediente urbem Laodiceam, Platanus in olivam versa est. Hæc omnia salsè ridet *Cicero lib.* 2. *de divinatione:* quem lector consulere potest, & illic aliquot ejusmodi exempla videre.

Portenta tamen non semper spernenda sunt: nonnunquam enim judicantur argumenta iræ divinæ propensæ in genus humanum, ut homines avocet à peccatis, & adducat ad pœnitentiam. *Secundo lib. Machabæorum cap.* 5. traditur *per dies quadraginta Hierosolymis visas fuisse acies armatorum hominum, strepitus armorum auditos, lancearum vibrationes, & hinnitus equorum: quæ denunciabant urbis direptionem primò sub Jasone, postea sub Antiocho Epiphane.* *Portenta iræ divinæ signa.*

Josephus historicus multa prodigia visa scribit ante Hierosolymorũ obsidionem per Vespasianum factam. Ut fuit stella splendida in formam gladii igniti imminentis urbi. Cometa qui arsit anno integro. Lumen ardens circa altare templi. Vitellus inter manus sacrificantium peperit agnum. Fenestra orientalis in Templo seris & repagulis benè obfirmata subitò aperta est. Currus armati in aëre visi: voces horribiles auditæ, clamantes *Exeamus hinc.* Phalanges armatæ nubibus immixtæ apparuerunt in festo Pentecostes. Filius Ananiæ in festo Tabernaculorum, quasi mente captus ex agro in Urbem irrupit sæpiùs exclamans, væ væ Hierosolymis: vox super Hierosolymas; vox super templum, vox super sponsos & sponsas, & alia ejusmodi plurima: quæ exclamavit impertertitus usque ad ultimum vitæ spiritum, cùm flagris & tormentis ad silentium cogeretur.

Plinius lib. 2. *cap.* 56. scribit M. Acilio & Cn. Porcio Coss. pluisse lacte, & sanguine. L. Volumnio, & Servio Sulpitio Coss. carne. Et in Lucania pluisse ferro anno uno ante M. Crassi cladem acceptam apud Parthos. Consulibus quoq; L. Lepido, & Cn. Marcello lana pluit. Idem *Plinius cap.* 57. recitat bello Cimbrico auditos fuisse in cœlo crepitus armorum, & tubarum clangores. Et *cap.* 100. narrat antequam

Dio-

Dionyſius è Sicilia expelleretur, marinam aquam in portu uno die factam eſſe dulcem. Legimus & ante Julii Cæſaris necem, equum Imperatorium crebrò ſuſpiraſſe, & lacrymaſſe: & ante Caligulæ mortem ſtatuam Jovis riſiſſe. In vita S. Ambroſii continetur examen apum inſediſſe labris illius, dum adhuc infans in cunis vagiret: idem quoq; de Platone memoriæ proditum eſt: quod in utroq; ſignum dederit eloquentiæ futuræ, & ad perſuaſionem adcommodatæ.

Ejuſmodi prodigiorum exempla inveniuntur in hiſtoriis antiquis: & noſtro tempore non vulgaria contigerunt. Pluiſſe in Germania ſanguine, lapidibus, frumento, ranis, locuſtis aliquoties viſum eſt: conſpecti in cœlo tres ſoles *Anno* 1555. cùm Ingolſtadii eſſem. Cometas viſos, faces ardentes, acies armatas, & alia ejuſmodi nemo neſcit. Quæ à Chriſtianis piè poſſunt obſervari, tanquam ſigna cœlitùs à DEO data, quibus revocentur homines à vitiis, ad integritatem vitæ. Sed auguria illa ſtolida, & temeraria longè rejicienda ſunt: ut prohibita à Deo. *Levitic.* 19. *Non augurabimini, neque obſervabitis ſomnia.* Et *Eſaias* de Chaldeis horum obſervatoribus dicit *cap.* 47. *Adſint, & ſalvam te faciant Aſtrologi, & Augures annuncient tibi, quid eventurum ſit*: Et aliis in locis quàm plurimis animadvertimus graviter offendi Deum ſuperſtitioſis horum auguriorum obſervationibus, & multis calamitatibus eas punire.

Prohibita obſervatio auguriorũ.

Quid ineptius, quid magis ridiculum excogitari poteſt, quàm id quod hallucinator ille *Michael Scotus Placentinus* effutit, in ſuo tractatu de Phyſionomia, quem dedicavit FRIDERICO IMPERATORI? in quo multa nugatur, & delirat circa auguriorum obſervationem: quorum cognitionem appellat ſcientiam: nominaq; monſtroſa, & ipſo ſono timenda illis imponit. Dividit enim Auguria in duodecim ſpecies, ſicut Zodaicum diſtribuunt Aſtronomi: quorum decem extant, duo reliqua ex egregiis illis commentariis expuncta ſunt. Nomina illorum decem quæ ſuperſunt, hæc habentur: *Fer nova: Fer vetus. Viaran. Confer nova. Confer vetus. Scimalar vetus. Scaſſar nova. Scaſſar vetus. Emponenth. & Horrenam.* Præſtitiſſet hæc quoq; deleta cum aliis duobus: niſi quòd teſtimonium perhibent ſtultitiæ auctoris. Ex iis *Thomas Garzonus* duorum interpretationem proponit. *Fer nova*, inquit, ſecundùm mentem doctoris illius acuti, eſt, cùm domo tua egreſſus animadvertis hominem prætereuntem progredi ad dextram, vel avem ad eandem partem volare. *Viaram* eſt, cùm is, qui tibi occurrit, vertitur ad lævam: Myſteria abſtruſa, & Scoticæ ſapientiæ referta. Sed hæc futilia explodenda ſunt cum fatuo ſcriptore. Quia nulla reddi poteſt naturalis ratio: ſicut de corvorum frequenti crocitatione, & de mergorum in aquas immerſione, quæ imminentes pluvias ſignificant.

Mich. Scoti deliria.

Punitio in auguriorũ ſtudioſos.

Omnem artem *Speculatoriam, & Auguralem* (tanquam impiam & repugnantem doctrinæ Chriſtianæ) condemnant Concilia *Agathenſe, Aureliacenſe, & Carthaginenſe:* volúntq; horum ſtudioſos, & ſectatores excommunicatione puniri. Et *Gregorius* decretum ſtatuit, ut Liberi homines, qui his vanitatibus intendunt, carcere mulctentur, ſervi autem flagris: & leges Politicæ jubent ejuſmodi homines morte plecti, eorumq; bona ad fiſcum Principis redigi.

Erythræa Sibylla lib. 3. oraculorum, ubi ſtudia piorum deſcribit, dicit illos ab his ſuperſtitionibus alienos eſſe:

Sibylla Erythræa de divinis & auguribus.

Ἐξ ὧν δὴ χρὼς ἐσὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Οἱσιν ἀεὶ βελὴ Γ' ἀγαθὴ, καλὰ Γ' ἔργα μέμηλεν.
Οὔτε γὰρ ἠελίου κύκλον δρόμον, ἢ τε σελήνης:
Οὔτε πελώρια ἔργα μεριμνῶσι κὴ γαίης.
Οὔτε βαθὺ χαρόπιο θαλάσσης Ὠκεανοῖο.
Οὐ πάρμων σημῆ, οἰωνοπόλεων τε πτερυγὰς,
Οὐ μάντεις, ἢ φαρμακεὺς, ἢ μὴν ἐπαοιδὰς.

Οὐ μύθων

Οὐ μύθων μωρῶν ἀπάτας ἐγγαστερομύθων,
Οὐδὲ τὰ Χαλδαίων θεσμαίνια ἀστρολογοῦσιν:
Οὐδὲ μὴν ἀστρονομοῦσι. Τὰ γὰρ πλανάτα πάντα πέφυκεν.
Ὅσσα κὲν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κὴ ἴδωσι,
Ψυχὰς γυμνάζοντες ἐς ἄδὲν χρήσιμον ἔργον.

Ex quibus est hominum proles justissima semper,
Queis bona mens cordi est, & rerum cura probarum.
Nam neq; decursum Solis, Lunæve rotantem,
Nec curant ea, quæ per terras magna feruntur.
Nec magni Oceani rimando quærere fundum.
Nec sternutantum, nec præpetis omina pennæ.
Nec cantatores, vatésve, venenáve dantes.
Nec impostúras fatuorum ventriloquorum.
Nec Chaldæorum prædicta per astra loquuntur.
Astra nec observant: nam sunt hæc omnia falsa.
Dementes homines quæ perscrutantur in horas,
Inre exercentes animos, quæ non juvat hilum.

Idem sentiendum est de *Somniorum observatoribus*, qui ex iis mystica sensa conantur elicere, & divinationum multas species inde efformare. Hos *Cicero lib. de divinatione* deridet. Maximè Pythagoricos & Platonicos; qui ut certiùs aliquid somniarent, cultu exquisito sese præparabant: adiungitq; *Cicero* idem existimandum de somniis, quod de imaginatione insanorum; & ebriorum: quibus multa apparent & videntur, quæ vera non sunt. Ferunt enim Pythagoram, cùm iret cubitum, cantu & sono lyræ somnum captasse: ut hac ratione ad bona lætaq; somnia excipienda sese compararet: Jubebatq; à fabis abstinere: quòd inflationem multam habeant, contrariam tranquillitati mentis. *Somniorum observatio.*

Plato in Sympostio tradit somnia vera, & futurorum prænuncia immitti à Dœmonibus, qui medii sunt inter Deum & homines: Dei nuncii, Angeli, interpretes, & administri: hominum Patroni, advocati, & salutigeruli: & hæc opinio quoque fuit Empedoclis & Pythagoræ. Ii omnes censuerunt summum illud Numen cœleste, omnipotens, & æternum se non immiscere rebus humanis. Neq; proximè cum hominibus societatem aliquam, & consuetudinem habere: sed commercia, & colloquia inter Deum hominesq;, sive dormientibus ipsis, sive vigilantibus, per Dœmones agitari, & confici. *Plato* credidit Genios & Dœmones proprio munere, & officio mortalium vota & preces ad Deum referre: Deiq; munera, & auxilia hominibus impertiri mediantibus iisdem Geniis. Per hos insomnia mitti, vaticinia, incantationes, Magiam, omnemq; divinationem, & prodigiorum effectionem perfici. *Plato de somniis.* *Platonis opinio de Dæmonibus.*

Porphyrius somniorum veritatem partim refert ad innatas animis hominum notiones, quas ex altera vita detulit animus, ad hoc corpus veniens: partim ad ipsos Dœmonas, qui ea procurant in animis dormientium: ut refert *Augustinus lib. de Civ. Dei.*

Artemidorus Daldianus multa scripsit de somniorum interpretatione, de auspiciis, & chiromantia. De somniis quoque tractavit *Themistius* Philosophus tempore Juliani Imperatoris. *Synesius* quoq; Philosophus, & Præsul Ptolemaidis licet Christianus, multa tamen in suis commentariis immiscuit de quodã spiritu Phantastico, quem appellat animæ vehiculum, & quo medio, tãquam vinculo quodam, animus copulatur cum terreno corpore: in quo item solutus corpore animus ex uno loco in alium locum movetur, atq; in eo maleficiorum pœnas persolvit apud inferos: nec sine eo, dum est in corpore, quicquam potest intelligere. In hunc spiritum Phantasticum simulachra & formæ rerũ omnium, quæ fuerunt, sunt, eruntq; *Artemidorus de somniis.* *Synesius de spiritu Phantastico.*

Dionysius è Sicilia expelleretur, marinam aquam in portu uno die factam esse dulcem. Legimus & ante Julii Cæsaris necem, equum Imperatorium crebrò suspirasse, & lacrymasse: & ante Caligulæ mortem statuam Jovis risisse. In vita S. Ambrosii continetur examen apum insedisse labris illius, dum adhuc infans in cunis vagiret: idem quoq; de Platone memoriæ proditum est: quod in utroq; signum dederit eloquentiæ futuræ, & ad persuasionem adcommodatæ.

Ejusmodi prodigiorum exempla inveniuntur in historiis antiquis: & nostro tempore non vulgaria contigerunt. Pluisse in Germania sanguine, lapidibus, frumento, ranis, locustis aliquoties visum est: conspecti in cœlo tres soles *Anno* 1555. cùm Ingolstadii essem. Cometas visos, faces ardentes, acies armatas, & alia ejusmodi nemo nescit. Quæ à Christianis piè possunt observari, tanquam signa cœlitùs à Deo data, quibus revocentur homines à vitiis, ad integritatem vitæ. Sed auguria illa stolida, & temeraria longè rejicienda sunt: ut prohibita à Deo. *Levitic.* 19. *Non augurabimini, neque observabitis somnia.* Et *Esaias* de Chaldeis horum observatoribus dicit *cap.* 47. *Adsint, & salvam te faciant Astrologi, & Augures annuncient tibi, quid eventurum sit*: Et aliis in locis quàm plurimis animadvertimus graviter offendi Deum superstitiosis horum auguriorum observationibus, & multis calamitatibus eas punire.

Prohibita observatio auguriorũ.

Quid ineptius, quid magis ridiculum excogitari potest, quàm id quod hallucinator ille *Michael Scotus Placentinus* effutit, in suo tractatu de Physionomia, quem dedicavit FRIDERICO IMPERATORI? in quo multa nugatur, & delirat circa auguriorum observationem: quorum cognitionem appellat scientiam: nominaq; monstrosa, & ipso sono timenda illis imponit. Dividit enim Auguria in duodecim species, sicut Zodaicum distribuunt Astronomi: quorum decem extant, duo reliqua ex egregiis illis commentariis expuncta sunt. Nomina illorum decem quæ supersunt, hæc habentur: *Fer nova: Fer vetus. Viaran. Confer nova. Confer vetus. Scimalar vetus. Scassar nova. Scassar vetus. Emponenth. & Horrenam.* Præstitisset hæc quoq; deleta cum aliis duobus: nisi quòd testimonium perhibent stultitiæ auctoris. Ex iis *Thomas Garzonus* duorum interpretationem proponit. *Fer nova*, inquit, secundùm mentem doctoris illius acuti, est, cùm domo tua egressus animadvertis hominem prætereuntem progredi ad dextram, vel avem ad eandem partem volare. *Viaram* est, cùm is, qui tibi occurrit, vertitur ad lævam: Mysteria abstrusa, & Scoticæ sapientiæ referta. Sed hæc futilia explodenda sunt cum fatuo scriptore. Quia nulla reddi potest naturalis ratio: sicut de corvorum frequenti crocitatione, & de mergorum in aquas immersione, quæ imminentes pluvias significant.

Mich. Scoti deliria.

Punitio in auguriorũ studiosos.

Omnem artem *Speculatoriam, & Auguralem* (tanquam impiam & repugnantem doctrinæ Christianæ) condemnant Concilia *Agathense, Aureliacense, & Carthaginense:* volúntq; horum studiosos, & sectatores excommunicatione puniri. Et *Gregorius* decretum statuit, ut Liberi homines, qui his vanitatibus intendunt, carcere mulctentur, servi autem flagris: & leges Politicæ jubent ejusmodi homines morte plecti, eorúmq; bona ad fiscum Principis redigi.

Erythræa Sibylla lib. 3. oraculorum, ubi studia piorum describit, dicit illos ab his superstitionibus alienos esse:

Sibylla Erythræa de divinis & auguribus.

Ἐξ ὧν δὴ χρὼς ἐσὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Οἱσιν ἀεὶ βελὴ τ' ἀγαθὴ, καλὰ τ' ἔργα μέμηλεν.
Οὔτε γὰρ ἠελίου κύκλον ὁρόων, ἢ τε σελήνης:
Οὔτε πελώρια ἔργα μεριγνῶσι κατὰ χθονός.
Οὔτε βαθὺ χαράσσιο θαλάσσης Ὠκεανοῖο.
Οὐ πάρμων σημὴ, οἰωνοπόλων τε πτερυγὰς,
Οὐ μάντεις, ἢ φαρμακοὺς, ἢ μῦθ' ἑταίρους.

Οὐ μύθων

Οὐ μύθων μωρῶν ἀπάτας ἐγγαστερομύθων,
Οὐδὲ τὰ Χαλδαίων παραμάντια ἀστρολογοῦσιν:
Οὐδὲ μὴν ἀστρονομοῦσι. Τὰ γὰρ πλανήτα πάντα πέφυκεν.
Ὅσσα κεν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν καὶ ἡμεῖς,
Ψυχὰς γυμνάζοντες ἐς ἀρὴν χρήσιμον ἔργον.

Ex quibus est hominum proles justissima semper,
Queis bona mens cordi est, & rerum cura probarum.
Nam neq; decursum Solis, Lunæve rotantem,
Nec curant ea, quæ per terras magna feruntur.
Nec magni Oceani rimando quærere fundum.
Nec sternutantum, nec præpetis omina pennæ.
Nec cantatores, vatésve, venenáve dantes.
Nec impostoras fatuorum ventriloquorum.
Nec Chaldæorum prædicta per astra loquuntur.
Astra nec observant: nam sunt hæc omnia falsa.
Dementes homines quæ perscrutantur in horas,
Inre exercentes animos, quæ non juvat hilum,

Idem sentiendum est de *Somniorum observatoribus*, qui ex iis mystica sensa conantur elicere, & divinationum multas species inde efformare. Hos *Cicero lib. de divinatione* deridet. Maximè Pythagoricos & Platonicos; qui ut certiùs aliquid somniarent, cultu exquisito sese præparabant: adiungitq; *Cicero* idem existimandum de somniis, quod de imaginatione insanorum, & ebriorum: quibus multa apparent & videntur, quæ vera non sunt. Ferunt enim Pythagoram, cùm iret cubitum, cantu & sono lyræ somnum captasse: ut hac ratione ad bona lætaq; somnia excipienda sese compararet: Jubebatq; à fabis abstinere: quòd inflationem multam habeant, contrariam tranquillitati mentis. *Somniorum observatio.*

Plato in Symposio tradit somnia vera, & futurorum prænuncia immitti à Dœmonibus, qui medii sunt inter Deum & homines: Dei nuncii, Angeli, interpretes, & administri: hominum Patroni, advocati, & salutigeruli: & hæc opinio quoque fuit Empedoclis & Pythagoræ. Ii omnes censuerunt summum illud Numen cœleste, omnipotens, & æternum se non immiscere rebus humanis. Neq; proximè cum hominibus societatem aliquam, & consuetudinem habere: sed commercia, & colloquia inter Deum homines q;, sive dormientibus ipsis, sive vigilantibus, per Dœmones agitari, & confici. *Plato* credidit Genios & Dœmones proprio munere, & officio mortalium vota & preces ad Deum referre: Deiq; munera, & auxilia hominibus impertiri mediantibus iisdem Geniis. Per hos insomnia mitti, vaticinia, incantationes, Magiam, omnemq; divinationem; & prodigiorum effectionem perfici. *Plato de somniis.* *Platonis opinio de Dæmonibus.*

Porphyrius somniorum veritatem partim refert ad innatas animis hominum notiones, quas ex altera vita detulit animus, ad hoc corpus veniens: partim ad ipsos Dœmonas, qui ea procurant in animis dormientium: ut refert *Augustinus lib. de Civ. Dei.*

Artemidorus Daldianus multa scripsit de somniorum interpretatione, de auspiciis, & chiromantia. De somniis quoque tractavit *Themistius* Philosophus tempore Juliani Imperatoris. *Synesius* quoq; Philosophus, & Præsul Ptolemaidis licet Christianus, multa tamen in suis commentariis immiscuit de quodã spiritu Phantastico, quem appellat animæ vehiculum, & quo medio, tãquam vinculo quodam, animus copulatur cum terreno corpore: in quo item solutus corpore animus ex uno loco in alium locum movetur, atq; in eo maleficiorum pœnas persolvit apud inferos: nec sine eo, dum est in corpore, quicquam potest intelligere. In hunc spiritum Phantasticum simulachra & formæ rerũ omnium, quæ fuerunt, sunt, eruntq; *Artemidorus de somniis.* *Synesius de spiritu Phantastico.*

impressa sunt, & in eo lucent tanquam in speculo, præsentium quidem rerum formæ clariores sunt præteritis, aut futuris. Et quia futuri effectus cohibentur in potestate causarum, quasdam habent signorum præcursiones, quæ hoc minùs manifestæ sunt, quò longiùs absunt. Atq; in hoc genere reponenda putat esse somnia. Et prout est varia multiplexq; hujus Phantastici spiritus temperies & ratio: ita diversæ sunt imaginationes, & figuræ in animis nostris per somnia. Quare, inquit, Spiritus iste præparari debet moderato victu, honestis studiis, & actionibus, quæ pertinent ad sedandas animi perturbationes.

Somniorum causæ.

Divus Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 48. causas somniorum has recensет: provenire enim ea dicit ex plenitudine, vel inanitate: vel ex antecedentibus cogitationibus, & curis diurnis: nonnunquam ex illusione Dœmonis, quæ sæpenumero conjungitur cum cogitatione aliqua, quæ angit hominis animum. Accidunt & aliquando somnia ex revelatione divina: quæ datur hominibus insigni pietate, & sanctimonia vitæ præditis, sive doctis, sive imperitis: dantur & non raro impiis & Ethnicis: ut interpretationem obscuritatis somniorum petant à Sanctis: & hac ratione adducantur ad cognitionem summi Dei, penes quem vera rerum omnium interpretatio est, licèt judicio humano inexplicabilium. ut *Nabucdonosoris* Assyriorum regis somnium, quod Magi & Vates Chaldæi exponere non potuerunt, à Daniele Regi attonito declaratum est. Idem quoq; *Pharaoni* contigit: cujus somnium interpretatus est Josephus Jacobi filius: ut legimus *Geneseos* 41. sicut paulò ante fecerat de pincerna, & pistore Regis, cum quibus in carcere captivus detinebatur. Ejusmodi somnia Divina data sunt *Abrahæ Gen.* 15. *Jacobo Gen.* 28: *Labani Gen.* 30. & 31. *Josepho Gen.* 37. *Salomoni* 3. *Regum* 3. *Danieli* 7. *Mardochæo Esther* 11. *Magis oriētalibus Matthæi* 1. & 2. item *Josepho* viro Mariæ *Matth.* 2. *Divo Paulo Act.* 16. & aliis multis: quorum testimonia citantur in scriptura sacra. Ubi nos legimus ea immitti ab ipso summo Deo: ut *Numer.* 12. inquit DEVS. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, apparebo illi in visione, & per somnium loquar ad illum.*

Somnia divina data multis.

Somnia ex humoribus peccātibus.

Somnia quæ proveniunt ex aliqua corporis affectione, aut ex humoribus præpollentibus, & peccantibus in corpore, ut est flava & atra bilis, pituita, & sanguis, vel aliud aliquid vitiatum, & corruptum, quod corpus sua malignitate agitat & percellit, & diversas in dormientis imaginatione imprimit formas, & somnia, ea possunt à perito Medico observari: ut ex iis morborum causas perscrutetur, & agnoscat, medicamentáq; convenientia sanitati adplicet. Alia quæ nascuntur propter perturbationes animi concitati amore, odio, metu, lætitia, invidia, ira, spe, exercitatione, vel studiis, quibus plus justo intenti sunt homines.

Ex his conjecturæ, & vaticinia sine fructu captantur, ideò negligenda tanquam inania: quia animus liber sopitis corporis sensibus repetit per quietem ea, quæ cogitavit in vigilia. Viri docti suos libros, scientias, & bonarum artium disciplinas somniant: milites inter arma versantur, fremitus armorum, clangores tubarum, cædes, sanguinem, fugámq;, & formidinem somnio concipiunt. Artificum omnium mentem suæ artes movent: Piscator pisces: agricola rastra, ligones, & stivas; *Melancholicus* omnia tristia animo obversat: supplicia, solitudinem, tenebras, ferarum spectra: *Sanguineus* suos amores, ludos, jocos, saltationes, tripudia, convivia, & compotationes. *Biliosus* iram, cædes, jurgia, rixas, incendia. *Pituitosus* inundationes, submersiones, casus subitos ex alto, volatus, & ejusmodi: nam prout humor abundat, & peccat in corpore, talia in animis dormientium excitat somnia: quæ si singula ad interpretationem reducerentur, necesse esset multa absurda, multa ridicula in medium proponere: cùm plerumque chimæras informes imaginationi imprimant, similiáque spectra, qualia in nubibus perspicimus, quæ imperfecta ex parte, & tumultuariè efformari, & subitò evanescere videmus.

Somnia

Somnia diabolica.

Somnia autem, quæ à Dæmonibus immittuntur, ea ſunt deteſtanda, & prorſus rejicienda Chriſtiano: quia Dæmon iis inſtigat, & impellit animos hominum, ad impuras libidines, turpitudinem & infinita flagitia. Et etiamſi multa ex his ſomniis vera inveniantur, impium tamen eſt iis fidem adhibere: Poteſt quidem Dæmon naturales effectus neceſſariò ſecuturos ex cauſis certis, quas ille novit, prædicere: & ea quæ ipſe facturus eſt poſtea: quæq; præterita, & præſentia ſunt, licèt illa ſint hominibus ignota. Nam & terræmotus, & inundationes, & incendia, & tempeſtates, quas ille movet, prædicere poteſt. Sed omnia quæ agit, ad hunc ſcopum tendunt, ut curioſitati hominum ſatisfaciens, eos ad ſe pelliceat, & ſuis fraudibus incautos irretiat & perdat, ideò fugienda bono viro & ſapienti. *Eccleſiaſt.* 34. *Niſi à Domino miſſa fuerit viſitatio, ne des inſomniis cor tuum.* quia ut idem *cap.* 5. ait. *Multas curas ſequuntur ſomnia*, & *Eccleſiaſt.* 34. *Somnia extollunt imprudentes, quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum. ſic & qui attendit ad inſomnia. Multos errare faciunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. Et ubi multa ſunt ſomnia, multæ ſunt vanitates, & innumeri ſermones.*

Diſcrimen habendum inter ſomnia.

Ideò *Divus Gregorius* diligentem ait eſſe adhibendam diligentiam, ut vir pius diſcernere poſſit ea quæ divinitùs, vel quæ à Dæmone immittuntur. *lib.* 4. *dialogor. cap.* 48. *Sancti viri*, inquit *inter illuſiones, atq; revelationes ipſas viſionum voces & imagines quodam intimo ſopore diſcernunt: ut ſciant quid à bono ſpiritu percipiant, & quid ab illuſore patiantur. Nam ſi ergà hæc mens hominis cauta non eſſet, per deceptorem ſpiritum multis ſe vanitatibus immergeret, qui nonnunquam ſolet multa vera prædicere, ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falſitate illaqueare.*

Et hoc probè novit Diabolus: qui cùm non poſſit ſemper certos caſus eventuros prædicere, neque certis verbis, & ſignis præmonſtrare, ideò viris doctis ſomnia non immittebat, ne vanitatem eorum deprehendẽtes, eorum auctoritatem imminuerent: ſed ut plurimùm viris indoctis ſeſe communicat, qui verum à falſo diſcernere non poſſunt: ut falſitas ſomnii non ad ipſum Dæmonem, ſed ad interpretis imperitiam transferretur: propterea ambigua, obſcura, & quæ ad diverſos eventus traduci poſſent ſomnia imperitis, & ſuperſtitioſis offert & proponit.

Homerus Odyſſeæ T. ſomniorum portas duas effingit: Eburneam, quâ evolant falſa, corneam quâ vera procedunt. Hunc *Vergilius* imitatur *Aeneidos* 6. ubi ait:

Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens Elephanto,
Quâ falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes.

Hunc locum interpretatur *Macrobius lib.* 1. *cap.* 3.

ASYLAS.

Vt pecudum fibras, præsagi fulminis ignes
Et linguas volucrum, siderague alta rego.

ASYLAM Augurem, ob divinandi peritiam, & extiſpicinam plurimùm commendat *Vergilius Æneïd.* 10.

Tertius ille hominum Divûmq; interpres Asylas;
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.

Ut enim ſuperiùs *in Arunte* demonſtravimus Auguriorum ſcientiam Hetruſcis maximè competere, qui hujus doctrinæ præceptorem habuerint magnum illum *Tagem*: Sic quoq; ad eoſdem Augures pertinebat ἱεροσκοπία καὶ θυτικὴ, quæ eſt divinatio per *extiſpicium victimarum* Diis immolatarum. Sacerdotes qui hæc obſervabant *Extiſpices* vocabuntur.

Oſtendimus paulò antè, ex opinionibus Philoſophorum antiquorum, majeſtatem Divinam omnipotentem, & æternam ſeſe communicare hominibus mediatione Angelorum cœleſtium, & Dæmonum qui aërem replent, exiſtimantúrq; hominibus diſtribuere munera, & beneficia, quæ ſummus ille Deus illis confert.

Ideò,

Ideò, ut *Plinius* ait, omissâ illâ summâ Divinitate fragilis, & laboriosa mortalitas in partes illam distribuit, & digessit: ut portionibus quisque coleret, quo maximè indigeret. Nomina igitur alia aliis gentibus, & Numina in iisdem innumerabilia reperta sunt: quibus singulis peculiares cultus, & sacrificia instituta sunt. *Sacrificiũ* id vocatur, quod aris impositum crematur, adoletur, vel offertur Diis sacrum. *Victima* est id sacrificium, quod devictis hostibus post victoriam Deo offertur. *Hostia* Laribus sacrificabatur: quòd ab eis hostes arcerentur: Et hostiarum multæ erant species: *Præcidanea* vocabatur, quæ pridie ante solemnia sacrificia mactabatur: ut præcidanea porca immolabatur antequam novas inciderent fruges. *Succidanea* erat, quæ prioribus jam cæsis, si ritè non esset litatum luendi piaculi gratiâ subdebatur.

Sacrificiũ. *Victima.* *Hostia.*

Eximiæ hostiæ erant, quæ seligebantur, & eximebantur ab armentis, & gregibus, ad faciendum solemne aliquod sacrificium. Vel quòd eximiæ formæ pecudes ad sacrum destinarentur.

Ambegnus bos, aut vervex, erat cùm ad eorum latus utrinq; agni ad sacrificia ducebantur.

Victima diversa.

Harviga, vel *Aringa*, cujus adhærentia inspiciebantur exta: *Caviares hostiæ* erant, dum pars victimæ caudatenus ducebatur, & adhibebatur sacrificio quinto quoque anno pro collegio Sacerdotum. *Prodigiæ hostiæ*, quæ totæ igni consumebantur.

Bidentes oves, quæ duos dentes eminulos habebant, & cornigeræ fieri inciperent.

Ambarvales, quæ pro arvis à duodecim fratribus *Arvalibus* sacrificabantur, & circa arva ducebantur ab iis, qui pro frugibus erant sacra facturi: nam his agrorum fertilitatem procurari credebant.

Amburbales, quæ circum terminos urbis ducebantur, & cædebantur ad aras pro civitatis incolumitate, & salute.

Injuges, quæ nunquam domitæ, neq; jugo subditæ fuerant:

Animales victimæ dicebantur, in quibus sola anima diis offerebatur, & sacrificabatur pro salute sacrum facientis.

Sacra, ut diversa erant, ita quoq; varia sortiebantur nomina: *Hecatombe*, *Hostia*, *Farreatio*, *Dapsa*, *Agonalia*, *Armilustra*, *Lupercalia*, *Novendialia*, *Ambarvalia*, *Orgia*, *Vinalia*, *Latialia*, *Bacchanalia*, *Liberalia*, *Trieterica*, *Cocytia*, *Lemuralia*, *Saturnalia*, *Adonia*, *Cerealia*, *Forticidia*, *Ordicalia*, *Laurentalia*, *Opalia*, *Quirinilia*, *Vertunnalia*, *Palilia*, *Quinquatria*, *Janualia*, *Lucalia*, *Hyacinthia*, *Nyctiluca*, *Pastillaria*, *Palatialia*, *Popularia*, *Protervia*, *Solitaurilia*, *Rubigalia*, *Stata*, *Fontinalia*, *Ormia*, *Parentalia*, *Inferiæ*, *Consualia*, *Lampteria*, *Amburbia*, *Diapalia*, *Dialia*, *Hormea*, *Mythriaca*, *Nemea*, *Palogygia*, & alia ejusmodi. In his ferè animæ solæ Diis sacrabantur: & vocabantur *animales hostiæ*: aut offerebatur victima pro voluntate ejus DEI, cui sacrum fiebat. In his, ut plurimùm mactabantur, boves, oves, sues, capræ, Gallinacei, anseres, hœdi, agni, turtures. Ex his majorum victimarum cornua inaurabant, minores coronabant floribus, & vittis sacris fasciisq; redimibant. Conjectura de futuris potissimùm fiebat ex observatione hœdorum & agnorum: quòd essent animalia mitiora, & ideò Diis acceptiores ejusmodi victimæ credebantur: Et ut Græci placentas ex hordeo & sale conspersò in primitiis offerebant, sic etiam Romani molâ salsâ litabant, quæ ex farre confracto & tosto, addito sale & aquâ pinsebatur: sine qua nulla sacra Diis grata judicabantur.

Sacrificia varia.

Sacerdotes, qui his sacris præerant, suos habuerunt ordines collegia & munia peculiaria, & interse ritibus & ceremoniis distincta, prout diversis Diis inserviebant, & earum sacrificia procurabant.

Sacerdotũ ordines.

Pontifex Maximus reliquorum erat Princeps, judéxq, rerum maximarum, quæ ad religionẽ pertinebant, vindéxq; contumaciæ magistratuũ, & privatorũ hominũ.

Pontifex Maximus.

Rex ſacrorum. *Rex ſacrorum* proximè accedebat ad Pontificis Maximi autoritatem: Deſignabatur ab ipſo Pontifice, & Auguribus. Isq; procurabat ea ſacra, quæ olim à Regibus factitari erant ſolita. Quæ cùm Romani poſt exactos Reges abolere nollent, Regem ſacrorum elegerunt ex Patriciis: ac ne additus honos nomini ſucceſſu temporis aliquid officeret libertati civitatis, illum ſubjici Summo Pontifici voluerunt: Et ne quem gereret magiſtratum, néve orationem ad populum habere poſſet.

Flamines. *Flamines* tertio loco numerabantur, quaſi *filamines* dicti à filo, ſive Licio, quo frontem revinctam habebant. A principio Flamen unus dicatus erat Jovi, & Dialis vocabatur. Numa duos alios adjecit, unum Marti, alterum Quirino dicatum. Ethi tres nuncupabantur Flamines majores, electi ex ordine Patricio. Eorum poſt ea numerus accrevit ad duodecim, & ii minores dicebantur, ex plebe ad id munus ſelecti: quorum hæc ſunt nomina: *Lavinalis, Laurentalis, Virbialis, Carmentalis, Palatialis., Volcanalis, Volturnalis, Pomonalis, Floralis, Furinalis, Falacer,* & *Luculatis.* Hi omnes aſſeſſores erant Pontificibus, judices earum rerum, de quibus ad Collegium relatum erat. Succeſſu temporis, poſtquam Principes inter Indigetes per Apotheoſin relati ſunt, Flamines quoque illis ſunt adſcripti, qui eorum ſacra procurarent.

II. Viri. X. Viri. XV. Viri. *Duumviri, Decemviri, & Quindecimviri* ſacris faciundis præfecti erant cuſtodiæ librorum Sibyllinorum: ut dum à Senatu jubebantur, eos legerent, interpretarentur, & ad Senatum referrent quæ legiſſent: quódque Senatus decreviſſet procurarent, ſive ſacrificia, ſive lectiſternia, ſupplicationes, ludos, aut alia eiuſmodi ſacras ceremonias.

Luperci. *Luperci*, etiamſi fuerint ſacerdotes omnium antiquiſſimi, dicati Pani Lycæo ab Evandro, ante Romam conditam, quarto tamen ordine numerabantur. Ii ſacris peractis in Lupercali antro ad Palatium, ubi vetus ara Panis erecta fuit, pellibus victimarum ſuccincti, reliquo corpore nudi, lora ex victimarum coriis facta manu gerentes, vicos celeri curſu circumibant, & ſcuticis obvios verberabant: potiſſimùm mulieres ſteriles, quæ ſeſe ultrò Lupercis offerebant, ut ab iis cæderentur, ratæ ſacris his verberibus ſe fœcunditatem uteri adquiſituras.

Potitii. Pinarii. *Potitij* & *Pinarij* ante Romam conditam electi ſunt ad Sacerdotium ab Evandro, ut Herculis ſacra facerent. Primi fuerunt Arcades duo ſenes, quos Hercules ipſe docuit quo modo, & quibus ceremoniis ſibi ſacra fieri vellet. Quia autem Pinarii tardiùs ad ſacrificium veniſſent, extis iamà Potitiis comeſis, propterea voluit Hercules Pinarios in poſterum miniſtrare Potitiis, tam in ſacris, quàm in epulis.

Curiones. *Curiones* Sacerdotes erant publici à Romulo poſt Urbem conditam conſtituti, bini per ſingulas curias: qui tributim & curiatim ſacra gentilia facerent pro civium incolumitate. Erantq; numero ſexaginta: cùm Romulus civitatem in tres tribus, & ſingulas tribus in decem Curias diſtribuiſſet.

Arvales. *Fratres Arvales* primò fuerunt duodecim filii Accæ Larentiæ Fauſtuli uxoris, quæ Romulum & Remum expoſitos nutriverat. Hi quotannis pro agrorum fertilitate ſacra Diis patriis faciebant: Cúmq; ex iis unus mortuus eſſet, Fauſtulus Romulum in demortui locum ſubſtituit, numerus eorum, & munus poſtea continuatus eſt, & confirmatus à Romulo & Senatu Urbe jam conditâ, & ampliatâ.

Salii. *Salij* à Numa ex ordine Patritio electi ſunt, & Marti conſecrati: Ii in ſaltationibus ſacris ad ſaliare Carmen inſtitutis, Ancylia (quæ erant Umbones ſacri *à Veturio Mamurio* facti ad imitationem Ancylis lapſi è cœlo) brevibus ſicis ferientes ad numeros, redamptruabant modulatè, quod eorum Præſul patrium Pæana concinens amptruabat. Horum Collegium erat in Palatino monte, à quo *Salij Palatini* nominabantur. *Tullius Hoſtilius* alios creavit, qui *Collini*, vel *Agonales* dicebantur, habitabántq; in monte Quirinali.

Feciales

Feciales à Numa creati multum auctoritatis habebant, tam pace quàm bello. Pacem enim constituebant, bellum proclamabant, judices erant injuriarum, quæ legatis inferebantur, pacem injustis conditionibus factam rescindebant: & de damnis acceptis ab hostibus cognoscebant. *Feciales.*

Septemviri Epulonum ab eodem Numa facti sunt, ut Pontificum festas epulas, & epulare sacrificium in ludis solennibus opiparè procurarent. *Epulones.*

Vestales virgines ignis inextincti custodes antiquissimam habuerunt originem: ab Ænea ad Albanos translatum est hoc Sacerdotium: quod Numa postea in nova Urbe recepit: templum virginibus exstruxit, quæ numero erant quatuor: Sed propter multitudinem sacrorum, quæ indies illis committebantur, duæ illis adjunctæ sunt. Has oportebat diligentissimam adhibere curam, ne ignis sacer, qui in penetralibus servabatur, extingueretur. Per annos triginta puræ manebant à nuptiis, primis decem annis instituebantur in iis, quæ ad religionem pertinebant, secundo decennio fungebantur sacerdotio. Tertio docebant juniores: postea si vellent nubere, illis licebat: quod paucis evenit, idq; magno nuptarum infortunio. Si quæ interim pollutæ deprehenderentur, ad portam Collinam extra muros capulo insertæ efferebantur, & vivæ sepeliebantur eo loco, qui sceleratus dicebatur. Si quæ vel leviſſimi criminis convicta esset, flagris Pontifici pœnas dabat, alioqui summus honos illis, & reverentia, tã privatim, quàm publicè ab omnibus Romanis deferebatur. *Vestales.*

Augures à Romulo creati, à Numa confirmati sunt, quibus peculiares ritus, & ceremonias libris præscripsit. Tres tantum fuerunt electi ab initio: sex postea facti, deindè novem: ii occupati erant in interpretatione vaticiniorum, quæ sumebantur ex avibus, portentis, diris, fulminibus, somniis, & aliis rebus, quibus Dii suam mentem declarabant hominibus: quæ interpretabantur, & expiationes procurabant. *Augures.*

Aruspicum & *Augurum* munia circa unum ferè subjectum versabantur: Nam Aruspices vaticinia captabant ex observatione extorum cæsarum victimarum: flammas, fumos, sanguinem, & singula quæ sacrificiis adhibebantur adcuratè rimabantur, & explorabant: ex quibus futuros eventus, pro ut à Diis demonstrabantur, pronunciabant. *Aruspices.*

Erant & alii Sacerdotes Romæ, qui ad peregrinas religiones pertinebant: quæ Senatus auctoritate ex Græcia in Latium invectæ, & retentæ sunt. Inter hos fuerunt *Galli* Sacerdotes Cybeles, castrati omnes, raso capite, longâ syntheſi lineâ amicti. Hoc sacerdotio Mithriaco nulli Romanorum ingenuo fungi licebat: sed ut plurimùm Phryges erant. *Galli.*

Bona Dea dicta *Fatua*, Fauni prisci uxor sacerdotes habuit tantùm feminas: in ejus Sacrarium ingredi nulli viro permissum erat. Sacra illi fiebant nocturna à Matronis. *Bona Dea.*

Cereri quoq; sacra instituta abstemia more Græco, quæ per feminas tantùm procurabantur. Horum principium antiquissimum fuisse perhibent historiæ, quod ad Faunum Aborigenum regem referatur: Et is Arcadibus Palatinum montem incolentibus templum permisit, in quo Deæ sacra celebrarentur. *Sacra abstemia.*

De Isi, Api, Anubi, reliquisq; Diis Ægyptiis non est quod hoc in loco multa inseram; cùm eorum sacra sub Imperatoribus introducta in Urbem diversas superstitiones, & multifariam religionem inter Romanos invexerunt.

(*De his omnibus Sacerdotiorum ordinibus, numero, muniis, & functionibus plura scripsi in libro de Genealogia & imaginibus Deorum, qui dicatus est illustrissimo Principi Joanni Palatino Comiti, Duci Bipontino: quæ hic repetere esset superfluum*) Sacerdotes omnes licèt diverso ritu, & ceremoniis uterentur, vestibusq; sacris, & insignibus ornati essent, omnes tamen Deorum sacrificiis perficiendis incumbebant, secundùm suos ordines, & ritus præscriptos, hoc modo. *NB.*

Dum

Sacrificandi mos.

Dum ſacrum faciendum erat, Sacerdos jubebat per Victimarios & Popas animal aris deſtinatum promovere, & perducere ad altare. Ipſe verò ſtans, aram manu prehenſam tenebat preces fundens. Precationis principium à Jano & Veſta fiebat, quòd per eos aditus ad reliquos Dèos pateret. Precibus abſolutis fiebat immolatio: deinde ſimpuvio vinum infundebatur, quod Sacerdos libabat, & ſacrificaturis libandum porrigebat: & hæc erat *libatio*. His & aliis ſuo ordine abſolutis, victimarii cultros ſupponebant ſetis inter cornua avulſis, & in rogum conjectis, & ex apertis jugulis emanantem cruorem pateris excipiebant Popæ. Tum cultrarii miniſtri accedentes corium à victima detrahebant, & dolabris in partes dividebãt: Inteſtina & omnia viſcera tepidis aquis probè lota; & expurgata ab omnibus ſordibus pelvibus imponebant, & collocabant in Enclabri menſa ſacra: ad quam Aruſpex accedens rimabatur, & explorabat attentè, an eſſet perlitatum. His peractis ſacrorum miniſtri partes victimæ ſeparabant, ſeorſim reponentes ea, quæ ad Sacerdotem, & epulas ſacrificantium pertinebant: quæ verò igni deſtinatæ erant, farina farris aſpergebant & oleo, calathiſq; impoſitas aræ admovebant, in qua ignis ſtructus erat: has Sacerdos invocato Numine extollebat in altum verſus cœlum, quaſi Deis illas offerens, roganſq;, ut Sacrificantibus eſſent propitii: tum demum impoſitas flammis curabat, ut conſumerentur. Ubi conflagraſſent omnia, ſacrificantes ad epulum veniebant: dumq; veſcerentur ſtantes, ex iis alii hymnos Diis cantabant, alii circa aram tripudiantes & ad numeros cymbalorum & fiſtularum complòſis pedibus choreas ducebant, adcuratè caventes ne quid omitteretur, aut negligentia præteriretur.

Mos contemplandi viſcera.

In contemplatione viſcerum diverſi obſervabantur modi, & differentiæ. Aruſpex primùm conſiderabat diligentiſſimè victimas, antequam mactarentur, an eſſent puræ, integræ, & immaculatæ: Cæſæ victimæ viſcera per Popas in Enclabri collocata cultro ferreo oblongo, cui capulus erat eburneus, aheneis clavis diſtinctus, contemplabatur ſedulò: & rimabatur jecur, cor, pulmones, membranas viſcera complectentes, fellis receptaculum, lienem: deniq; omnia minutiſſima. An fibræ omnes, vel earum pars aliqua marceret, contraheretur, aut ſeſe ſubduceret. An ſingulæ partes ſine labe, ſine puſtulis, duricie, corrugatione, aut malo colore vigerent. An exta ex Sacrificantium manibus excidiſſent: an viſcera fœdo aliquo colore aſperſa: an peritonæum alicubi ruptum hiaret: Si pulmones ſolidi, & integri, neq; diviſi ſubſiſterent: ſi cruor è jugulo victimæ cum impetu, & ſtridore copioſiùs emanaſſet: an inter jugulandum triſte aliquid oculis, vel auribus Sacerdotis occurriſſet. Mali erat ominis, ſi victima per vim traheretur ad aras, neque volens ſubſequeretur Popas. Si elapſa profugiſſet: ſi ictum mallei fefelliſſet: ſi percuſſa exiliviſſet altiùs, aut duriùs exclamaſſet, neque placidè corruiſſet: vel ſi ſemianimis humi fuſa calcitraſſet, difficultèrq; expiraſſet; cum pedum complosione, & voce horridiore: Quin & flammas ſacrificii ſummâ curâ obſervabant, ſi placidæ, lucidæ, neq; obſcurâ caligine eſſent perfuſæ: ſi ſine ulla favillarum ejaculatione, nullo turbine, nullo vento interrumperentur, vel pluviâ deorsùm cogerentur. Si fumi ſine vertigine in altum recti tollerentur, neq; ad dextram, vel ſiniſtram flecterentur: de qua re *Statius Papinius in Thebaïde*:

Vincatur pietas: Pone, tia, altaria virgo:
Quæramus Superos: facit illa: acieq; ſagaci,
Sanguineos flammarum apices, geminumq; per auras
Ignem, & clara tamen mediæ veſtigia lucis
Orta docet. Tunc in ſpeciem ſerpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangiq; rubore
Demonſtrat dubio, patrias q; illuminat aras.

Divinabant etiam Aruſpices ex tædarum pice in ignem conjectâ: & ex thure ſacro, ſi hoc ſtatim igne correptum diſſolveretur in fumum odoriferum, & ſuavi thymia-

thymiamate nares ſacrificantium perſtrinxiſſet. Item ex vino, quod adhibebatur libaminibus, an dum capiti victimæ infunderetur, effuſum lapſum eſſet. Et ex aquis, quibus eluebantur, & excoquebantur victimarum carnes, an turbidæ, feculentæ, aut ingrati ſaporis redderent juſcula: Molas quoq; ſal, farinas, oleum, hordeum cæteráq; expendebant, quæ ad ſacrificia adplicabantur, quæ omnia oportebat eſſe integra, nulla carie, vel putredine corrupta. Neq; pars erat ulla tam exigua, quam Aruſpices, & Extiſpices hi non explorarent quã diligentiſſimè: quæ omnia niſi cõgrua eſſent, alienati numinis ſigna portendebant. Si verò eſſent integra & convenientia, benevolos Deos promittebant: Maximè circa *hepar* curioſi erant, quòd in eo vaticiniorum ſedem propriã putabant. Et hanc conſiderationem ἡπατοσκοπίαν vocabant. licèt & alias viſcerum partes non minore ſedulitate contemplarentur, an omnia convenirent: an eſſent ſine abſeſſibus præter naturam. Ideò explorabantur ſedulò victimæ, & ſeligebantur antequam ducerentur ad aras. Græci tauros farinâ, capros cineribus, capras aquâ frigidâ probabant. Si jecur igitur, in quo fons eſt ſanguinis, purpura, nativoq; colore ruberet, ſi nulla pollutum labe, ſi caput ejus auctum eſſet, vel duplicatum, ſi extremæ fibræ verſus interiora replicatæ, & convolutæ viderentur, felicitatis ſigna certiſſima præbebant. quod *Lucanus* teſtatur iis verſibus, quibus Cæſari contra Pompejum pugnaturo victoriam promittit: Ἡπατοσκοπία.

Quódq; nefas nullis impunè apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem.
Alterius capitis pars ægra & marcida pendet:
Pars micat, & celeri venas movet improba pulſu.

Quòd ſi hepar puſtulas haberet, aut ulcera, corrugatúmq; & contractum duricie, & abſeſſibus, ſi à præcordiis ſubſediſſet, aut in lienis locum devolutum eſſet, ſi in anteriora procidiſſet, ſi caput defuiſſet, ſi inter coquendum ſaniem purulentam emiſiſſet, vel colliquatum diſſolveretur in pultem, funeſta omnia portendebat.

Cor ſi palpitaret aut exſiliret, ſi flacceſceret, aut eſſet nimis exile, careretq; omni pinguedine, ſi ruptum appareret, neq; ſedem ſuam retinuiſſet inter exta, exitiale ſignum dabat. Sin autem eſſet grande, ſpiſſum, glabrũ, & adipe multa in ſumma baſi tectum, nec rugatum: vel ſi ab aquila prætervolante abriperetur, Deorum favorem promittebat. *Cor.*

Explorato hepate, & corde, Sacerdos ad reliqua viſcera convertebat oculos. Si *folliculus fellis* diſtentus felle turgeret, acria denotabat futura prælia. *Folliculus fellis.*

Si *Lien* ſuo loco ſitus eſſet: ſi ſine puſtulis, ſine rugis, duricie, ſanie, aut alieno colore conſpiceretur, felicia omnia dabat omina: ſed ſi ad dextrũ latus ſeſe inclinaret, ſi penderet deorsũ, notásq; præter naturã inhærentes oſtenderet, infauſtũ erat. *Lien.*

Si *Pulmones* inciſi, & in partes diviſi eſſent ejus lobi, vel color lividus, notis & maculis plenus, cõtractúsq; callis aſperis, aut rugis inordinatis, illa omnia mora rebus incœptis pernicioſas impendere arguebant. *Pulmo.*

Si *Exta* excidiſſent è manibus ſacrificantis: ſi fœdiùs cruore conſperſa eſſent, ſi livida, maculisq; marcidis fœdata, ſi inteſtina rupta, fœtida, putria, draconibusq; ulcerata, illa omnia triſtis erant ominis. *Exta.*

Hæc omnia tanti æſtimabantur apud Romanos ut de his libros integros conſcriptos ſervarent Pontifices, & Sacerdotes, ad quorum normam, & doctrinam oportebat omnia agi. Prædictionésq; futurorum inde colligebant, quæ inſtar oraculorum apud eos habebantur: neq; quicquam aggrediebantur, aut tentabant, quin priùs ſacrificiorum hos ritus diligenti, & accurata indagatione perluſtraſſent, & examinaſſent: Credebant enim victimas notis monitricibus affici à Diis, quibus immolabantur. Licèt non defuerint inter Ethnicos etiam viri judicio valentes, qui has auguriorum, & auſpiciorum vanitates irriſerint, & contempſerint: tanquam frivolas, & à cultu divino prorsùs alienas. Quod *M. Terentius Varro* teſtatur, Deos non ſolùm otioſos, ſed ſordidos eſſe pronuncians, ſi in jecorum, & viſcerum ſterquilinio *Vanitas Aruſpicina.*

excrementisq; sua occultarent consilia, quæ ab insanis Sacerdotibus manifestanda sint hominibus. Et *Lucanus* de iis ita scribit:

At fibris sit nulla fides: Sed conditor artis
Finxerit ista Tages.

Nam aruspicinæ auctorem, ut superiùs ostendimus, Hetrusci prodiderunt fuisse *Tagen*, quem ex terrę sulco aratri vomere diducto emersisse ferunt, juvenili facie, sed prudentia senili: & eum dicunt in præsentia multorum hominum, qui ad illum audiendum confluxerant, multa disseruisse de iis, quæ ad hanc aruspicinæ artem pertinebant: Lege quæ supra *in Tage* diximus.

Aruspicina prohibita à Deo.

Sed hæc omnia prohibita sunt in sacris literis tanquam impia, & cultui divino contraria: nempe quæ inventa sunt diabolica, quibus Dæmones avertunt homines à Deo, & sibi honores, Deo soli debitos, tribuunt. De his dicitur *Levit.* 19. *Non augurabimini, neq; observabitis somnia. Non declinabitis ad Magos, nec ab Ariolis sciscitemini, ut polluamini per eos.* item: *Anima, quæ declinaverit ad Magos, & Ariolos, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi mei.* Et 2. *Paral.* 33. improbatur Manasses rex propter has superstitiones: *Observabat somnia, sciscitabatur auguria, maleficis artibus inserviebat: habebat secum Magos & incantatores: multáq; mala operatus est coram Domino, ut irritaret eum.* Certum est Auguriorum, & Auspiciorum traditiones, & vaticinia referri debere ad Magiam superstitiosam, & à Deo prohibitam. Nempe quæ procedant ab instinctu Dæmonum: quorum proprium est, homines falsis & impiis his ceremoniis corrumpere, & illos in exitium præcipitare: de quibus ita loquitur *Cyprian. lib. de Idol. vanit. Nequissimi*, inquit, *Spiritus, sub statuis & imaginibus consecratis delitescunt. Hi afflatu suo Vatum pectora inspirant; extorum fibras animant: avium volatus gubernant: sortes regunt: oracula efficiunt: falsa veris semper involvunt: nam falluntur, & fallunt: vitam turbant, somnos inquietant, irrepunt in corpora, mentes terrent, membra distorquent, valetudinem frangunt, morbos lacessunt, ut ad cultum sui cogant: & nidore altarium, pecorumq; rogis saginati, remissis quæ construxerant, curasse videantur. Hæc est de illis medela, cum illorum cessat injuria: nec aliud illis studium est, quàm à Deo homines alienare, avocare, & ad superstitionem sui, ab intellectu veræ religionis avertere: cùm sint ipsi pœnales, quærunt sibi ad pœnam comites, quos ad crimen suum fecerint errore participes.*

Euseb. lib. 5 de præparat. Euang. c. 7. Magicæ artis, inquit, *Dii Gentilium & inventores, & doctores fuerunt. Unde namq; homines, quibus rebus Dæmones colantur & cogantur, quàm ab ipsis Dæmonibus discere potuissent: Neque putes id à nobis tantùm dici:* Porphyrius *testis citetur, qui in lib. de respons. sic ait: Non solùm felicem conversationem suam, verùm etiam quibus rebus gaudeant, & quibus alligentur Dii hominibus significaverunt.* Adhæc quibus rebus cogantur, & quæ sibi offerenda sint, & quos dies vitare oporteat, figuras quoque simulacrorum quales esse debeant, & in quibus locis ipsi versentur: & omnino nihil est, quod ab ipsis Diis homines non didicerint.

Quicunque fuerit ille *Tages* Aruspicinæ auctor, sive natus ex sulco terræ, quod Hetrusci libri asserunt, Dæmonem fuisse certum est, sive fuerit is, quem *Berosus* describit, credibile est illum corruptâ jam doctrinâ de vero Deo, instinctu Dæmonis in medium publicasse ritus istos superstitiosos de observandis victimarum immolatarum præcordiis, & intestinis: qui longè lateque per omnes populos divulgati sunt & observati. Ea enim omnia Magiæ mantices sunt partes, & ab uno auctore Dæmone proveniunt: de his *Deuteron.* 18. dicitur: *Non inveniatur in te, qui sciscitetur Ariolos, & observet somnia, & auguria: nec sit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones consulat, aut quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus:*
& propter ejusmodi scelera delebit has gentes
in introitu tuo.

OLENUS

OLENVS CALENVS.

OLENVM inter præcipuos Hetruriæ vates, & Aruſpices numerant hiſtoriæ. Is enim dicitur prædixiſſe, qualis futurus eſſet Romani Imperii ſtatus. Cùm enim *Tarquinius Superbus* Lucumonis filius, Romanorum rex ſeptimus, & Pater *Sexti*, qui Lucretiæ vim intulit, Capitolinam arcem conderet, in fundamentis inventum eſt *caput* humanum, vel ut alii malunt, equinum: Qua de re Aruſpices ex Hetruria convocati, & conſulti ſunt. *Olenus Calenus*, inter cæteros vir ſingulari prudentia & eruditione præditus, vates excellens, & in Aruſpicinæ ſcientia optimè verſatus, aſſeveravit, *caput* hoc, quod inventum erat, portendere ſummam Monarchiam, & Imperium Urbi, cui totus terrarum orbis ſubjiceretur, idque propagatum iri, & incrementa ſumpturum bello. Eſt enim equus animal generoſum, & militare, pugnis, & conflictibus gaudens. Auguris reſponſum Romani fauſtum felixq; ſumpſerunt: Arcemque *Capitolinam* vocaverunt, quæ mundi *caput* futura eſſet. Neque hæc prædictio falſa fuit, & vana. Nam exitus poſtea comprobavit Monarchias tres, quæ præ-

cesserant, exiguas fuisse, si cum Romana conferantur: nam quicquid Assyrica, Persica, & Græca acquisivit, Romana id omne complexa est, longè lateque dominium suum extendens ab oriente in occidentem.

De *Oleno Caleno* in hæc verba scribit *Plinius lib.* 28. *cap.* 2. *Cùm in Tarpejo fodientes de libro fundamenta, caput humanum invenissent, missis ob id à Senatu Legatis, Hetruriæ celeberrimus Vates Olenus Calenius, præclarum id fortunatumq; cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentavit, scipione priùs determinatâ templi imagine. Hoc ergo dicitis Romani: Hic templum Jovis Optimi Maximi futurum est? hîc caput invenimus? Constantissima Annalium affirmatione, transiturum fuisse fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio Vatis Legati Romani respondissent, Non planè hîc, sed Romæ inventum caput dicimus.*

Vires Imperii Romani.

De Romani Imperii potentia, atque opibus multa leguntur apud auctores: cujus summum incrementum fuisse tempore Julii Cæsaris, & Cn. Pompeji fama est. Romani enim, *Appiano* teste, possidebant in Africa quicquid est inter columnas Herculis, & Gaditanum Oceanum, usque ad Æthiopiam orientalem. In Asia, ab Euphrate, & Caucaso monte principium majoris Armeniæ & Colchos circa Euxinum pontum; ut quicquid terrarum est inter Euphratem & Phasin, id Romani esset Imperii. In Europa verò usque ad Rhenum & Danubium. Plus nempe à dimidia parte possederunt Romani, quàm tres primæ Monarchiæ simul. De Romanorum opibus idem *Appianus* tractat *in proœmio libri bellorum civilium: Nostro*, inquit, *tempore* (nempe sub Adriano Imperatore) *mirabiles sunt Romanorum vires, quæ tam pace, quàm bello stipendiis publicis retinentur. Ducenta enim habent peditum millia, & quadraginta millia equitum: trecentos Elephantos, & duo millia curruum armatorum. præter armamentarium publicum instructissimum: in quo omnis generis arma servantur, ad armanda trecenta millia militum. Classis maritima continet duo millia navium onerariarum* (quas hodie Caravellas vocamus) *minorumq; navigiorum. Mille & quingentas triremes & quinqueremes, cum reliquo apparatu, quo instrui duplo plura navigia possunt: octoginta naves majores* (Galeassæ, & Carracones nostris nautis hodie dicuntur) *quarum proræ rostratæ sunt ex orichalco deaurato; puppésque auleis distinctæ purpureis, ad pompam & magnificentiam nostrorum Imperatorum. Præter hæc in erariis publicis servantur septuaginta quatuor talentorum Ægyptiorum millia* (quæ hodie efficiunt octoginta milliones, & octies centena millia coronatorum. Nam talentum Ægyptium, vel Alexandrinum, teste *Festo*, & Pollùce pendebat duo talenta Attica, hoc est mille & ducentos coronatos.)

Opes Romani Imperii. Et bellicus apparatus.

Caleni igitur Auguris vaticinium verum conjectabatur de futura Romanorum potentia: neque mirum est, si Vates Hetruscus omen hoc faustum in suos populares transferre conatus est: Et *capitulo lib.* 8. citato *Plinius* quæstionem facit, *An valeant aliquid verba, & incantamenta ad res humanas promovendas?* ubi plurima exempla adducit incantamentorum, quę mirificos habuerunt effectus, propter pronuntiationem verborum, quæ ad rem facerent. ut de Vestalibus, quæ fugitiva mancipia, nondum urbe egressa, carmine efficiebant, ne extra mœnia possent egredi. ibíque probat ostentorum vires in Auguris esse potestate, rerumque magnarum fata sæpè mutari verbis: Et iis (ut *Verrius Flaccus* ostendit) in oppugnationibus urbium à Romanis Sacerdotibus evocari Deos in quorum tutela esset oppidum, promittíque illis eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultúmve: quod sacrum durabat adhuc *Plinii* tempore in Pontificum disciplina: & ideò occultatum fuisse nomen Dei, in cujus tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent: neque solùm ad res magnas valent verba, & vaticinia ex his captata: sed ad sanandos multos morbos, ad quos auxiliare carmen Catonis profuit. Ulysses profluvium sanguinis vulnerato femine inhibuit carmine. Magna apud antiquos fuit horum omnium auctoritas, sed potissimùm Auguriorum, & Auspiciorum: sine quibus nihil domi forisque, pace vel militiæ gesserunt. licèt eorum vim & energiam multi contempserint, & ludibrio habuerint. *Livius* tamen *lib.* 4. ea probare videtur. *Quid est*, inquit, *si pulli non pascantur, si tardiùs exiverint, si hoc tecinerit avis: Parva sunt hæc: sed parva ista hæc non contemnendo, Majores nostri maximas res fecerunt.*

In verbis magna vis est.

Dicæar-

Auſpiciorum neglectores.

Dicaarchus & *Cratippus* Auguriorum obſervationem rejecerunt: retinuerunt tamen divinationem, quæ ex furore mentis, & ſignis ſumitur.

Panætius & *Carneades* ea ſubſannantes rogabant cum riſu, an Juppiter juſſiſſet cornicem à ſiniſtra, & corvum à dextra cantare, & ſi contrarium feciſſent, iis adverſari.

Moſolamus quidam Judæus ſagittarius præſtantiſſimus, (quem *Euſebius Miſonium* vocat) in expeditione ad mare rubrum profectus, cùm Vates, qui in exercitu erant, oſtenderent avem, ex qua augurium eſſet ſumendum, eam adacto ictu ſagitta volantem transfodit: & ſubridens inquit, *Quomodo avis ſuam neſciens ſalutem, nobis de noſtra certum aliquid ſignificare potuit: Joſephus in Hecatæo contra Appionem.*

Sed ut Diabolus miræ eſt efficaciæ, & fallaciæ Deo permittente aliquando effecit, ut multi auguriorum contemptores graviſſima damna receperint: quod eveniſſe veriſimile eſt, non quod vanitatem vaticiniorum irriſerint, ſed quod profani Deorum, & omnis religionis eſſent ſubſannatores: in quos efficax eſt Dæmonum potentia.

Appius Claudius Pulcher primo bello Punico, navale bellum in Sicilia aggreſſurus, cùm à Pullario auſpicia petiviſſet, reſpondiſſetque Sacerdos pullos egredi nolle, eos in mare projici juſſit. *Cùm hi*, inquit, *eſſe nolint, bibant largiùs.* Inito itaque paulò poſt prælio, fuſus fugatusque eſt, magno claſſis damno. *Cicero lib. 2. de nat. Deor. Val. Max. lib. 1. c. 4.*

L. Junius Claudii collega, neglectis auſpiciis, tempeſtate claſſem amiſit: damnationisque ignominiam voluntariâ morte prævenit. *Cicero 2. de nat. Deor. & Val. Max. loco priùs citato.*

Servilius Maluginenſis, & *Q. Sulpicius Longus* Tribuni militum, Conſulari poteſtate contra Gallos Senonas miſſi, cùm neque auſpicato, neque litato inſtruxiſſent aciem, turpiter cum toto exercitu ad Alliam profligati ſunt, Brenno duce victore. qui dies inter nefaſtos adſcriptus eſt, ut *Vergilius Æneid. 7. teſtatur.*

Non erat in Faſtis, cui dat gravis Allia nomen. Et *Lucanus:*
Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

Quintus Flaminius, quòd neglectis ſacris inauſpicato ad exercitum profectus eſſet, cum Hannibale ad Thraſimenum lacum Peruſinum conflicturus, quindecim Romanorum millia amiſit, viginti fugata, & ſex millia capta. *Valer. Maxim. lib. 1. de prodigiis.* Et *Cicero lib. 1. de divinatione.*

SPURINA.

SPURINA *Julij Cæsaris* tempore vixit Romæ, celebris Aruspicinæ disciplinâ, interpretatione portentorum, & somniorum: potissimùm augurandi scientia, & vaticiniis quæ ex sacrificiis sumuntur. Inter cæteras prædictiones, quæ illi tribuuntur, memorabilis est illa ad Julium Cæsarem exhortatio, ut circumspectè caveret triginta dies sequentes, maximè *Idus Martias*, quæ illi summum vitæ periculum portendebant. At Cæsar occupato Imperio, prosperoq; rerum successu elatus; dum minùs, quàm expediret, sibi metueret, Idibus Martiis Senatum convenire jussit, ut communi omnium sententia de rebus magnis, & ad utilitatem Reipublicæ pertinentibus ageretur. Quò antequàm veniret, monitus est Calpurniæ uxoris somnio, ut eam diem caveret. Ea enim visa sibi erat in somniis, se Julii Mariti trucidati corpus complecti. Huic accedebat admonitio Spurinæ Aruspicis, quæ Cæsaris animum reddebat anxium. Nam cùm Senatum ingressurus Imperator, ad domum Domitii Calvini Spurinæ occur-

occurriſſet, ad eum converſus, inquit, *Idus Martiæ veneruut, ô Spurina. Venerunt quidem*, reſpondit Ariolus, *ſed nondum præterierunt.* Comitabatut Cæſarem Decius Brutus Albinus, qui illi metum conceptum imminuebat, irridens Aruſpicem, & mulierculæ ſomnium, tanquam rem vanam: perſuaſitque Imperatori Patres Senatûsconſulto procuraturos, utipſe Rex omnium, quæ extra Italiam ſunt, Provinciarum diceretur, & terra marique, niſi cùm in Italia eſſet, regium diadema geſtaret. Quod ſi domum Senatores re infectâ redire cogerentur, & in curiam reverti, ad meliora Calpurniæ ſomnia, futurum eſſe, ut tanquam tyrannus haberetur, amicorumque animos non mediocriter alienaret. His motus Cæſar Curiam ingreſſus eſt non lecto libello, quem illi obtulerat Artemidorus Gnidius, in quo Caſſiana conjuratio continebatur. Stabat ante Curiam Antonius, qui fidus erat Cæſari: quemque præ foribus Decius Brutus colloquio detinebat. In tribunali conſedit Cæſar. Conjurati M. Brutus, & Caſſius, tanquam adfuturi Tullio Cimbro pro fratre exule deprecaturo, à Caſca primùm juxta cervicem ictus eſt. Illum ſecuti ſunt reliqui conjurati, qui ſtrictis gladiis Imperatorem ad ſtatuam Pompeji humi jacentem vulneribus viginti tribus confoſſum trucidaverunt: M. Bruto illi lethalem ictum infligente in inguine. *Volaterranus lib.* 8. Ejus mortem graviſſima bella ſubſecuta ſunt, M. Antonio, & Octavio Auguſto de proditoribus ultionem ſumente. Nam cum utrinque ſummo apparatu bellum inſtrueretur, & ad Philippos exercitus conveniſſent, conſtat Caſſium & Brutum ſecum habuiſſe octoginta millia peditum, & decem millia equitum. M. Antonius & Octavius non minores copias habuiſſe perhibentur: in quo apparet, quantæ fuerint eo tempore Romani Imperii vires, quæ tunc ad ſummum culmen & florem pervenerant.

Mors Julii Cæſaris.

Apparatus Caſſii & M. Antonii ad Philippos.

Octavius, qui filius erat ſororis Julii Cæſaris, dum avunculus interfectus eſt, Apolloniæ literis operam dabat: Sed ejus auditâ nece, feſtinanter Romam properavit. Brutus autem ex Italia diſcedens, primò ſeceſſit Athenas, deinde ad Caryſtum occurrit navibus Romanis, quæ pecuniâ onuſtæ ex Aſia in Italiam navigabant, duce Antiſtio. Is Bruto vicies ſeſtertiûm dedit & quingentos equites à Dolobella accepit. pauloque poſt ad Demetriadem ad bellum Parthicum arma parata occupavit: reliquiasque exercitus Pompejani in Theſſalia, & quibuſcunque in locis potuit, copias legit. Uterque exercitus ſimul ad Philippos urbem Pharſaliæ convenit, ubi collatis viribus, ſummaque animoſitate habito conflictu, Caſſius & Brutus ſuperati ſunt à Triumviris Octavio, Antonio, & Lepido. Aliquamdiu poſtea diſſenſione factâ inter Octavium & Antonium, ad Actium Epiri oppidum maritimum, acri prælio congreſſi ſunt. M. Antonius habuit in ſuo exercitu centum millia equitum, quingentasque naves. Octavius verò octoginta peditum millia, totidémque equitum, ſed naves tantum mille.

Apparatus Antonii & Auguſti ad Actium.

Hæc tam admiranda hominum multitudo, non potuit ſine infinitis ſumptitus colligi, alique, militibus ſtipendia ſolvi, illisq; de reliquis ad militiam rebus pertinentibus provideri. In quo apparet, quanta potentia, quantæ opes tunc fuerint illius Imperii: quod tributa cogebat ex majore totius orbis parte. Tantæ namque erant Romanorum exactiones, ut ex Africa ſola quotidie ſeptuaginta quinque millia minorum menſurarum frumenti colligerentur. Quòd ſi menſura quinque tantùm ſolidis Gallicis venderetur, ſumma efficeret ſingulis diebus ſeptem millia coronatorum. Ita Africa pendebat quotannis quatuor decies centena millia coronatorum: Et Alexandria Ægypti hujus ſummæ dimidiam partem: Nam Ægyptus frumenti ferax eſt.

Reditus Africa.

Suetonius in vita Julii Cæſaris: Ex viginti, inquit, *trecentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum & quinquaginta retraxit.* Sed *Auguſtus* poſtea hunc numerum auxit: ut teſtis eſt idem *Suetonius cap.* 41. ubi ait: *Ac ne minores quidem pueros præteriit: quamvis non niſi ab undecimo ætatis anno accipere conſueſſent. Frumentum*

quoq;

quoq, leviſſimo, interdum nullo precio viritim admenſus eſt. Et *Capitolinus in vita M. Antonii: ob hanc conjunctionem pueros, & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt.*

Reditus Ægypti.

Eo tempore, teſte *Strabone*, Ægyptus continebat ſeptuaginta quinque milliones hominum: quorum ſinguli, ſi quotannis ex tributo penderent ſolidos quinque, ſumma ſuperiùs præſcripta compleretur. Unde colligi poteſt, quantùm pecuniæ ex reliquis Provinciis contrahi poterat, cùm ſola Ægyptus ſex milliones ſolveret: & eandem ſummam à ſuis paulò antea exigebat *Ptolomeus Auletes* Cleopatræ pater.

Sed id faciliùs intelligetur, ſi conferamus Principum, ac regum hodiernorum proventus cum antiquis. Quapropter non videbor facere præter rem, ſi quæ ex diverſis noſtri ſæculi auctoribus excepi, hic breviter adſcribam. Veriſimile enim eſt hodiernos reditus non eſſe multò minores antiquis. Licèt Provinciæ illæ Aſiæ, & Græciæ, poſt ſervitutem miſerabilem (quâ ſub jugo Turcico premuntur) multum remiſerint de priore induſtria colendorum agrorum, & de ſplendore politico, quo omnes illæ florentiſſimæ civitates luxuriabant. Cùm potiſſimùm nemo ſub illo Orientis Imperio agros, domos, vel prædia propria poßideat; ſed tantùm ſupellectilem, pecuniam, & veſtimenta: quæ in fundo ſunt, ea poſt mortem poſſidentis ad ſummum Principem revertuntur, vel aliis elocantur: ut omnes tantùm coloni ſint agrorum, non poſſeſſores hæreditarii. Ideò dum vivunt, pro neceſſitate colunt ſuos agros, ut alantur, & inde colligant, quæ ad tributum annuum pertinent, de auctione proventuum parùm ſoliciti.

ROMANI IMPERII PROVENTUS

quales hodie colliguntur in utroque Imperio tam orientali, quàm occidentali.

Pontifex Romanus (ſecundùm *Viginarium in commentariis* quæ ſcripſit *in T. Livii hiſtoriam*) recipit ex dominatibus Politicis, quos poſſidet *in Italia*, quotannis millionem auri: qui efficit decies centena millia ducatorum. Nam de bonis Eccleſiaſticis, quæ ad illum redeunt ex Italia, Hiſpania, Gallia, & Germania, non fit mentio, quæ tamen longè excedunt proventus politicos. *Lanouvius* in ſuis narrationibus, *tractatu octavo*, illi tribuit quindecies centena millia coronatorum. *Simon Hieræus Metenſis* 900000. Δ.

Regnum Neapolitanum pendit quotannis, ſecundùm *Viginarium*, duodecies centena millia ducatorum, ſecundùm *Hieræum* 1646000. Δ

Sicilia ex *Viginario*, quinquies centena millia ducatorum.

Ducatus Mediolanenſis, ex *Vig.* duodecies centena millia.

Ducatus Hetruriæ, ex *Viginario*, pendit Duci Florentino quindecies centena millia. Ex *Hieræo* 1110000. Δ.

Ducatus Mantuanus & *Marquionatus Montis Ferrati* pendit tercentena millia, ut ait *Vig. Hieræus* ait 849000.

Ducatus Parmenſis, ex *Vig.* octoginta millia.

Ducatus Urbinatum, ex *Viginario*, quinquaginta millia. *Hieræus* addit 10000.

Respublica Lucenſis triginta millia.

Respublica Genuenſis centum millia.

Ducatus Ferrarienſis 327000.

Subductis rationibus ex *Viginario*, Italia redderet annuatim circiter novem aureas milliones: nam præcedentibus addit etiam *Venetorum Rempublicam* colligere ex omnibus Urbibus ſuo dominio ſubditis quindecies centena millia.

Sed

Sed *Simon Hieraus* qui Venetorum reditus exactiſſimè conſideravit, ex particularibus hanc ſummam colligit, nempe quatuor milliones centum ſexaginta quinque millia ducatorum. ut ærarii quæſtores ſubductis rationibus invenerunt Anno Domini *milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio.* Quæ ſumma collecta eſt ex venditione ſalis, ex reditibus vinorum, mercium diverſi generis, quæ importantur & exportantur, ex piſtrinis, macellis, ex menſuris, ponderibus, privilegiis & diplomatibus, decimis, daciis, monetariis officinis, contributionibus magiſtratuum, officiorum, artium mechanicarum, ex ſylvis, fluviis, mari, paſcuis, & reliquis rebus, ex quibus infinitam ſummam pecuniæ corradunt Veneti.

Nam ex ſolo ſale, quod per omnes urbes ditionis Venetorum diſtribuitur, colligunt quotannis ſeptingenta duo millia ducatorum & ſedecim. ut fuit anno ſupradicto 1583. animadverſum.

Tributa omnium artium mechanicarum ejuſdem Urbis effecerunt centum quinquaginta ſex millia, ſexenta nonaginta octo.

Ex piſcatione redierunt ad ærarium 5752. ducati.

Ex lignis ædificiorum	5754.
Ex piſtrinis & molis	1997.
Ex naulis maris & fluminum	6591.
Ex venditione vinorum	2361.
Ex officinis monetariis	33081.

Et hæc ex ſola *urbe Veneta.*

Subſidia præter reditus ordinarios, ſoluta ſunt ab urbibus terræ firmæ, (quæ ſunt *Patavium, Treviſium, Verona, Cologna, Bergamum, Baſſanum, Civitalle, Feltre, Rovigum, Crema, Breſſa, Vincentia,* cum earum ſtatu & locis pertinentibus ad eorum ditiones) & ea ſubſidia æquarunt centum ſexaginta millia ducatorum, ſeptingentos & nonaginta. *Subſidia urbium continentis.*

Eædem urbes ſolvunt annuatim ad ſtipendia Centurionum, Equitum, & peditum, octingenta millia. Δ. 80000.

Sed conducet videre particularia, ſummatim tamen, quantum ſingulis annis pendit una quæque urbs.

Primò ex Ducatu, qui antiquitùs continebat *oppida Lacunarum ſinûs Adriatici,* quæ circum urbem ſunt, & dicuntur vulgò *Porta urbis:* ſuntque *Muranum, Malamocum, Torcellum, Buranum, Mazorbum, Chiozza,* & loca littoralia, quæ ſeparant Adriam à lacunis.

Ex Murano collecta ſunt 862

Ex Torcello, Mazorbo, Burano, aliiſque locis pertinentibus ad ditionem Torcelli 1187.

Ex Malamoco 94.

Ex Chiozza 3538.

Sequuntur alia oppida, & Urbes ſtatus Veneti, quæ annuum pendunt tributum pro facultatibus.

Adri 1010.	*Azolo* 1782.
Loreo 1460.	*Caſtel Franco* 1700.
Gambarara 400.	*Caſtel Citadella* 1522.
Cavargere 1095.	*Meſtre* 2914.
Patavium 48504.	*Vincentia* 47337.
Preve di Sacco 920.	*Caſtella Vincentina* 1064.
Novale 950.	*Longino* 1628.
Campo S. Piero 914.	*Verona* 75170.
Montagnana 2346.	*Caſtella Veronenſia* 11106.
Eſte 934.	*Cologna* 6240.

Castelbaldo 248.
Mons Celisi 932.
Bassano 4976.
Trevigi 25265.
Castel Trivisana 982.
Uderzo 1261.
Porto Buffalè 793.
Sacile 1490.
Caneva 718.
Conigliano 6421.
Saravalle 1136.
Cadorè 2551.
Rovigo 8547.
Lendonara 1446.
Abbatia 7525.
Utina 5726.
Civitalle 2838.
Porto Gruaro 1476.
Lignago 5630.
Peschiera 1190.
Sorvè 1212.
Brescia 89958.
Salo & Riviera 12427.
Romano 1168.
Martinengo 1466.
Lona 1471.
Azolo 2136.
Orzi 1336.
Bergamum 34697.
Crema 77610.
Monfalcon 1122.
Chiusa 750.
Perdonone 4577.
Feltrè 4620.
Civital di Belluno 5398.

Reditus qui colligitur ex *Istria*, & urbibus Istriacis.

Capo d' Istria 2612.
Piran 1021.
Rovigno 633.
Parenzo 1116.
Cita nuova 881.
Pola 200.
Dignam 1384.
Albona & Fianona 1143.
Vallè 878.
Montona 1820.
Grittiguana 1584.
S. Lorenzo 1456.
Pinguente 2956.
Humago 590.
Sulvia 752.
Buie 342.
Portole 270.

Dalmatia, & ejus urbes: hîc notandum est ejus confiscationes, & mulctas omnes condemnationum peculiari privilegio communitati Dalmatarum attribui, non Venetorum fisco adplicari.

Cherso & Osero 6101.
Veglia 4735.
Arbe 2780.
Zara 2387.
Nona 640.
Sebenico 6246.
Trau 4980.
Limissa 8720.
Spalato 15567.
Curzola 3070.
Pago 600.
Cattaro 8507.
Budua 1240.
Piazza 6000.
Novegradi: immunes sunt ab omni tributo: sed obligati sunt cives quotidie numerare viginti quinque solidos singulis militibus præsidiariis, qui arcem illam tuentur.

Insulæ quæ ad *Græciam* vergunt:

Corcyra 8059.
Zacynthos 17184.
Cephalenia 13877.
Cerigo 2340.
Creta & ejus urbes: quæ sunt
Candia 16810.
Retimo 4510.
Canea 4107.
Scithia 2930.
Leve & Micesi 2706.

Summa omnium summarum proventuum Reipublicę Venetæ redit ad quatuor milliones, centum sexaginta quinque millia ducatorum & quadraginta octo 4165048. ducatos. Si quis velit videre peculiaria omnia, ex quibus singulæ urbes pendunt

pendunt has ſummas, conſulat obſervationes *Simonis Hierai*, qui ea omnia collegit, & notavit exactiſſimè ex rationibus ærarii, quæ redditæ ſunt per Quæſtores Provinciarum, & ſingularum urbium Anno 1583.

Cùm collegerimus ea omnia, quæ Itali ſuis Principibus pendunt quotannis, reſtat, ut progrediamur ad alia Regna & Provincias, quæ olim Romano Imperio ſubjectæ fuerunt.

GALLIA, ut ait *Viginarius*, quotannis pendit ſuo Regi quatuor auri milliones, licet Italiâ ſit duplo major. Sed proventus Gallici communicantur etiam Principibus regni, & nobilibus; qui ſimul à ſuis ſubditis colligunt non minus quàm tres milliones. Adde & ordinem Eccleſiaſticum recipere totidem: quamvis aliqui dicant reditus Eccleſiarum Gallicarum accedere ad viginti milliones librarum, qui ſunt circiter ſeptem milliones coronatorum aureorum. *Gallia proventus.*

Lanouvius in ſuis narrationibus ait, in Gallia eſſe duodecim Archiepiſcopatus, nonaginta ſex Epiſcopatus, ſexcentas Abbatias egregiè dotatas, duo millia Prioratuum: Et omnes hos ordines poſſidere in annuo reditu decies centena millia librarum: Sed alii, ut ſuperiùs dixi, aſſerunt multò plura, nempe viginti milliones librarum, quod eſt veriſimilius: Conſtat enim omnes Epiſcopatus, ſacerdotia, & cœnobia Italica, vix tantùm recipere proventuum quotannis ex beneficiis Eccleſiaſticis, quantùm quarta pars Eccleſiæ Gallicanæ.

Bodinus lib. de Republica ait anno 1444. ſub Carolo ſexto Galliarum Rege totum regnum ſolviſſe quotannis tantùm tredecies centena millia librarum. Sub Carolo nono eo anno, quo mortuus eſt 1574. reditus regni ſuperaſſe quatuordecim milliones librarum. Hodie ſub Henrico quarto pendit quinque milliones auri, & quingenta millia coronatorum.

Hiſtoriæ tradunt Auguſtum Cæſarem, dum eſſet in Gallia, recenſuiſſe omnes Galliæ Provincias, quæ complectebantur *Narbonenſes*, *Aquitanos*, *Celtas*, & *Belgas*: factaque enumeratione agrorum, mancipiorum, univerſarumque facultatum impoſuiſſe illis annuum tributum ad decem milliones aureorum.

Et *Johannes Botterus* ſcribit Henricum tertium collegiſſe ex ſua Gallia decem quoque coronatorum milliones: quamvis id quotannis neque fieri ſolitum, neque hactenùs factum fuiſſe conſtet: licèt omnium regnorum ſit opulentiſſimum: tam propter regionis ubertatem, quàm propter populi induſtriam, & ingenia ad omnem inventionem promptiſſima.

Auctor illius tractatus, qui inſcribitur CONCLAVE REGIS FRANCIÆ, exactiſſimus rerum Gallicarum ſcrutator; ſcribit regnum Galliæ formam habere Rhomboidem; & continere à Bononia Belgica uſque Maſſiliam ducentas Leucas. ac totidem ab Alpibus S. Bernardi uſq; ad oppidum S. Johannis de Luz, quod eſt ſitum ad montes Pyrenæos. Hac ratione regnum Galliæ, vel potiùs Gallicanæ Eccleſiæ ſubjectæ provinciæ habebunt in ſua quadratura quadraginta millia leucarum: Et ſingulæ leucæ quinque millia jugerûm terræ, quæ ſimul efficient ducentos jugerûm ſoli milliones. *Conclave Regis Francia.* *Gallia amplitudo.*

Nam leuca continet quinquaginta menſuras, quas Galli vocant *portees*. ſingula menſura duodecim cordas. Corda duodecim ulnas. Ulna duodecim pedes ſemis: pedes duodecim pollices. Ita Leuca habebit in ſua longitudine octodecim millia pedum: & in ſua quadratura quinque millia jugerum. Jugerum terræ cultæ continet trecentas ſexaginta perticas: pertica novem pedes ſemis: Jugerum vineti eodem modò quis metiri poteſt, & jugerum prati. ſed jugerum ſylvæ habet quadringentas & quadraginta perticas. *Leuca dimenſio.*

Idem auctor deſcribit tres ordines regni Gallici, Eccleſiæ, Nobilium, & plebis. Politici ordinis (hoc eſt Regis & nobilium, qui plebem ſubjectam habent) reditus ait accedere ad triginta novem milliones & quingenta millia librarum Turonenſium; quæ ſuperant tredecim milliones coronatorum. *Proventus politicus Gallia.*

Ordinis Eccleſiaſtici reditus longè ampliores deſcribit, quod mihi non fit veriſimile: ideò ab enumeratione pecuniæ volens ſuperſedebo: ut lector curioſus remittatur ad lectionem illius auctoris, qui cum Gallus ſit, & de ſua Gallia loquatur, opúsque Regi Gallo dedicet, impudens meritò judicaretur, ſi mendacii ſeſe obligaret.

Gallicana Eccleſiæ amplitudo.

Conſtat Eccleſiam Gallicanam ſuos limites extendere non ſolùm per totum regnum Gallicũ, ſed per oras Angliæ, Hiſpaniæ, Provinciæ, Pedemontii, Sabaudiæ, Helvetiæ, Burgundiæ, Lotharingiæ Luxemburgi, per omnes regiones, quæ uſq; ad Rhenum protẽduntur, & per totum Belgicum: Quæ omnia ſimul compoſita complectũtur viginti & unum Archiepiſcopatus, centum & ſexaginta Epiſcopatus, ſive Diœceſes, ex quibus in regno Galliæ duodecim tantùm Archiepiſcopatus numerantur. *Lugdunenſis, Remenſis, Senonenſis Rotomagenſis, Bellovacenſis, Turonenſis, Bituricenſis, Burdegalenſis, Toloſenſis, Narbonenſis, Arelatenſis, & Viennenſis.* & hi ſub ſe continent nonaginta ſex Epiſcopatus, ſive Diœceſes: centum & triginta duas Parrochias, quæ habent quingentos & quadraginta Archiprioratus: inter quos numerantur ſexcentæ Abbatiæ luculenter dotatæ, Ducenti & quinquaginta Prioratus ordinis Equitum Melitenſium, & centum quinquaginta millia ſacellorum.

Eccleſia Gallicana poſſeſſiones.

Tota Eccleſia Gallicana poſſidet octoginta millia caſtellorum, vel dominatuum, in quibus ſummum jus juſticiæ politicæ habent. Præter hæc ducenta & quadraginta millia villularum ruſticanarum: in quibus innumera pecudum multitudo alitur armentorum & gregum.

Poſſidet & ſeptemdecim millia jugerum vinearum, quas per ſuos colunt villicos: præter quadraginta millia jugerum aliorum vinetorum, ex quibus annuatim decimas percipiunt: & ſexcenta millia jugerum terræ cultæ: quæ vel ipſi per ſuos villicos arant, vel aliis cultoribus colenda committunt, accepto ab iis annuo proventu.

Secundùm eundem auctorem poſſident & centum triginta quinque millia lacuum, ſtagnorum tam majorum quam minorum, & receptacula piſcium, quæ vivaria dicuntur. Quibus addenda nongenta millia jugerum pratorum; quadraginta millia jugerum ſoli inculti & paſcuorum: quadraginta quinque millia rotarum verſatilium, quæ molendinis, piſtrinis, armis cudendis, & chartæ conficiendæ inſerviunt. Quibus accedunt infinita emolumenta ex fodinis metallorum, minericiorumque aliorum, ex Salinis, ex fornacibus vitriariis, & aliis rebus foſſilibus.

Sed hæc omnia pertinent ad totam Gallicanam Eccleſiam: qui autem Eccleſiaſtici ordines intra regni Gallici fines continentur: ii quoque pro rata parte ex ſuperioribus reditibus accipiunt ſuas portiones.

Sed hic addendi erunt non incommodè proventus, qui ad Eccleſiam redeunt, ad victum pertinentes, qui ab auctore hoc ordine recitantur.

Annuatim ad ordinem Eccleſiaſticum redeunt:

Eccleſia Gallicana proventus culinarii.

Frumenti puri quatuor milliones, & quingenta millia ſeptariorum. Septarius verò continet ſexentas libras pondere Marcico.

Farris duo milliones, & trecenta millia ſeptariorum

Avenæ nongenta millia.

Hordei octingenta millia.

Leguminum octingenta ſexaginta millia.

Caponum centum octoginta millia.

Gallinarum quingenta ſexaginta millia.

Perdicum ſexcenta millia.

Meleagridum quadringenta quinquaginta millia.

Boum ſaginatorum duodecim millia, & quingenti.

Vervecum ſaginatorum duodecim millia.

Ovorum ſeptem milliones.

Butyri

Butyri ducenta & triginta millia quintariorum: Quintarius autem continet centum libras.

Olei olivi duodecim millia utrium: utris habet quinquaginta libras.

Caſei quingenta millia quintariorum.

Porcorum ſaginatorum centum triginta ſex millia.

Porcellorum lactantium, & hædorum, trecenta quadraginta millia.

Sevi & *axungiæ* ſexaginta millia quintariorum.

Vini tria millia, ducentæ & quinquaginta cupæ. Cupa verò continet quinque cados, cadus quadringentas menſuras: menſura autem ſex cyathos, vel culullos menſarios.

Carbonum ad culinam, duo milliones & quingenta millia majorum corbium (quas Galli vocant *Benes*, quarum ſingulæ curru quadrijugo trahuntur.)

Ligni fiſſilis ad culinam & cubicula neceſſarii, duo milliones curruum.

Fœni ad jumenta, equos, & armenta nutrienda, ſexcenta millia curruum.

Straminis octingenta millia curruum.

Lanæ ad pannos conficiendos mille millia pondo.

Cannabis & lini ad telas texendas mille millia & ſexentæ libræ.

Præter hæc infinita alia numerari poſſunt ad gulam pertinentia, quæ à diverſis devotioni deditis conferuntur per totam Galliam: ut ſunt *pernæ, petaſones, caſei, telæ:* & ea, quæ in oblationibus ſacris altari proponuntur à viduis, leſſum ducentibus, aliique voto peculiari obligatis.

Hæc dum exactè perpendet Lector, mirabitur non ſine cauſa profuſam liberalitatem Regum & Principum Galliæ, qui prioribus ſæculis tantopere locupletarunt Eccleſiaſticum ordinem, ducti nimirum ardenti religionis zelo, & ſingulari benevolentia erga pios Eccleſiæ Antiſtites & doctores, qui fideliter & aſſiduè occupantur docendo & inſtituendo populos, intenti ſacris & meditationibus religioſis: Hos ideò amarunt, coluerunt, & venerati ſunt tanquam ſummi Dei Legatos, per quos ſalutis doctrinam diſcebant, & modum bene vivendi: in quorum alimoniam certatim, & libenter erogabant patrimonia, & facultates omnes, quò literato illorum ocio provideretur, poſſentq; poſtpoſitis omnibus mundanis curis, & domeſticis ſolicitudinibus, ſacris tantùm vacare, & pietatis exercitiis. Et quia reditus multò ampliores poſſiderent, quàm ad victum, & amictum requirerentur, ſummo ſtudio contendebant liberaliſſimè providere neceſſitatibus pauperum, viduarum, pupillorum & peregrinorum, maximè eorum, qui literis operam dabant, & propter egeſtatem in ſtudiis promoveri non poterant. Hinc illæ piæ contentiones, & decertationes ſæpiùs ortę inter Reges Franciæ, & priſcos illos Antiſtites, qui conquerebantur ſibi ab Epiſcopis injuriam fieri, quòd illi annonæ penuria famelicæ plebi ſua horrea & granaria exponebant, prævertentes Regum in adjuvandis indigis curam: quòd illorum eſſet officium tempeſtivè, & liberaliter providere neceſſitatibus ſubditorum. Atque utinam hic ardor pietatis ad noſtra uſque ſæcula continuatus eſſet: neque tanti proventus luxu, crapula, ludis, & rebus frivolis abſumerentur! «

Liberalitas Regum erga Eccleſiam.

Ex his Eccleſiaſticis opibus, Pontifex Romanus quotannis hodierno quoque tempore colligit plusquam millionem unum auri, ex collatione Epiſcopatuum, confirmatione Abbatum, Canonicorum, & aliorum Sacerdotiorum: Et certum eſt ante mutationem religionis ad illum longè locupletiora proveniſſe emolumenta, & uberiores fructus.

Proventus Hiſpaniæ.

Hispania, ut *Viginarius* tradit, duos tantùm auri milliones quotannis pendit ſuo Regi: præter ingẽtem auri ſummam, quæ illi adfertur ex *India*, & *America*. *Abrahamus Ortelius* ſcribit ex novem Hiſpaniæ regnis colligi quinque milliones ducatorum. Habet Hiſpania Archiepiſcopatus 8. & 48. Epiſcopatus: quorum proventus annui accedunt ad centum & quadraginta millia ducatorum: qui efficiunt circiter quadringenta viginti ſeptem millia librarum Gallicarum: ſumma exigua ſi conferatur cum Gallicis proventibus.

Belgicum. BELGICUM teſte *Viginar.* ſolvit ſedecies centena millia coronatorum *Bodinus* tradit *Caroli V.* tempore Belgas tantùm ſolviſſe tredecies centena millia librarum.

Johannes Botterus ait *Portugalliæ regnum* pendere ſingulis annis duos ducatorum milliones.

Arragoniam ducenta millia
Navarram centum millia.
Sardiniam centum millia.

Germania. *Botterus* ſcribit *Imperium Germanicum* poſſidere ſeptem milliones: Domum Auſtriacam duos milliones & quinquaginta millia: Sed ſecundùm *Viginarium* Germania, quæ cis Rhenum eſt, duos tantùm ſolvit milliones. *Rheni tractus.* Rheni tractus à Baſilea uſque, pendit ſuis Principibus octies centena millia coronatorum.

Polonia. *Botterus Poloniam* ait pendere centum millia coronatorum.

Lotharingia. *Viginarius Lotharingiam* dicit ſolvere ſexies centena millia librarum. ſed *Botterus* non ultra quàm quingenta millia, quod verum eſt.

Helvetia. *Helvetia* & *Rhetia* centum millia coronatorum.

Anglia. *Anglia* ſecundùm *Viginarium*, quindecies centena millia.

Bodinus ait tredecies centena millia librarum: & ante mutationem religionis pendiſſe tantùm quingenta millia Δ. nunc vero decies centena millia.

Scotia. Ex *Bottero Scotiæ regnum*, centum millia ſolvit: nam ut ait *Viginarius*, ejus regni proventus magis conſiſtit hominum numero, quàm pecuniâ.

Turcici reditus. *Turcici Imperatoris* proventus à diverſis auctoribus diverſo modo tractatur: neque in uno conſentiunt omnes: cum tempora mutentur pro diverſitate Principum, quorum avaritia expleri non poteſt: ideò alii aliis duplo exigunt.

Ex Spandugino. *Theodorus Spanduginus Patricius Conſtantinopolitanus* ait Solymani tempore totum illius Imperium ſolviſſe quotannis decem milliones, nongenta quadraginta octo millia ducatorum, & quingentos. Et hęc particulatim explicat hoc modo.

Ex tributo Carazzi, quod à Chriſtianis penditur quotannis, recipit millionem unum, & quingenta millia Seraphorum.

Ex Minericiis metallicis, ſalis, aluminis, colorum, boli Armeni, terræ ſigillatæ & ejuſmodi 900. millia.

Ex Datiis, & Gabellis ut vulgò loquuntur 700. millia.

Ex privilegiis & diplomatibus 100. millia.

Ex bonis caducis, quæ Galli *Aubennas* vocant 500. millia.

Ex Salinis 500. millia.

Ex bonis defunctorum ſine herede vel patrono 100. millia.

Ex naulis, quæ penduntur pro egreſſu regnorum 50. millia.

Ex monetariis officinis 100. millia.

Ex piſcationibus 50. millia.

Ex muneribus gratuitis 300. millia.

Ex reditibus mortuorum Baſſarum, & aliorum, quibus ſtipendia quotannis ab Imperatore ſolvuntur, poſt quorum mortem redeunt ad ærarium quotannis pluſquam 600. millia.

Cyprus hodie pendit 8. millia.

Moldavia 6. millia. *Valachia* 12. millia.

Raguſium 12. millia 500. *Chios* 10. millia.

Chairus, quę eſt *Memphis*, & tota *Ægyptus* decies centena millia Sultaninorum.

Ex decimis omnium Urbium ſui Imperii legit quatuor milliones.

Ex decimis aliorum regnorum ſeptem milliones 3948. 5.

Summa totius, decem milliones nongenta quadraginta octo millia, & quingenti ducati.

Ex Bottero *Johannes Botterus* Turcico Imperatori tantùm tribuit octo auri milliones, præter Timariolos. Dicitque Ægyptum olim ſolviſſe ſeptem milliones.

Franciſcus

Franciſcus Sanſovinus in ſuis relationibus, dicit illum poſſidere annuatim quindecim milliones auri. Ex quibus quinque tantùm reconduntur in ærario (quod *Chaſna* vocatur) decem reliqui milliones impenduntur ad ſtipendia militum, qui aluntur per totum Imperium. *Ex Sanſovino.*

Paulus Jovius in vita Solymani ait: Connumeratis cum prioribus ſuis etiam Sultanici regni reditibus ſexagies centena millia aureorum ſingulis annis habet: ex quibus quinquies & quadrageſies centena millia expendit. *Ex Jovio.*

Bernardus Navagerius Legatus Venetorum apud Conſtantinopolitanum Imperatorem Anno Domini 1549. in ſuis relationibus in hæc verba ſcribit: Difficillimum eſt ſcire, quantum redituum Turcicus Imperator annuatim recipit ex omnibus provinciis ſuo Dominatui ſubditis: cum diverſæ ſint multorum de hac re opiniones. Quidam illi tribuunt quindecim milliones auri: alii triginta millia Sultaninorum quotidie illum recipere affirmant. quæ efficiunt quotannis tantum decem milliones nonaginta quinque millia ducatorum. At ego dico me animadvertiſſe ex rationibus ærarii, quod Chaſna dicitur, recipi annuatim octo milliones 272000. ducatorum. quæ ſumma ex his particularibus colligitur. *Ex Navagerio.*

Tributum illud Carazzi dictum, quod exigitur à Chriſtianis Græciæ, & Anatoliæ (hoc eſt *Aſiæ minoris*) ſuperat decies centena millia ducatorum.

Ex daciis, diplomatibus, & privilegiis colliguntur quotannis centum millia ducatorum.

Ex bonis defunctorum ſine herede trecenta millia.

Incolæ Ducatus Arrago (quià tributo Carazzi immunes ſunt) ſolvunt annuatim per ſingulas domos ducatum unum. quod efficit ſummam ducentorum millium.

Ægyptus, Memphis, & Arabia ſolvunt unum millionem & octingenta Seraphorum aureorum millia: ex quibus in ærarium Principis importantur nongẽta millia.

Syria tota pendit ſexcenta millia: ex quibus ad ærarium redeunt trecenta millia. reliquum ad tuitionem Provinciarum impenditur.

Meſopotamia ducenta millia: ex quibus ad ærarium redeunt centum, & quinquaginta millia.

Ex fodinis metallicis, ſalis, & aluminis, quindecies centena millia.

Ex daciis, & commercius, duodecies centena millia.

Ex decimis frumenti, & aliorum fructuum, octingenta millia.

Ex tributo Moldaviæ, ſedecim millia.

Ex Valachia, duodecim millia.

Ex Tranſilvania, decem millia.

Ex Raguſino tributo, decem millia.

Ex Inſulis Archipelagi, ſex millia.

Ex Chio, decem millia.

Ex Cypro, octo millia.

Hæc omnia efficiunt octo milliones 272000. ducatorum.

Viginarius ita Turcicum reditum annuum deſcribit. Sub Solymano Othomanno Turcarum Imperatore ejus proventus annuus æſtimabatur. *Ex Viginario.*

Tributum illud annuum, quod vocatur *Carazzi*, penditurque quotannis à Chriſtianis Orientalis Græciæ, & Aſiæ, nempe ducatus cum dimidio pro ſingulis capitibus, efficit quindecies centena millia Seraphorum.

Tributa ex portoriis, naulis, diplomatibus, privilegiis & reliquis expeditionibus Curiæ, accedunt ad centum millia.

Ex bonis caducis, quæ ἀνάφυτα dicuntur, trecenta millia.

Ducatus Arrego, qui immunis eſt à tributo Carazzi, ſolvit ducenta millia.

Ægyptus & Arabia, octies decies centena millia.

Syria, ſexies centena millia.

Meſopotamia, ducenta millia.

Ex

Ex fodinis auri, argenti, æris, ſtanni, plumbi, ſalis, aluminis, ſulphuris, terræ ſigillatæ, boli Armenii, colorum, & aliarum foſſilium materiarum, quindecies centena millia.

Ex tributis rerum venalium, quæ importantur & exportantur, duodecies centena millia.

Ex decimis frumentorum, & aliorum fructuum, octies centena millia.

Moldaviæ Deſpota pendit annuatim ſedecim millia.

Rhodos, Chios, & reliquæ inſulæ Archipelagi quinquaginta millia.

Cyprus recenter Chriſtianis adempta ſexies centena millia.

Turcicus hic provētus ęſtimatur hodie ad duodecim milliones auri, qui quotannis ingrediuntur ærarium Sulthani, quod *Chaſna* dicitur. Præter hæc accedunt & alii reditus, qui *Thymar* dicuntur: ex agris, ſylvis, fluviis, hortis, & paſcuis totius Imperii Turcici, qui ad maximam ſummam redeunt. Ex iis impenſæ ſuppeditantur ad alenda trecenta millia equorum militarium: quos Imperator ſuis Equitibus diſtribuit, quoties expeditio ſuſcipienda eſt in hoſtem. Ad bellum enim omnes coguntur, quotięſcunque Principi libet, ſtipendiis, armis, equisque, & annona ex ærario acceptis.

Ex ſuperioribus diverſorum auctorum ſcriptis colligit Lector, quantum olim fuerit Romani Imperii robur & potentia: quantis facultatibus, & divitiis abundaverit. Nam quòd ex Syria & Meſopotamia colligantur hodie octies centena millia ducatorum, mirum videri non debet: *Herodotus* ſcribit Darium Hyſtaſpis filium, primis ſuæ Monarchiæ annis ex his duabus Provinciis contraxiſſe quotannis quatuordecim talentorum millia & quingenta. quæ efficiunt octo milliones, & ſepties centena millia aureorum.

Summa redituum totius Imperii.

Quod ſi Turcici Imperatoris reditibus annuis, qui efficiunt viginti milliones auri, addas alios viginti milliones, qui poſſidentur à Regibus & Principibus Chriſtianis, ſumma totius erit quadraginta milliones, qui colliguntur quotannis ex Provinciis, quæ olim Romano Imperio ſubjectæ erant.

Certum eſt Romanos longè majorem ſummam corraſiſſe ex ſubditis populis: cum omni occaſione oblatâ, vel violentia, exactionibus, donariisve, vel teſtamentis, quæcunque potuerunt, corraſerint in unum: ut quo jure, quaque injuria ditari poſſent: ſed hoc contigit poſtquam Romani Principes luxu & libidine diffluere cœperunt.

Reditus Imperii anno urbis DCIX.

Romani *Imperii* reditus, teſte *Plutarcho in vita Pompeji*, anno Urbis DCXC. non excedebat quinque auri milliones. Sed Pompejus victo Mithridate, alios addidit tres milliones, & quingenta millia coronatorum: ac ſimul retulit in ærarium duodecim milliones auri: impenditque in donativis & muneribus militum novem milliones, & ſexcenta millia.

Sub *Julio Cæſare* debellatæ ſunt Galliæ, Ægyptusque, & Syria in Provincias redactæ. paulóque poſt Imperium ſub Auguſto poſſedit quindecim milliones in annuo reditu.

Julii Cæſaris liberalitas.

Appianus lib. 2. bellorum civilium ſcribit, Cæſarem poſt debellatos Pompejanos in triumphis portaſſe ſexaginta quinque talentorum millia: quæ æſtimantur ad triginta novem milliones auri. Præterea duo millia coronarum aurearum, & octingentas, quæ marcas auri ponderabant ad tria millia. hoc eſt, duo auri milliones.

Ex his quadraginta & uno millionibus, unicuique civium contulit quadringentos nummos vel minora ſeſtertia; quæ efficiunt decem coronatos: ita ut hoc congiarium accederet ad duos auri milliones: nam *Appianus* ſcribit, poſt bella civilia fuiſſe Romæ ducenta & triginta millia civium. in convivia quæ Cæſar celebravit in ſuis triumphis; his impendit millionem unum. Donavit præterea Veteranis militibus unicuique quingentos coronatos: qui accedebant ad decem milliones: cum eo tempore plusquam viginti millia veteranorum numerarentur. Item ducibus, tribunis, & centurionibus, qui ejus partes fuerant ſecuti, erogavit duos milliones,

nes, ut tradit *Suetonius in ejus vita, cap.* 38. In ſumptus quinque triumphorum, Ludis, Tragœdiis, Mimis, Athletis, Venationibus Leonum, & Urſorum, & donis quæ contulit in privatos amicos, illa omnia æſtimata ſunt ad quinque auri milliones: Hinc colligimus ſummam hanc æquaſſe viginti milliones.

Auguſtus Cæſar, qui Romam auxit & ornavit infinitis ædificiis publicis, & privatis, ideò ſolitus eſt dicere, *Latericiam accepi, marmoream relinquo*: obtulit templo Jovis Capitolini auri non cuſi decies ſexies centena millia coronatorum: Et duodecies centena millia in margaritis, & ſmaragdis, & aliis gemmis: nihilominus teſtamento reliquit Populo Romano millionem unum: & unicuique tribuum duo millia coronatorum & quingentos: Erant enim triginta quinque tribus. Summa donativi erat octingenta ſeptem millia & quingenti coronati. Cohortibus Prætorianis militibus ſingulis 25. ∆. & equitibus triplum: quæ efficiunt trecenta & octoginta millia. Cohortibus vigilũ urbis viginti millia. Item quadraginta quatuor Legionibus, quæ fines Imperii ſervabant, unicuique militum 7. ∆. cum dimidio: Centurionibus duplum, equitibus triplum. Legiones continebant ſingulæ quinque hominum millia. omnes ſimul ducenta & viginti millia hominum: donativum hoc ex teſtamento continebat millionem unum ſexcenta & quinquaginta millia ∆. unaquæque Legio habebat cohortes decem: cohors quingentos homines: ita erant in ſingulis Legionibus 50. Centuriones. Et in 44. Legionibus duo centurionum millia, & ducenti. quibus ſingulis legati fuerant 15. ∆. ſumma erat trecenta & triginta millia. Equitibus ſingulis dati ſunt viginti duo coronati cum dimidio. (erant enim in alis ſingularum legionum ſexcenti equites) ſumma igitur donativi complectebatur circiter ſexenta millia ∆. Præter hæc innumeram pecuniam legavit amicis, & ſuis domeſticis. Et pro ſuo funere curando millionem auri. Hæredibusque reliquit tres milliones ſeptingenta & quinquaginta millia ∆. Et hæc omnia ex propriis & privatis facultatibus. Summa hujus teſtamenti accedit ad octo milliones ſexcenta & ſeptemdecim millia coronatorum & quingentos.

Summa ex teſtamento Auguſti relicta.

Plinius libro 36. *capite* 15. tradit in aquæductum fontium Curtii & Cœrulei erogata fuiſſe ſeſtertia quingenta quinquaginta quinque millia. hoc eſt, tredecim milliones octingenta & ſeptuaginta quinque millia coronatorum. Et ab eodem Claudio montem perfoſſum ad emittendum lacum Furinum (qui prope Albenſes Marſorum populos eſt.) in qua re *Suetonio* teſte *capite* 20. per annos undecim ſine intermiſſione occupata ſunt triginta hominum millia. cum mons effodiendus eſſet, & exſcindendus per ſpatium trium millium pedum: impenſæ ſuperarunt decem milliones auri. Neque deſiit Claudius alia plura conficere: ac donativa ingentia largiri amicis. inter quos fuit Pallas præfectus domus imperatoriæ, cui donavit ſeptem milliones, & quinquaginta millia coronatorum, ut ſcribit *Tacitus libro* 12. Narciſſum quoque ab epiſtolis auxit multo pluribus opibus. Sed Caliſtum maximè omnium, quem *Plinius libro* 36. *capite* 7. dicit libertorum Claudii potentiſſimum.

Claudii impenſa.

Neque mirum videri debet tantos ſumptus fuiſſe factos à Principibus illis Romanis, cum ex unaquaque re facerent quæſtum. *Dion* tradit Julium Cæſarem Senatus conſulto caviſſe, ne cujus teſtamentum efficax eſſet, niſi relictâ bonorum parte Principi & ejus fiſco. *Nero* poſtea ſanxit ingratorum in Principem teſtamenta ad fiſcum referri. ingratos vocabat, qui nihil Principi legaſſent, ut teſtatur *Suetonius cap.* 32. Et idem *Suetonius* ait *in vita Auguſti*. Quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet: hoc eſt centum milliones auri. Sed ut eſt apud *Capitolinum*, Pertinax hanc ſeveritatem leniit: legemque tulit, ut teſtamenta priora non priùs eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent: neve ob hæc fiſcus aliquando ſuccederet: ipſeque profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicujus delata eſſet, aut lite perplexâ, vel legitimi here-

Ærarii auctio ex teſtamento.

des & neceſſarii privarentur. Et *in vita Domitiani:* Confiſcabantur alieniſſimæ hereditates, vel exiſtente uno, qui diceret audiiſſe ſe ex defuncto, dum viveret, heredem ſibi Cæſarem eſſe.

Ex mulctis. Augebatur & ærarium Principibus ex rebellibus, & damnatis propter aliqua crimina. *Plutarchus in vita M. Antonii* ſcribit, Poſt interfectum Julium Cæſarem debellatosque in Pharſalia Brutum & Caſſium, Antonium in Aſiam trajeciſſe, ut pecuniam colligeret ab iis, qui hoſtium partes fuerant ſecuti. corraſiſſeque uno anno ducenta talentorum millia, hoc eſt centum & viginti milliones auri. Quam enormem ſummam aliquantulum moderatur *Appianus libro 5. bellorum civilium.* Dicit enim Antonium mulctaſſe populos, qui Caſſii & Bruti factionem fuerant ſecuti, ut tributum decennale ſolverent, quod efficiebat ducenta talentorum millia. Præter infinitam pecuniæ ſummam, quam undique exegit à Regibus, Principibus, & privatis hominibus, quos comperire potuit faviſſe hoſtibus, vel ſuis facultatibus ſuppetias tuliſſe. vel etiam opibus abundare. Nam tyranni ſuarum rapinarum modum nullum faciunt, leviſſima quaque occaſione, aut prætextu oblato.

Nam *Gabinius Syriæ* Præfectus à Memmio accuſatus eſt, quòd ut Ptolomæum in regnum Ægypti reduceret, ab eo exegit ſex auri milliones. ut teſtatur *Cicero, in oratione pro Rabirio Poſthumo.*

Et *Verres* triennio corraſit è Sicilia decies octies centena millia coronatorum.

Ex fodinis. De fodinis auri, & argenti, reliquisque rebus metallicis, quæ diverſis in locis erant, conſtat Romanos collegiſſe quotannis admirabilem pecuniæ ſummam. *Strabo libro* 3. tradit tempore Scipionis auri fodinas fuiſſe in Hiſpania prope Carthaginem novam (quę eſt hodie *Andeloſia*) ex quibus ad Romanos quotidie redibat auri puri ſumma ad æſtimationem duorum millium & quingentorum coronatorum: Et *Plinius libro* 33. *capite* 4. de auri fodinis Hiſpanicis, inquit. Vicena millia pondo ad hunc modum annis ſingulis Aſturiam atque Galleciam & Luſitaniam præſtare quidam tradiderunt: quæ ſumma æquat duos auri milliones: Et hic proventus ex una ſola Hiſpania: non eſt dubium in aliis Provinciis multò plus lucri factum fuiſſe: Nam idem *Plinius capite citato:* ait, Italiæ parcitum eſt vetere interdicto Patrum: alioqui nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus. Extat Lex Cenſoria Ictimulorum aurifodinæ, quæ in Vercellenſi agro cavabatur, ne plus quinque millia hominum in opere publicani haberent. Ut erant Romani præter omnes totius orbis populos auri ſitientiſſimi, omnem moverunt lapidem, ut undique opes accumularent, quibus ſuo luxui, & deliciis poſſent ſatisfacere.

Romanorum avaritia.

Legimus enim à Romanis Antiocho venditam fuiſſe pacem novem auri millionibus. Et Clodius procuravit, ut Cyprus adimeretur Ptolemæo, quod exiguo tempore diſtuliſſet ad eum mittere aliquam pecuniæ ſummam, quam pyratis, à quibus captus erat, ſolvere debebat.

Privatorum opes.

C. Cæcilius Claudius Iſidorus.

Anno Romæ 746.

Sed conſideranda eſt hominum privatorum, quanta fuerit apud Romanos, opulentia. Cùm omnium Quiritum opulentiſſimus judicatus ſit *Craſſus*, ut inquit *Cicero, paradox. ultimo: Cæcilius Iſidorus*, ut ſcribit *Plinius libro* 33. *capite* 10. *C. Aſinio Gallo & M. Cenſorino Coss. ad V I. Kalend. Febr. teſtamento ſuo edixit, quamvis multa civili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſervorum quatuor millia, centum & ſedecim. Juga boum tria millia & ſexenta. reliqui pecoris C C. quinquaginta ſeptem millia. In numerato H-S D C.* hoc eſt ſexenta millia pondo. *Funerari ſe juſſit H-S. X I.* hoc eſt ad ejus funus, ut impederentur ducenta ſexaginta quinque millia coronatorum. Ubi *Viginarius* expendens precium ſingulorum, colligit ſummam facultatum hujus Cæcilii æſtimari poſſe ad ſex milliones: Nam ſi ſingula capita mancipiorum vendita fuiſſent viginti coronatis, ſumma accederet ad octoginta millia. Boum

juga

juga ſingula etiam 20. Δ. ſumma eſſet ſeptuaginta millium. alia pecora ſingula uno coronato (ut *Feſtus* ait, Proportio boum cum ovibus erat decupla: boves centenis, oves denis aſſibus æſtimantur) efficerent centum & viginti millia: reli qua conſiſterent in majoribus pecudibus, quæ ſi ſingulæ 3. vel 4. coronatis vendita eſſent, efficerent circiter quadringenta millia Δ. Adde ſexenta millia pondo argenti, quæ efficiunt nongenta millia marcarum: libra æſtimata decem coronatis: ſumma harum ſummarum eſſet ſex auri millionum. opes ingentes in homine privato. qui etiam teſte *Plinio* Marco Craſſo fuit opulentior. licet Craſſus eum divitem eſſe negaret, niſi qui ſuo reditu annuo Legionem tueri poſſet.

Luculli facultates etiamſi ad amuſſim non exprimantur ab auctoribus: quales tamen fuerint hinc colligi poteſt. Pompejus & Cicero illi ſub veſperam occurrentes, rogarunt, ut illi convivæ eſſent in cœna, eâ tamen conditione, ne quid illis proponeretur, niſi quod Lucullus ſibi jam præparaſſet. Annuit ille lubens: concedetis hoc tamen mihi, ut œconomo dicam me in cœnaculo Apollinis cœnare velle. Quod poſtquam factum eſſet, convivium præparatum eſt precio quinque millium aureorum. ut teſtis eſt *Plutarchus in ejus vita.* εἰωθεὶς δειπνεῖν ἐν τῷ Ἀπόλλωνι πέντε μυριάδων. Ita enim conſtitutum erat in ejus ædibus, ut ſingulis cœnaculis precium impenſarum præſcriptum eſſet. *Cœnæ Luculli.*

Et in ejuſdem Luculli repoſitoriis, dum Comœdi quidam ab eo veſtimenta mutuo caperent, inventa ſunt quinque millia togarum purpurearum. *Togæ Luculli V. M.*

Seneca lib. benefactorum cap. 27. ſcribit Cn. Lentulum Auguſti liberalitate poſſediſſe decem milliones auri. Et hæc omnia illi ademiſſe Tiberium cum vita. ut ne quo niſi ipſo herede moreretur, inquit *Suetonius cap.* 46. hominem ita vexavit, ut manus ſibi inferre coactus ſit. *Cn. Lentulus.*

Lolliam Paulinam, inquit *Plin. lib.* 9. *cap.* 35. quæ fuit Caji Principis matrona, mediocrium ſponſalium cœna, Vidi margaritis, ſmaragdiſque opertam, quæ ſumma quadringenties H-S. colligebat. Nec dona prodigi Principis fuerant, ſed avitæ opes provinciarum ſcilicet ſpoliis partæ. ornatus capitis ſumptuoſus, qui precium decies centenorum millium aureorum æquabat. *Lollia Paulina ornatus.*

Seneca libro de conſolatione ad Albinam matrem cap. 9. ait Caligulam uno convivio impendiſſe ducenta & quinquaginta millia coronatorum. *Caligula.*

Plinius lib. 8. *cap.* 48. Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertiûm octingentis millibus væniſſe jam tunc poſuit in Capitonis criminibus: quæ Neroni Principi quadragies ſeſtertio nuper ſtetêre: periſtroma unum millione auri venditum quis non miretur? *Nero.*

L. Tatius Ruffus infima natalium humilitate inquit *Plinius lib.* 18. *cap.* 6. conſulatum militari induſtria meritus, antiquæ aliàs parſimoniæ, circiter millies H-S. liberalitate divi Auguſti congeſtum uſque ad detractionem hæredis exhauſit, quę ſumma æſtimatur ad duos milliones, & quingenta auri millia. *L. Tatius Ruffus.*

Nero invitatus à quodam amico eſt ad cœnam. cui bellaria ſola adpoſita ſunt precio centum millium coronatorum: *Suetonius in Nerone cap.* 27. *Nero.*

C. Julius Cæſar adhuc privatus erat in ære alieno ad ſeptingẽta & octoginta millia coronatorum. quæ non ſolùm perſolvit poſt acceptas Gallias, ſed ſtipendia ſui exercitus ex majori parte ſolvit. Et Paulo conſuli, ne illi contrarius eſſet, nongenta millia aureorum donavit. Curioni Tribuno plebis: ut illius partes ſequeretur, quingenta millia: Unionem emit centum & quinquaginta millibus coronatorum, quem donavit Serviliæ matri Bruti, quam amabat. *Julius Cæſar.*

Publius Clodius, quem Milo occidit, ſeſtertiũ centies & quadragies octies domo emptâ habitavit: hoc eſt trecentis ſeptuaginta millib. coronatorum. *Plin. lib.* 36. *c.* 15. *P. Clodius.*

Idem *Plinius lib.* 10. *cap.* 51. Maximè inſignis eſt in hac memoria Clodii Æſopi Tragici hiſtrionis patina, ſexcentis H-S. taxata: in qua poſuit aves cantu aliquo, aut humano ſermone vocales nummis ſex ſingulas coëmptas. hæc ſumma efficit quin-

decies centena millia coronatorum. Et Clodius hujus Æsopi filius, cum pater reliquerat patrimonium quingentorum millium, in quodam convivio adponi jussit uniones summi precii: ut etiam cum Antonio & Cleopatra conferretur: quæ (ut ait *Plinius lib.9. cap.35.*) sponsione facta cœnaturam se esse centies H-S. asseverabat: alterum ab aure detraxit unionem, quem aceto maceratum in tabem resolvit, & ebibit. Pondus hujus unionis erat dimidiæ unciæ, hoc est 80. ceratiorum (ut loquuntur hodierni gemmarii) cujus precium erat ducentorũ & quinquaginta millium coronatorum: injecit alteri manum L. Plancus judex sponsionis ejus, eum quoq; paranti simili modo absumere: ut dissectus unio relictus in duas partes adplicaretur utrisq; Veneris auribus Romæ in Pantheo. Atqui duo illi uniones singulare opus Naturæ per omne ævum Cleopatræ obvenerant à regibus Orientis: quorum unum luxuriosa mulier absorpsit admirante, & irascente Antonio.

Unio Cleopatra.

Pythii illius *Bithyni* opes quales fuerint hinc colligi potest, qui Platanum auream, vitemque nobilem illam Dario regi donavit: & Xerxis copias, hoc est septies centena LXXXVIII. millia hominum excepit epulis: stipendium quinque mensium frumentumque pollicitus, ut è quinque liberis senectuti suæ in delectu unus saltem concederetur. *Plinius lib.33.cap.10.*

Pythius Bithynus Xerxis exercitum alere voluit per quinque menses.

De donativis Principum Romanorum mira referunt auctores. *M. Aurelius, & L. Verus* post electionem singulis Prætorianis donarunt vicena millia nummûm. Horum Prætorianorum militum numerus erat circiter septem & octo millia. qui efficerent plusquam quatuor milliones. Cæteris militibus Legionariis sex coronatos: erant autem eodem tempore triginta legiones. Donativum hoc totum superaret quindecim milliones. Et *L. Verus* è Syria reversus Romam, celebravit cœnam, ad quam duodecim tantùm convivæ admissi sunt: in eam impensa sunt centum & quinquaginta millia coronatorũ. Donavit enim convivis omnes famulos cœnæ inservientes, vasa aurea, & argẽtea, lectos, peristromata, & reliquũ convivii apparatũ.

M. Aurelius & L. Verus.

L. Veri cœna.

Sed & *Adrianus* ante hos eadem liberalitate usus erat erga populum, dum adoptatus esset Commodus ad Imperium. *Spartianus in vita illius.* Datum, inquit, populo congiarium ejus adoptionis causa, collatumq; militibus H-S. ter millies. Hanc summam nempe impendit in adoptione Ælii Veri: sed in Commodi solvit decem milliones. Præter donativum quod prius populo contulerat in sua electione, cùm adhùc esset in Asia, unicuique civium elargitus est coronatos tres. Et paulò post alia donativa fecit populo, & Legionibus. reliquos omnes totius mundi Principes & Reges liberalitate superans.

Adrianus.

Commodus M. Aurelii filius (ut scribit *Capitolinus in vita ejus*) congiarium dedit populo, singulis denarios septingenos vicenos quinos. denarius valebat asses decem: & centum asses coronatum Gallicum. ita septingenti & viginti quinque denarii efficiunt septuaginta duos coronatos: & cùm essent Romæ quadraginta millia civium, summa donativi accederet ad triginta milliones auri.

Cõmodus.

Pertinax qui post Commodum regnavit tres tantùm menses: cùm Imperio potitus esset, Prætorianis militibus unicuique donavit centum & quinquaginta coronatos, & populo decem. quæ summa redit ad quatuor milliones.

Pertinax.

Septimius Severus, alt *Spartianus*, militibus tantum stipendium, quantum nemo Principum dedit. Populo donativa sæpiùs ingẽtia largitus est. Urbi providit de frumẽto, oleo & vino ad annos 7. Liberis suis thesauros majores reliquit, quã ante eum Princeps quispiam: licèt Suetonius scribat Tiberium reliquisse 67. milliones auri.

Septimius Severus.

Heliogabalus monstrum illud luxuriosum nunquam minoris cœnavit, quàm 2050. coronatis: & sæpiùs 75000. quod *Lampridius in ejus vita* tractat.

Heliogabalus.

Longũ esset describere quales & quantos sumptus fecerint tam Romani Principes, quàm privati: tam in largitionibus quàm in conviviis, ædificiis publicis, & privatis, quæ omnia ostendunt opulentiã illius Imperii, longè superantem divitias Persarum, Macedonum, & aliorum regum Orientis: de quibus Lector infinita testimonia inveniet apud antiquos auctores.

APOL-

APOLLONIUS TYANÆUS.

Inſpexi ſecreta Deûm: & conceſſa facultas.
Naturæ exacta cognitione frui.

APOLLONIUS Tyanâ urbe Cappadociæ natus fuit, patre Apollonio viro nobili: dum ejus mater uterum gereret, in ſomnis umbram Protei vidit, quem imperterrita rogavit, quid eſſet paritura. Cui Proteus, *me*, inquit, *paries*. Cumque paulò poſt ſomnio monita ad colligendos flores in pratum veniſſet, obdormivit. circumſteterant cygni, qui alarum motu, & clangore dulci dormientẽ excitarunt, ſtatimq; puerũ ſine obſtetricis auxilio, & dolore enixa eſt. Adultus puer ſumma facilitate literas didicit, Attica ſemper uſus lingua, quam ab infantia præceptoris inſtitutione hauſerat. Annos natus quatuordecim, Tarſum à patre ablegatus eſt, ut illic inſtitueretur ab Eutymo Phœnice Rhetore. Unde ad Ægas urbem vicinam paulò poſt ſe contulit, quòd is locus ad philoſophandum videretur accommodatior: nam ab ipſa pueritia vitæ generi auſtero, & ab aliis ſecreto ſemper deditus fuit: neſcio quid ſeveritatis in vultu, & verbis præferens, nihil vulgare, aut puerile loquens vel faciens. Ægis Platonicos, Chryſippicos, Peripateticos ſumma diligentia audivit. Et inter alios Eudoxum Heracleo-

Apollonii nativitas.

Inſtitutio & Præceptores.

Victus & amictus. tem, qui magis Epicurum, quàm Pythagoram vitâ ſequebatur. Atqui Apollonius ad Pythagoricam doctrinam naturali inſtinctu magis inclinabat: abſtinens ab eſu carnium, & omnibus ciborum, veſtiúmque deliciis: oleribus tantùm, & fructibus terræ uſus: maximè uſum vini refugiebat, quòd ejus potu mentis aciem retundi, & offuſcari crederet. Amictum non ex lana, ſed ex lino tantùm gerebat: comam nutriebat, & ut plurimùm in templis aſſiduus verſabatur. Ferturq; aliquando Æſculapium dixiſſe Sacerdoti ſui delubri, ſe Apollonii præſentiâ multùm delectari: cujus teſtimonium magnam Apollonio apud omnes auctoritatem conciliavit. Aſſyrio cuidam molli & delicato aqua intercute laboranti, quærentique remedium reſpondit Apollonius, *Ex pluvia ſiccitatem procurandam eſſe.* Hominem prædivitem, ſed ſceleratum è templo exegit, quòd Deum vitiis offendi diceret. Principem Cilicem pæderaſtam à ſe repulit, illiq; mortem poſt tertium diem imminere prædixit, quod evenit. At cùm ejus pater vita functus eſſet, Apollonius Tyanam reverſus eſt, eúmque ſepulchro mandavit, & ejus Manibus religioſè parentavit. Fratri natu majori, ſed depravatis moribus homini, dimidiam patrimonii relicti partem ultrò largitus eſt: & ſalubribus admonitionibus ad meliorem frugem reduxit. Reliquas facultates amicis & cognatis erogavit. Neque ſolùm in adoleſcentia, ſed reliquo vitæ tempore à re Venerea conſtantiſſimè abſtinuit. Cumque illum Euxenus admiraretur, propter vitæ continentiam, & doctrinam, illumque hortaretur ad ſcribendum, reſpondit: *Nondum tacere didici.* Itaque ſilentium per quinquennium exactiſſimè ſervavit: neque tamen injucundum ſe, & moroſum in convictu, & converſatione ſociis præſtitit: omnia nutibus, & ſignis aptè, & convenienter denotans. Silentii tempus in Pamphilia, & Cilicia exegit. Aſpendum Pamphiliæ urbem cùm veniſſet, populum in civitatis Principem conjuratum offendit, quod magna anni ſterilitate, & annonæ penuria frumentum retineret, civibus fame gravi laborantibus. Quos auctoritate ſua cõpeſcuit, & fruges famelicæ plebi diſtribui præcepit. Quatuor habuit Philoſophiæ ſocios, cum quib. de ſtudiis ſuis conferebat, & cum iis arcana quædam ſacra, quæ oriente ſole facere cõſueverat, cõmunicabat. Aurora orta cũ Diis loqui, & jam orto ſole de Diis loqui oportere dicebat. Reliquũ diẽ humanis occupationibus impẽdere, & ſub veſperam balneis tantùm frigidis uti: nã calida lavacra corpus enervare, & ſenectã homini præmaturã inducere aſſevelabat. Adoleſcens adhuc cũ eſſet, & virib. corporis valeret, in Indiam profectionẽ ſuſcepit: utillic Brachmanas & Hircanos audiret: quorum prudentia & ſapientia toto terrarum orbe celeberrima exiſtebat. Maximè ſperabat ſe à Magis Babylonicis multa arcana diſcere poſſe. Audiverat Nini tempore, Zoroaſtrem Bactrianorum regem multa de Magia docuiſſe, & ſcripſiſſe, quæ apud Babylonios ſervabantur: Is autem Zoroaſtres Magiæ artem, & ſeptem alias liberales artes quatuordecim columnis inſcripſit, ſeptem æneis & ſeptem latericiis, contra duplex orbis excidium quod præviderat, unum per aquas, alterum per ignem: Sed Ninus ejus libros combuſſit ex majori parte (ut tradit *auctor Scholaſticæ hiſtoriæ*) conſtat tamen illum ſcripſiſſe vicies centum millia verſuum, in quos *Hermippus* commentatus eſt. Et Magicas artes ante diluvium viguiſſe *Serenus Abbas apud Caſſianum* aſſerit *collat.* 8. *cap.* 22. ubi dicit doctrinam à Deo traditam de cœleſtibus, & ſublunaribus rebus Adamum communicaſſe filio ſuo Seth, qui eam conſervavit incorruptam, donec filii Dei (ut ait Scriptura) mixti ſunt cum filiabus hominum, hoc eſt cum poſteris Cain. Tunc ex iis orta propago ſacrilega, quæ jam à Deo defecerat, inſtinctu Dæmonum ſalubrem hanc doctrinam in ſuperſtitiones Magicas, & artes noxias convertit: ſucceſſuq; temporis uſque adeò accrevit in pejus, ut omnis ſcopus hujus artis remotiſſimus eſſet à cultu divino. Cham autem (hoc eſt Zoroaſtres) qui cum patre & fratribus diluvio ſervatus eſt, diverſorum metallorum laminis, quæ aqua non corrumperentur, & duriſſimis lapidibus eas inſculpſit: ac poſt diluvium ea perquirens, ſeminium nequiſſimarum artium tranſmiſit ad poſteros.

Silentium.

Pietas.

Profectio in Indiam.

Zoroaſtres.

Hæ

Hæ artes multùm viguerunt in Oriente, India, Perſia, Hyrcania, Aſſyria, atque etiam Ægypto, Æthiopiaque: non ſolùm artes illæ nefariæ, quarum auctor eſt Dæmon, ſed etiam Magia illa naturalis, qua excelluerunt Babylonii, & Chaldæi. Magi teſte *Ariſtotele lib.* 1. *de Philoſophia*, antiquiores fuerunt Ægyptiis Sapientibus. *Magi.* duo principia ponebant bonum & malum Dæmonem. Bonus, qui ἀγαθοδαίμων dicitur, eſt Juppiter Græcis, Oromaſdes Perſis: κακοδαίμων vocatur Pluto vel Arimanius: quod etiam aſſerunt *Hermippus*, *Eudoxus*, & *Theopompus*, qui & revicturos homines crediderunt, ſecundùm opinionem Magorum.

Horum ſtudiorum cupiditate allectus Apollonius longam, difficilem, & periculoſam profectionem in Aſſyriam & Indiam ſuſcepit, diſſuadentibus illi fruſtra ſociis & amicis. Quem cum pertinaciter in ſua opinione hærere ſentirent, ab eo defecerunt. Nihilo tamen minùs Antiochiâ diſcedens, duobus tantùm famulis comitatus Ninam urbem petivit: ubi dum Iſin Deam contemplaretur, Damis Aſſyrius juvenis illum adiit, ejuſque Philoſophia allectus, & verborum comitate ductus, ſe illi in poſterum fidelem conſtantemque peregrinationum ſocium, & comitem præſtitit: & commodè quidem: nam Aſſyriorum urbes, linguamque Medorum, Perſarum, Armeniorum, Canduſiorum, aliorumque barbarorum exactiſſimè callebat. Videbaturq; ejus ſocietas ſingulari aliquo Deorum beneficio, & providentia contigiſſe: cùm ſine ejus auxilio difficilimum fuiſſet tam remotas adire regiones, locorum intervallis, linguarum, morumque diverſitate tantopere differentes. Cum hoc igitur Damide Meſopotamiam peragravit Apollonius, & Cteſiphontem adiit. Cumque à Satrapa quodam, qui limitibus regni cuſtodiendis erat præfectus, tranſitu prohiberetur, hominem primò objurgationibus perterruit, poſtea blandis verbis pellexit ut ad Bardanem regem Aſſyriorum introduceretur. Illi cùm pecuniam, veſtes, ac victum delicatiorem liberaliter offerret Satrapa, omnia recuſavit: panem tantùm, & olera agreſtia ſecum ad viaticum ſumens. In itinere leænam ingentis magnitudinis à venatoribus interfectam invenit, ex cujus contemplatione collegit profectionem in Indiam duraturam anno integro, & octo menſibus: idque Damidi prædixit: cum quo Babyloniam poſtquam perveniſſet, ad Magos divertit, & cum iis quotidie de rebus abſtruſis, & arcanis ſeriò conferebat meridie, & media nocte. Interim à rege Bardane familiariter exceptus eſt, & honorificè habitus: eumque cupidiſſimè attentum de Philoſophia Græcorum inſtruxit. Poſtquam aliquandiu cum illo moratus eſſet, atq; in Indiam proficiſci cuperet, Rex illi de omnibus neceſſariis, & viæ commoditatibus providere voluit. Sed Apollonius comiter gratias agens, omnia recuſavit, præter camelos aliquot, & itinerum duces, qui illum per incognitas, barbarasque regiones comitarentur.

Ninus urbs. *Damis.* *Bardanes rex.* *Prædictio ex leæna.* *Babylone cum Magis.* *Bardanis liberalitas.*

Profecti Babylone per Caucaſum montem facere iter coacti ſunt: ubi homines altos quatuor & quinque cubitorum ſubnigros invenerunt: illisque occurrit in via Lamiæ, ſive Empuſę ſpectrum, quod imprecationibus, & contumelioſis avertit verbis. Superato Caucaſo, trajectoque Cophino flumine, ad Niſam montem pervenerunt; ubi eſt Bacchi templum antiqua religione venerandum. tranſmiſſo poſtea Indo fluvio, ad regionem illam Indiæ venerunt, cui præerat Alexandri tempore Porus rex. Phraates tunc regnum moderabatur, Indos Principes potentia ac ac divitiis longè ſuperans. Is de adventu Apollonii certior factus, illum ad ſe accerſiri juſſit, ſibique hoſpitem ad triduum legit. Ejus regia nulla ſatellitum turma cuſtodiebatur, ut fit in cæterorum regum palatiis: Ejus aula nullo apparatu, nulla pompa ſpectabilis. Sed templum Solis, quod erat vicinum inſigni architecturâ ſtructum, precioſis marmoribus incruſtatum, pavimentum ex margaritis factum, donariis auguſtum. Hæc omnia poſtquam diligenter perluſtraſſet, ſummopere delectatus eſt Apollonius, his argumentis facilè conjectans Regem illum Philoſophia adprimè eſſe inſtructum & excultum.

Caucaſus mons. *Empuſa.* *Niſa mons.* *Phraates rex.* *Templum Solis.*

Poſtquam triduum elapſum eſſet, neque liceret peregrino diutiùs in eo loco

moram

trahere, acceptâ veniâ à Rege, ſuſceptum iter proſequi ſtatuit. Taxillis igitur urbe Regia Phraatis excedens, poſt biduum appulit in eum locum, ubi Porus rex olim cum Alexandro magno pugnaverat: ſuperatoque Idraote amne, & peragratis plurimis gentibus, venit ad Hypaſin fluvium, ubi invenit hanc inſcriptionem, marmori ab Alexandro inſculptam. PATRI HAMMONI, HERCULI FRÂTRI, MINERVÆ PALLADIÆ, JOVI OLYMPIO, ET CABIRIS SAMOTHRACIBUS, INDICO SOLI, APOLLINI DELPHICO SACRUM.

Urbs Sapientum.

Inde peractâ quatridui viâ, pervenerunt ad regionem amœnam, patentem, & omnis generis fructuum fertilem: in ea erat urbs Sapientum, & domicilium. Quò poſtquam adpropinquaſſent, ad eos Caduceator juvenis dextra anchoram tenens miſſus eſt, qui Apollonium nominatim Græcè ſalutavit nomine Sapientum.

Iarchas.

Eumque ſolum ſine comitibus venire juſſit in tumulum eminentiorem non longè diſſitum, in quo Sapientes habitabant octodecim numero. His præſidebat Iarchas canicie, gravitate vultûs, majeſtatem decoram præ ſe ferens. Eò cùm aſcendiſſet Apollonius, puteum animadvertit latitudine paſſuum quatuor, per cujus numen inviolabili ſacramento jurare ſolent Indi. Juxta puteum crater amplæ capacitatis igne plenus erectus erat: cujus flamma plumbei coloris ſine fumo non excedebat oras crateris. Utrinque duo attollebantur dolia, unum ventorum, aliud imbrium. Ex primo, quoties ſiccitas regioni ſterilitatem inducebat, dum aperiebatur, emanabant nebulæ, quæ aërem humectantes, pluvias movebant ad irrigandam tellurem. Clauſo verò dolio ſerenitas cœlo reſtituebatur. Quòd ſi lues aliqua, vel mala temperies aërem infectaſſet, ſi aliud dolium aperiretur, efflabant venti magno impetu, qui loca circumquaque replentes, omne noxium avertebant, & expurgabant: iidemq; flatus clauſo dolio continebantur, ne ſpirarent. Poſtquam in tumulũ aſcendiſſet Apollonius, perductus eſt ad Hiarcham ſedentem alto in ſolio ex ære confecto: & circa eum octodecim illi Sapientes, pari metallo factis ſubſelliis inſidentes. Hiarchas nominatim ſalutatum Apollonium manu apprehenſum ſibi aſſidere præcepit: illique verbis ordine explicuit itineris ſuſcepti cauſam, quibus eſſet parentibus ortus, quid in via geſſiſſet, quæcunque illi evenerant, non ſecus ac ſi illi ſemper itineris comes extitiſſet. Et inter cætera illi dixit ſe fuiſſe olim gubernatorem Ægyptiæ, & habitaſſe tugurìolum in Pharo. Poſtea renatum factum fuiſſe Apollonium. Dum hæc inter ſe colloquerentur, ac de metapſychoſi diſſererent, rumor magnus ante fores exauditus eſt. Advenerat enim Medorum rex gemmis auroque exornatus, & magna clientum aulicorumque turba ſtipatus. Is cum Iarcha de regni adminiſtratione multa contulit, Apolloniumque poſtquam cognoviſſet, rogavit ut ſecum diverteret, & uteretur commodiore victus ratione, quod Apollonius recuſavit. Poſt Medi regis diſceſſum plurima cum Sapientibus Brachmanis diſſeruit Apollonius: inprimis de mundi generatione, quem Sapientes aſſerebant conſtare ex elementis quinque, æthere, igne, aëre, aqua, & terra. Ex quatuor poſtremis generatas eſſe corruptibiles creaturas: ex æthere divina Numina, & Genios cœleſtes. Mundum eſſe animal tam marem quàm feminam: quod ſibi ipſi mixtum omnia gignat, & producat. Multa quoque miracula Sapientes ediderunt Apollonio præſente. ut de abacto Dæmone, qui adoleſcentem occupaverat: de ſanato claudo, luſco, & muliere abortiente. Ab Iarcha quoque multa edoctus eſt Apollonius de aſtrologia, de ſacrificiorum ritibus, de invocatione Dæmonum: & ab eodem ſeptem annulos recepit ſeptem ſtellarum notis inſignitos: quorum characteres admirandarum rerum effectus docebant. Conſtat enim teſte *Porphyrio lib. de reſponſis*, Dæmones cum Magis converſari, & illos docere quæ facienda ſint. *Non ſolùm*, inquit, *felicem converſationem, verùm etiam quibus rebus gaudeant, & quibus alligentur, Dii hominibus ſignificarunt. Adhæc quibus rebus cogantur, & quæ ſibi offerenda ſint, & quos dies vitare oporteat: figuras quoque ipſas ſimulachrorum, quales eſſe debeant, & in quibus locis ipſi verſentur: & omnino nihil eſt, quod ab ipſis Diis homines non didicerint.*

Puteus ſacramenti.

Crater ignis.

Dolia imbrium & ventorum.

Brachmanorum chorus.

Mundi generatio.

Brachmanarum miracula.

Dæmonum cum hominibus converſatio.

Prædictiones

Prædictiones dæmonum ad Aſtronomicam divinationem pertinere ſemper creditum eſt: ut teſtatur *Euſebius lib. 6. de præparatione Euangelica. cap. 1. Quæcunque*, ait, *Dii ceu fatis definita prædicunt, ea ipſos ſtellarum motu ita futura ſignificare: quod ipſe Apollo multis reſponſis docuit*, teſte Porphyrio lib. de Oraculis. *Qui inquit, Apollinem ideò ſæpè mentiri, quia exquiſita futurorum cognitio non modò hominibus, ſed multis etiam deorum incomprehenſibilis ſit. Unde interrogati mentiuntur nonnunquam, licèt non ſponte: quia ſolent præmonere ſe tunc vera reſpondere non poſſe. Sed pertinacitate importunorum hominum ſe cogi ut reſpondeant. Ideo Apollo dum cœli, & continentis affectio talis eſſet, ut verum prævidere nequiret, exclamavit per Vatem, Retine, retine vim iſtam, quam mihi facis, & potentia verba, quibus premor, ne ultra proferas. Si cogar & adigar, falſa eloquar. Et alio in reſponſo: Nihil hodie, inquit Apollo, ſtellarum via mihi dicendum præſtat: Et addit Porphyrius: Manifeſtum jam fecimus, unde falſitas ad Deorum oracula ſubrepat.* Hæc Porphyrii verba citantur ab *Euſebio. lib. de præp. Euang. 6. cap. 4.*

Dæmones ex aſtris divinant.

Apollo ſuã fatetur ignorantiam.

De his dæmonibus *Cyprianus lib. de Idolorum vanitate* ita ſcribit: *Nequiſſimi Spiritus, ſub ſtatuis & imaginibus conſecratis deliteſcunt. Hi afflatu ſuo vatum pectora inſpirant, extorum fibras animant, avium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt, falſa veris ſemper involvunt: nam falluntur & fallũt, vitã turbant, ſomnos inquietant, irrepunt in corpora, mentes terrent, membra diſtorquent, valetudinem frangunt, morbos laceſſunt, ut ad cultum ſui cogant, & nidore altariũm rogiſq; pecorũ ſaginati, remiſſis quæ conſtrinxerant, curaſſe videantur. Hæc eſt de illis medela, cùm illorum ceſſat injuria. Nec aliud illis ſtudium eſt, quàm à Deo homines avocare, & ad ſuperſtitionem ſui ab intellectu veræ religionis avertere. Cùm ſint ipſi pœnales, quærunt ſibi ad pœnam comites, quos ad crimen ſuũ fecerint errore participes. Hi tamen adjurati per Deum unum à nobis, ſtatim cedunt, & fatẽtur, & de obſeſſis corporibus exire coguntur. videas illos noſtra voce, & operatione quaſi flagris cædi, igne torreri, ejulare, gemere, deprecari, unde veniant, aut quando diſcedant, ipſis etiam qui ſe colant audientibus confiteri. Et velexiliunt ſtatim, vel evaneſcunt gradatim: pro ut fides patientis adjuvat, aut gratia curantis adſpirat.*

Dæmonum efficacia.

His & ſimilibus Brachmanas illos Sapientes addictos fuiſſe non dubium eſt; poſtquã corrupta eſt purior illa doctrina, quã eorũ doctores primi acceperãt à Majoribus, nempe à filiis Abrahæ, quos ſuſceperat ex concubinis, & multis muneribus ditatos ad quærẽdas ſedes in Orientẽ dimiſerat: Et hi fuerunt Brachmanæ: ex quorũ numero tres illi Magi ad adorandũ Chriſtũ recẽter natũ venerũt Hieroſolymas.

Brachmanæ Chriſtũ adorarunt.

Ii igitur cum Apollonio de multis contulerunt, tam Magicis arcanis, & ſacrificiis, quàm de quadam Menticoſa belua, quæ capite erat humano, reliquo corpore Leonino. de aqua auri, de lapide, qui magnetem imitatur, vocaturq; Pantaurea, de Pigmæis: de Sciopodibus: de gryffis aurum effodientibus, de Phœnice, de Mantia, de Medicina, Phyſica, mathematica, aliisque Naturæ arcanis.

Poſtquam per quadrimeſtre integrum cum Sapientibus illis Indiæ familiariter converſatus eſſet, & ab iis in omni Sapientia, & doctrina, de occultis Magiæ & Naturæ ſecretis fuiſſet inſtitutus, veniã abeundi ab invitis licèt impetravit. itinereque ſuſcepto inter Gangẽ & Hipaſin, occurrentibus Strutionibus crebris, Leonibus, Pantheris, tigribus, ſimiis, & aliis feris, longis terrarũ circuitibus emenſis, tandẽ pervenit ad mare rubrũ. Unde ad Bardanem regem Aſſyriorũ Babylone degentem reverſus eſt: quo ſalutato in Phœniciam, & Cyprum, demũ in Joniam patriam ſuã rediit, exceptus ſummo applauſu à ſuis popularibus, maximè ab Epheſiis. Ad eũ vicinæ omnes civitates certatim Legatos miſerunt, qui illi felicem reditum gratularentur, illumque vitæ ſuæ conſiliarium poſcerent.

Apollonius redit ad Bardanem.

Dum Epheſi eſſet, urbis miſertus ſuſpiravit, prædixitq; brevi tempore peſtem civium bonam partem abſumpturam: cumq; jam lues graſſaretur, rogatu amicorũ

Peſtis Epheſi ſedata.

illam avertit, hoc modo. *Epheſiis amicis oſtendit ſenem quendam mendicum ſordidum, & veſtibus pannoſis amictum, vultuq́ horrido: hunc inquit, lapidibus obruite: idq́ ſtatim factum eſt, peſtiſq́ contagium ſedatum. Paulò autem poſt detracta lapidum congerie caninũ corpus inventum eſt: quod Apollonius Dæmonem eſſe affirmabat, procuratorem ejus luis: factiſq́ ſacrificiis Epheſios expiavit, & ſummo Numini reconciliavit.* Smyrnæ, Mileto, Chio, & Samo maximas calamitates imminere prædixit. Pergamũ poſtea contendit, inde in Græciam, luſtrato tamẽ Achillis ſepulchro, quod in Sigæo poſitũ erat. Methymnã navigio adiit, & ad tumulos Palamedis ſacra fecit. Unde in Lesbũ, demum Athenas vẽnit. Ubi cùm à Philoſophis humaniter exceptus eſſet, ſummoq́; honore ab omni civitate affectus, ab Hierophanta Sacerdote, qui Epidauria ſacra celebrabat, tanquã incantator, & Dæmoniacus prohibitus eſt ſacris initiari: hac repulſa non eſt graviùs offenſus: tantũ Sacerdoti poſt quadriennium mortẽ prædixit, cui ſuccederet alter, à quo admitteretur ultrò ut initiaretur. Poſtquam autẽ de mundo, de aſtris, myſteriisq́; ſacrorũ cum Athenienſibus longis ſermonibus diſſeruiſſet, Dæmonẽ ab adoleſcẽte molli & effeminato ejecit. Athenienſesq́; Bacchanalia menſe decembri inordinatè celebrantes ſeverè reprehendit, & gladiatorũ ſpectacula inhumaniter ſeſe mutuis vulneribus conficientiũ ſuſtulit. Tandẽ urbe excedens venit in Theſſaliã, peragratisq́; totius Græciæ templis, & oraculis, Dodonæi Jovis fanum, & Pythicũ, & Amphiarai, & Trophonii, Muſarũq́; in Helicone oracula inviſit. Per Legatos ab Elienſibus ad Olympicos ludos invitatus eſt. Corinthi ſectatorẽ habuit Demetriũ Cynicũ Philoſophũ. Eo tempore Menippus quidã adoleſcens forma ſingulari à Lamia ſive Empuſa Phantaſmate amatus eſt. Solent enim Stryges iſtæ, ſeu Gemii mali amore formoſorũ æſtuare, & cũ iis impudico coitu copulari, & coinquinari, ut poſtea turpibus pollutionibus fœdatos illos pelliciant, & devorent. Lamiæ hoc ſpectrũ formã puellæ venuſtiſſimæ aſſumens adoleſcentẽ in ædes ſumptuoſas, & ſupellectile precioſiſſima ornatas convivio exceperat, omnibus eduliis delicatiſſimis inſtructo. Eiq́; jam nubere cùm vellet, adveniens Apollonius, Dæmonis agnovit technas, adoleſcentisq́; miſertus exorciſmo phantaſma repulit, & omnẽ illũ apparatũ oculos ſpectantium fallentem in nihilum redegit: hocq́; modo miſerum juvenẽ ab imminenti periculo liberavit. Cumq́; veniſſet ad Olympia, Lacedæmonios molles contra Majorũ conſuetudinẽ, qui fortes & magnanimi fuerant, acriter reprehẽdit.

Apollonius ab Hierophanta repulſus Athenis.

Lamiæ ſpectrum Menippo nubere vult.

Ineunte veris tempore ad Maleã navigans ſomnio monitus in Cretã trajecit: ubi Idã montẽ, Levineumq́; templũ Æſculapio dicatũ adiit. Ex Creta navigio vectus in Italiã transfretavit, & Romã venit. Cumq́; ad Ariciam adpuliſſet, illic Philolaũ Cynthiæũ invenit, qui Româ fugerat propter Neronis tyrãnidẽ: à quo monitus eſt, ne Romanis mœnib. fideret: Neronẽ infeſtiſſimũ Philoſophis, multa inhumaniter, & crudeliter in omnes homines quotidiè patrare. Nihilo tamẽ minùs iter ſuſceptũ proſecutus eſt cũ Damide illo Aſſyrio, Dioſcoride Ægyptio, & Menippo paulò antè à Lamia liberato. Cumq́; urbẽ eſſet ingreſſus, à Teleſino Conſule accerſitus, multa cum eo de religione, & ritibus ſacrorum diſſeruit. Dumque tonitru poſt Solis Eclipſin auditum eſſet, conſulem monuit magnum aliquod facinus brevi futurum. Nerone enim epulante, & pateram ori admovente fulgur vibratum deſuper pateram ex ejus dextra excuſſit, cui Apollonius exitium portendere prædixit. Puellam nuptiarum die mortuam, invocatione Numinis ad vitam revocavit: Cum Muſonio Philoſopho compedibus in carcere detento per literas communicavit. Româ tandem excedens, in Hiſpaniã profectus, Gades, & Herculeas columnas Calpen & Abylam inviſit: ubi cum Præfecto Bæticæ contulit per triduum integrum de conſpiratione Vindicis contra Neronem. In Africam tandem trajiciens, demum in Siciliam appulit, ubi Neronẽ profligatum, & Vindicem mortuũ audivit. Dumq́; Syracuſis moraretur, natus eſt illic puer triceps. Quo oſtento Apollonius Syracuſanis prædixit Romæ brevi tres Imperatores Imperium occupaturos: quorum potentia ſtatim corrueret de Galba, Othone, & Vitellio intelligebat: qui omnes unius anni ſpatio interiẽrunt. At Apollonius Syracuſis ſolvens ad Leucadem tranſiit, ubi

Apollonius Romam venit.

Prædictio de morte Neronis.

Puella ad vitam reducta.

Puer triceps

vbi navim mutavit, prædicens eam qua vectus erat, paulò post naufragio periturã. Ea namque ad Chrysæum sinum postera die submersa est. Sed Apollonius ad Lecheum Corinthi portũ alia navi salvus venit. Inde Athenas profectus est, ubi sacris est initiatus, mortuo illo Hierophanta, qui illum prius sacrificio repulerat, & alio in defuncti locum substituto. Athenis Rhodum petivit, ex qua in Ægyptum se contulit. Alexandriæ summo omnium applausu exceptus est: dúmque aliquot sontes ad supplicium traherentur, unum ex his, qui tormentorum metu flagitium non à se admissum confessus erat, innocentem pronunciavit. Superstitionem sacrorum nimiam in Ægypto reprehẽdit, & correxit. Dum illic moraretur, docerétque, media populi turba Leo mansuetus ad ejus pedes tanquã supplex se demisit. Tunc Apollonius *Hic*, inquit, *leo me rogat, ut vos doceã illum animã hominis habere. Fuit enim olim Amasis rex, cujus tumulus est una majorum Pyramidum, quique sincerè ac justè vixit, legémque tulit, ut quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstrarétque unde viveret, & quo quæstu sustentaretur, Sed illum censeo Leontopolim mittendũ, & in templo alendũ: Regem in regiam beluam conversum, mendicare tanquam egenum indignum est. Vix ea locutus fuerat, cum leo in lacrymas profusas versus, lamentabilem edidit rugitum, tanquam adprobans quod Apollonius dixisset.*

Apollonius in Ægyptũ.

Leo supplex Apollonio.

Ad illum Vespasianus, Dionis & Eufratis Philosophorum suasu, convenit, & ab eo multa ex colloquiis mutuis didicit, cui prædixit incendium Capitolii, & ejusdem restaurationem. Cumque Principes Apollonio multum tribuerent, invidia duorum istorum Philosophorum illi conflata est, qui ejus auctoritatem, & gloriam æquo animo ferre non poterant.

Ex Ægypto profectus est ad Memnonis regionem duce quodam Timasione, qui novercæ insidias fugiens in Ægyptum secesserat. Perlustrato igitur Memnonis templo camelis vectus ad Gymnosophistas in Æthiopiam penetravit. In via illi occurrit vir quidam Memphites, qui Filiscum à Thamo Ægyptio genus trahentem occiderat, & ideò patriâ extorris vagabatur, donec ab Apollonio expiatus domum esset remissus. Euphrates interim Philosophus mala invidia cruciatus, Thrasybulum Naucratiadem in Æthiopiam celeri cursu transmisit ad Gymnosophistas, qui illis Apollonium venturum nunciaret impostorem, & ambitiosum hominem: qui eorum dogma reprehensurus esset, & eorum Sapientiam ludibrio habiturus. Quare ab eo alienati, cum eò veniisset, colloquia simul conferre recusarunt. Erat inter Gymnosophistas Nilus quidã vir gravis, & prudens, cujus consilio atq; hortatu reliqui Sapientes Apollonium admiserunt. Venit igitur in eminentiorem collem, ubi Thespion Gymnosophistarum natu senior præsidebat, sedens sub ulmo arbore, quæ voce tenui & articulata salutavit Apollonium proprio nomine. Tum communicatis inter se per aliquot dies collocutionibus, Euphratis calumnias qua potuit dexteritate diluit. Multa interim disputantes utrinq; de rerum natura, de sacris, & Magia, Nilus in Apollonii sententiam desivit, relictóque Gymnosophistarum collegio illum postea secutus est. Erat enim Apollonius dicendi peritissimus, blandus, & comis in sermone, & compositus ad persuadendum, simulque omni scientia instructissimus, & inexplebili discendi cupiditate præditus, ut non immeritò dictus sit *bibisse ex Tantali phiala* apud Brachmanas Indiæ sapientes: in quorum collegio statua Tantali erecta erat cubitorum quatuor alta, annum præ se ferens quinquagesimum, ornata more Argolico, chlamide demissa, sicut Thessali: eaque est tanquam propinanti phialam similis, quæ usque ad oram plena sitienti potum abundè sufficit. Ex ea humor incorruptibilis potionis perennis distillat, quæ tamen phialæ mensuram nunquam excedit. Tantalum dicendi facultate eximia claruisse fama est, quam quia hominibus communicasset, nectar cœleste mortalibus propinasse dictus est: & ideò perpetua siti damnatum â Jove illum scripserunt Poëtæ apud Inferos detineri.

Apollonius ad Gymnosophistas.

Thespion.

Arbor Vocalis.

Tantali phiala.

Cur Tantalus siti cruciatus dicitur.

Postquã igitur Apollonius apud Gymnosophistas Æthiopas aliquãdiu mora-

tus fuisset, dictâ acceptaque salute, ab iis amicè dimissus ad Catadupas cum sociis venit, ubi sunt Nili fluminis cataractæ: transiensque per quendam Æthiopiæ vicum Satyrum mulieribus infestum vini potu sopitum vinxit, & ne in posterum vim inferret illi regioni, cavit.

Satyrus mulieribus infestus.

Eo tempore captæ sunt à Tito Vespasiano Hierosolymæ: cujus victoriæ causa coronari recusavit: Et hâc modestiam Principis epistolâ laudavit Apollonius. Titus autem illum rogavit, ut Argis illum conveniret, ubi illum amantissimè complexus est. Hunc cum de fato suæ vitæ interrogaret, respondit, fatum Ulyssis illi impendere: qui à Filio Telegono spina Trigonis piscis occisus est. Et Titus à fratre Domitiano ad Epulas vocatus, leporis marini pulpâ oblatâ, quæ mortifera est, vitam finivit. Postquam igitur Titum Argis salutasset, illumque Demetrio Philosopho commendasset, in Asiam trajecit: Antiochenosque civilibus simultatibus divisos, orto repentè terræmotu ad concordiam reduxit, & Diis pro salute omnium sacra fecit.

Mors Titi prædicta.

Cumque consuleretur à quodam, qua ratione thesaurum, quo ditesceret, invenire posset: is duobus drachmarum millibus emit agellum in suburbano, quem consultanti dono dedit, monuitque, ut diligenter eum coleret. At is inter fodiendum amphoram invenit tribus millibus Daricorum aureorum plenam. His opibus locupletatus Apollonio tanquam Deo alicui venerabundus gratias egit, illumque omnibus honoribus prosequutus est. Vir quidam Gnidius simulachrum Veneris impotenti deperibat amore. Is Apollonium consulens, quo pacto Deâ potiri posset, seria reprehensione hominem à furore divertit: ostendens Deos omnem impuritatem aversari, & gravissimis pœnis ulcisci homines, qui eos libidinibus indulgere, & iis favere arbitrarentur.

Thesaurus inventus.

Hellespontiacas urbes à terræmotuum concussione sacris institutis liberavit. Apud Tharsum juvenem à cane rabioso morsum cane accito sanavit. Multaque alia edidit miracula, quæ illi incredibilem auctoritatem, & opinionem divinitatis apud omnes populos conciliaverunt.

Eo tempore Domitianus Vespasiani filius Imperium solus tenebat: multaque segniter, multa stolidè, & crudeliter gerebat; odiumq; populorũ sibi concitabat. In ejus tyrannidem cùm Apollonius quædam liberiùs dixisset, Euphratis accusatione motus Princeps, illum ad se venire jussit. Apollonius nulla mora interposita cum Damide socio iter ingressus est per Achajam, Corinthum, Siciliam in Italiam usque. Dicæarchiæ invenit Demetrium Philosophum Româ exulem, cum eo quædam de Philosophia, & contemptu mortis disseruit, quam illi Demetrius imminere prædicebat, si Romam veniret. Domitiano ille infenso, quòd Nervæ partes sequeretur, quem Imperium affectare fama ferebat. Spretis tamen Demetrii monitionibus Romam ingressus est cum Damide; quem jussit comam scindere, & habitum Pythagoricum commutare, ne illi amictus sectæ obesset. Apollonium olim in Ægypto cognitum amabat Ælianus, tunc judex criminalium causarum sub Domitiano. Ille qua poterat ratione innocentiam Apollonii apud Imperatorem defendebat & tutabatur, leniebatque illius iram, & diluebat criminationes Euphratis, qui illum acerrimo prosequebatur odio. Accusabatur enim Apollonius, quod habitu diverso ab aliis, & ratione vivendi se separaret. Quòd Ephesi de peste responsa dedisset: quòd se Deum æstimari pateretur: quòd eventus rerum prædiceret: quòd multa in Imperatorem palàm, & secretò fuisset locutus: quódque puerum Arcadem immolasset in sacro Magico: quòd cum Nerva conspirasset in Domitianum: quódq; incantator, impostor, præstigiator, & Dæmonum evocator coargueretur. Ad hæc crimina respondere jussus est: porrectis Tigillini tabellis, in quibus accusatio continebatur, effecit, ut nulla parte scriptum appareret. Sed ab Æliano judice, qui ejus amicitiam dissimulabat, ut illum à periculo facilius posset eximere, ad hæc crimina, quæ illi imputabantur respondere jussus est. Dúmque carcere clausus, & compedibus vinctus detineretur, multa ad captivos locutus est, ad consolationem,

Apollonius apud Domitianum accusatus.

Crimina objecta Apollonio.

Apollonius in compedibus.

&

& mortis contemptum. Jussus tandem per Scriptorem epistolarum, & regiarum causarum ad Imperatorem perductus est: Princeps in eum conjiciens oculos, & ad ejus conspectum horrens, exclamavit. Quid, ô Æliane, Dæmonium hoc ad me adduxisti? Cui Apollonius: Age, inquit, ô Rex: putabam Palladem, cui paulò antè sacrificasti, te expurgasse: Sed postquam ad objecta crimina respondisset, ostendissetque se Dei cultorem esse, Magiam malam non sectari, incantationes & præstigias aversari, se in templis assiduum precibus vacare, Deósque magos non admittere: sacra impia nunquam feciisse: se favere Nervæ sicut cæteris bonis: se innocentia vitę fretum Romam venisse: postquam omnes criminationes à se rejecisset, iterùm in carcerem retrusus est. Ad quem Damis cum venisset, de ejus vita multùm solicitus, Apollonius, frustra te angit, ait, mea calamitas: scio Deum mei curam gerere: tum moto crure compedes excussit, ac rursùm recepit: ut ostenderet se voluntariè Romam venisse, & non invitum vinculis detineri, à quibus, dum volet, se poterat eximere. Sed hinc te effer ociùs, inquit, & subito cursu Dicæarchiam pete: meque illic cum Demetrio statim tibi adfuturum expecta. Paruit Damis, & Româ excedens Dicæarchiam contendit. Sed aliquanto post rursum à Domitiano accersitus crimina objecta diluit, suasuque Ælianiliberatus, & innocens ab Imperatore pronuntiatus est. Jussus tamen est aliquamdiu in Palatio morari, ut cum Principe de quibusdam rebus scitu necessariis colloqueretur. Sed dum in Prætorio esset, multa hominum caterva stipatus, qui in eum intentos fixerant oculos, ex omnium adstantium aspectu sublatus disparuit: paulóque post Damidi & Demetrio sedentibus in templo Nympharum ad mare prope Dicæarchiam, & de periculo, in quo Romæ detinebatur, colloquentibus cum lacrymis, subitò non expectatus adfuit. Ad ejus subitum conspectum uterque stupuit, quod tam paucis horis Româ eò venisset. Constabat enim illum bonam diei illius partem Romæ in Prætorio, cum judicibus causam dicendo, consumpsisse: & post absolutionem cum iisdem fuisse conversatum: brevíque momento ad longè remotum locum fuisse translatum. At postquam Demetrium salutasset, illique suæ historiæ seriem ordine retexuisset, illi valedixit: & cum suo Damide in Siciliam navigavit, ac sub autumni principio transiit Peloponnesum. Dumque ad Olympia divertisset, crebra hominum multitudo ad eum visendum confluxit ex Elide, Sparta, Corintho, & ab Isthmi montibus: præcipuè Athenis multi ad eum se contulerunt, ardenti illius videndi cupiditate ducti: neque multum abfuit, quin per totam Græciam pro Deo haberetur.

Apollonius è prætorio sublatus disparuit.

Apollonius in Olympiis.

In Arcadiam aliquot diebus interjectis secessit; in angustiis Lebadiis Trophonii antrũ ingressus est, & cum Deo collocutus est, à quo plurima arcana didicit: Colloquia verò, quæ cum loci Genio habuit, libro integro complexus est: quem post ejus mortem amici cum aliquot ejus Epistolis ad Adrianum Imperatorem attulerunt. Librum hunc cum reliquis Apollonii scriptis Imperator Antii in bibliotheca Regia servari jussit. Fuit enim astronomus insignis: at inter cætera ejus opera, numeratur liber nobilis de conicis figuris: Quem *Raphael Maffeus Volaterranus lib.* 13. *cap.* 3. *Anthrop.* scribit adhuc servari Romæ in Bibliotheca Vaticana. *Philostratus* quoque testatur illum scripsisse libros quatuor de Astrologica divinatione.

Apollonius cum Trophonio.

Opera Apollonii.

Cùm Apollonius Bizantium Româ discedens venisset, rogatus est à civibus, ut ferocitatem equorum tumultuantium in principum convẽtu sedaret, quos nemo compescere poterat. Tum ille verbis quibusdam obmurmuratis, equorum intemperiem ita coercuit, ut nunquam mitiores apparuissent. hoc scribit *Cedrenus*.

Equorum furor sedatus.

Constantinopoli quoque Stichioses aliquot posuit & consecravit rogatu Civium, quæ adhuc in hodiernum diem perdurant ad averruncandos morbos, & noxiorum animalium infestationem: vna enim fuit statua erecta contra luem, quæ sæpè in ea Urbe grassabatur. Quam cum Mahometes Amurathis filius occupatâ Constantinopoli 29. Maji anno salutis 1453. evertisset, tam sæva pestis urbem eo anno invasit, ut multa hominum millia eâ consumpta sint. Columna quoque hodie erecta

Stichioses Constantinopoli posito

ejuſdem urbis Hippodromo, quod Atminda vocatur, cui impoſiti ſerpentes tripli-
ces ex ære conflati, & inter ſe nodis cohærẽtes. Hanc columnam Mahometes Tur-
carum Rex deturbare voluit: Puſdiganóque (clavam ferream hoc nomine appel-
Serpentum incurſio. lant Turcæ) unius ſerpentis os attrivit. Tunc ſubitò ingens ſerpentum numerus per
urbem obrepere viſus eſt, magno omnium terrore, & metu. Tum quidam ex ſenio-
ribus Principem monuerunt, ut à reliquorum Serpentum æneorum, qui in colu-
mna erecti erant, cõfractione abſtineret, ne urbs incurſione colubrorum infeſtare-
tur. Hoc motus conſilio Princeps nihil ulterius molitus eſt, conſecratione non pe-
nitus violata. Ita Serpentes innoxii paulatim ex urbe proruperunt, & evanuerunt
ſine damno civium. Quidam hanc Stichioſim non Apollonio tribuunt, ſed eo anti-
quiorem eſſe aſſeverant: dicuntque Conſtantinum magnum Bizantii reſtaurato-
rem everſis Delphis tripodem Apolloni ſacrum adportatum Conſtantinopolim, &
ab Imperatore capitibus horum Serpentum fuiſſe impoſitum.

Culices & ſcorpiones ſedati. Antiochenſes à culicibus & ſcorpionibus peſſimè infeſtabantur. Ad eos cum ve-
niſſet Apollonius, calamitatem eorum miſeratus, æneum ſcorpium conflavit, &
terræ defodi juſſit; columnulámque illi impoſuit conſecratam. Præcepitque Anti-
ochenſem populum calamos geſtare, & urbem circumire movendo calamos, & ex-
clamando, *Vacet urbs culicibus vacet urbs ſcorpiis:* quo facto ſubitò evanuerunt ſcor-
piique, culicésque.

Crocodili innoxii redditi conſecratione. In Aegypto ad Nilum erecta fuit Stichioſis ab eodem Apollonio, quâ Crocodi-
lorum delabentium ex Aethiopia ſęvitia & impetus prohibebatur: & ſi qui irrepſiſ-
ſent ſecundi fluminis inundatione propulſi, innoxii tamen reddebantur. Hanc *Sely-
mus* debellatis Sulthanis Campſone & Tomombæo, occupatáque Ægypto tolle-
re voluit, ſed Sapientum conſilio monitus, intactam reliquit.

*Plumbea Crocodili ſtatua ſa-
cra.* *Cardanus lib. 8. ſubtilitatum* ſcribit Crocodilos noxios eſſe ſupra Memphin, quæ
Cairus hodie vocatur, infra verò eſſe mitiores. Cauſam adducit hanc. Ante annos
ſeptingentos Mahometi cultores Ægyptum occuparunt: & in everſione templi
cujusdam invenerunt Crocodili ſtatuam plumbeam, loco ſacro arcanóq; abſcon-
ditam, quam poſtquam eruiſſent, & confregiſſent, Crocodili, qui in Nilo erant, &
reliquis Ægypti paludibus, noxii & infeſti cœperunt eſſe hominibus. Neque du-
bium eſt hanc conſecrationem ab Apollonio factam fuiſſe, ſicuti & aliæ fuerunt.

Prædictio de everſione Antiochiæ. *Cedrenus in hiſtoriæ compendio* ſcribit Antiochenos aſſiduis terræmotibus fuiſſe af-
flictos: & Apollonium rogaſſe ut tot tantáque mala ab eorum finibus averteret.
Sed ille ingemiſcens in tabulis hæc verba ſcripſit: *Væ tibi urbs miſera, quoniam terra-
motibus multis, incendiisque proſterneris: téque Orontes ad ripas ſuas deflebit.*

Corona circa ſolem. Dum Apollonius in Græcia eſſet, viſa eſt circa ſolem corona in cœlo Iridi ſimilis
quæ radiorum ſolis ſplendorem non mediocriter offuſcabat: accerſitus in Bœo-
tiam à præfecto Græciæ, interrogatúsq; quid eventurum putaret, ille reſpondit, ſe-
quenti nocte lumen aliquod magnum proditurum. Demum in Joniam profectus,
aliquandiu Smyrnæ & Epheſi philoſophatus eſt. Et in omnibus Joniæ civitatibus
communi omnium applauſu, & lætitia excipiebatur. Multúmque honoris iis urbi-
bus conferri putabant omnes, ad quas ipſe divertere dignabatur. Dum Epheſi eſ-
ſet, & in Xyſti lueo meridie diſputaret Apollonius, ſubito quaſi, & repẽtino pavore
Mors Domitiani viſa Epheſi. perculſus vocem demiſit: deinde concisè magis, quàm conſueverat verba proferre
cœpit, poſtea tanquam oblitus quæ diceret, obticuit. Paulóque progreſſus, excla-
mavit: *percute tyrannum, percute. Dion in vita Domitiani* de hac re ita ſcribit: *Apollonius
aſcendens in lapidem elatiorem, convocánsque populum exclamavit* καλῶς Στέφανε, εὖγε Στέ-
φανε, πῆξε τ μιαίφονον: ἐπλῆξας, ἔπεσας, ἀπέκτεινας. *Benè Stephane, euge Stephane: percute ho-
micidam & Tyrannum. Tu percuſſiſti, vulneraſti, occidiſti.* Ad ejus verba cum ſtuperent
Epheſii: confidite, inquit, Tyrannus occiſus eſt hoc momẽto, quo me conticentem
vidiſtis. Illum dum inſanire putarent omnes: non mirum, ait, ſi mihi non adhibetis
fidem, cum ii, qui Romæ ſunt; ubi res geſta eſt, non omnes norunt, ſed jam noſſe in-
cipiunt

cipiunt, concurruntque undique cives, & morte tyranni gaudium publicum in Urbe videtur. Domitianus enim eodem momento à quodam Stephano trucidatus erat: & hæc fuit causa: Domitianus Clementem virum Consularem, cui Sororem desponderat, interfecit, palamque minatus erat suæ Sorori mortem post tertium diem. *Eusebius lib. 3. cap. 13. tradit*, Flaviam Domicillam Domitiani Imperatoris sororem desponsatam fuisse Flavio Clementi viro Consulari, quem ille trucidari jussit, sororemque propter religionem Christianam in insulam fuisse relegatam, cui mortem parabat. Stephanus mulieris Libertus, ut periculum à Patrona averteret, civitatemque ab immani tyrannide liberaret, obligata fasciis dextera brevi gladio, quē sinistra occultabat, Imperatorem è foro redeuntem sub specie colloquii incautum invasit, ejusque femur gravi vulnere sauciavit, quo subitò mortuus est. Et id erat, quod corona circa solem fusa significabat: Στέφανος enim Græcis corona dicitur. *Causa necis Domitiani.*

Triginta post Domitiani mortem diebus *Coccejus Nerva* omnium consensu Imperator dictus est. Is per epistolam ad se accersivit Apollonium, ut illum assessorem haberet, & consiliarium. Cui ipse respondit: *Nos quidem, ô Rex, & quidem diu simul erimus, ubi neq; nos aliis, neq; alii nobis imperabunt.* His verbis subobscurè prædicens se & Nervam brevi moriturum. Post annum enim unum, & menses quatuor Nerva vivere desiit: ad illum tamen epistolam misit per Damidem, qua continebantur omnia quæ in Imperio gerenda putabat, ab eo qui se Imperio dignum præstaret. Data opera Damidem longè ablegavit, ne suæ mortis illum haberet testem. Cōsueverat hanc sententiam in ore semper habere: *Late dum vixeris, sin minùs id potes, late cùm è vita sis discessurus.* Neque solùm Apollonius Domitiani mortem prævidit, diem, horam, & momentum longè absens indicavit. Ejus quoque tempore vixit Ascletarion Mathematicus insignis. Is Imperatori fatum cruentū imminere dixit quibusdam amicis. Res ad Domitianum delata, vatem ad se accersi, & adduci jussit: qui cùm prædictionem non inficiaretur, ira accensus Imperator, fare, inquit, quis te manet exitus? Tum ille, interficiar brevi, & à canibus devorabor. Tyrannus ut scientiæ prædictionis fidem irritam redderet, Ascletarionem necari præcepit, ejusque corpus cremari, & in cineres redactum sepeliri. Sed cùm in rogum esset conjectum cadaver, subitò imbre violenter exorto bustuarii se receperunt, relicto corpore semiusta[illegible]o, in quod canes irruentes discerptum, & lacerum vorarunt. *Sab. lib. 4. Ennead. 7.* *Mors Nervæ prædicta.* *Ascletarionis mors.*

Absente Damide mortuus est Apollonius annum agens octuagesimum. De loco ubi decessit ambigunt auctores. Et ipse *Philostratus* Juliæ Augustæ Septimii Severi uxoris ab Epistolis, qui Apollonii vitam scripsit, quadraginta circiter annos post ejus obitum, non definit locum ubi mortuus sit. *Quidam*, inquit, *asserunt illum Ephesi vita migrasse anno centesimo, corpore adhuc valido, rectoq; & ad omnes vitæ actiones idoneo. Alij referunt (cùm in Lyndo Rhodi urbe esset, ingressus templum Palladis.) subitò ex hominum aspectu sublatum disparuisse. Quidam illum in Cretam navigasse dicunt: cumq; intempestis horis Dictææ Matris templum donariis opulentum, ad preces faciendas Deo, media nocte ut solitus erat ingrederetur, templiq; fores aheneæ ultrò patentes illi introitum liberum præbebant, canesq; qui ad Sacrarii custodiam alebantur feri, & robusti, ad illius adventum sine latratu illi blandiebantur. Id æditui animadvertentes hominem tanquam Magicis artibus utentem ad Antistitem pertraxerunt, cujus jussu in carcerem detrusus, inter arctissimos compedes servatus est. Sed ille cùm hora precandi postera die venisset, excussis compedibus, & aperto carcere, ad templum venit, sponteq; patentibus foribus introiit locum sacrum, tacentibus, & quietis canibus, custodibusq; ædituis spectantibus. & attonitis: Illo ingresso portæ firmiter clausæ aliis aditum prohibuerunt: qui ad ostii commissuras applicantes aures, audiverunt & viderunt medio lumine cantum tanquam virginū suaviter modulantium: Tum vox emissa est:* Veni dē terra, veni: ascende in cœlum, sicuti desuper in terram venisti. *Hæc postquam pronunciata essent, patuere subitò fores, & Apollonius repentè ex oculis spectantiū abreptus disparuit. Magnus Antistitem metus invasit quod Deis charum Prophetam durius tractasset. habituq; est ab* *Mors Apollonii.*

est ab omnibus tanquam ad Deos relatus, & divinitatis particeps factus. Illiq; sacra instituta, & honores divini decreti: potissimùm à Tyanæis suis popularibus, qui illum in posterum pro Deo patrio venerati sunt, existimantes ejus beneficio summum Numen cæleste bona multa conferre mortalibus intercessione Indigetis Prophetæ.

Apollonius post mortem apparuit Philosopho juveni.

Paulò post ejus obitum apparuisse fertur cuidam juveni Philosophiæ studioso; cui hoc oraculum reddidit: *Immortalis est anima, nec humana res est, sed à Divina providentia profecta. Ipsa igitur post corruptum corpus, tanquam velox equus vinclis solutus facile huc & illuc discurrens, miscetur leni aëri, gravem & molestam servitutem exutà.*

Nullum illi Tyanæi sepulchrum constituerunt, cùm ejus corpus nusquam postea visum, aut inventum sit, sed statuis sacrisque ceremoniis venerati sunt.

Apollonius visus ab Aureliano.

Aliquot annis interjectis *Aurelianus Imperator* Asianas civitates luxu, & libidine Galieni rebelles, armis subjugavit: & inter cæteras Tyanam obsessam vi cepit, quam evertere funditùs constituerat, propterea quod cives bellicosi, & fortes multum negotii Romanis obsidentibus facessèrant. Sed cùm princeps lectulo decumbens quiesceret, adstitit illi Apollonius forma horrida, & austera, eumque dextra apprehensum excitavit, & dixit: *Aureliane, si cupis vincere, nihil est quod de civium meorum nece cogites. Aureliane, si vis imperare, à cruore innocentium abstinere te necesse est. Aureliane, clementer te geras oportet, si velis vicisse. Cælius lib. 17. cap. 13.*

Caracalla & Heliogabalus Apollonii coluerunt.

Antoninus Caracalla Severi filius Rom. Imp. Apollonium religiosè coluit: cui mortuo Heroum templum statuit, ubi oracula ab ejus umbra sciscitaretur. Et *Heliogabalus* eidem Cenotaphium splendidissimum erexit, ut testatur *Dion*: nam uterq; Imperator Magiæ ad insaniam usque studiosus fuit. Constat enim Heliogabalum Magicis artibus evocasse animas Commodi & Severi, ut ab iis futura disceret.

Apollonius tot & tanta, dum vixit, edidit miracula, ut pro divino Propheta ab omnibus Principibus & populis tanquam Genius coelestis in humanum corpus infusus creditus sit. Diabolo hanc opinionem in animis mortalium inferente, & cõfirmante: ut CHRISTI Servatoris (qui paucis annis illum præcesserat) auctoritatem minueret. Nam propagatâ per totum orbem terrarum ab Apostolis Euangelii doctrinâ, multi falsi Prophetæ, & Hæresiarchæ, magiq́ue, & impostores ubiq; turbarunt Ecclesias: Neque defuerunt olim qui hunc Apollonium cum Christo conferrent, & præferrent etiam propter miraculorum multitudinem, quæ vivens edidit, magno mortalium omnium stupore & admiratione: adde quòd homo esset incorruptæ vitæ, abstinens tota vita ab esu omnium animalium, ab usu vini & Veneris: omnibus commodus, & utilis, nulli bono noxius: Hæc admiranda vitæ ratio, & supernaturales, quæ in eo viguerunt, Virtutes in causa fuerunt, cur *Hierocles* illum ausus sit cum Christo conferre. Cujus opinionem, ut impiam, & erroneam, integro libro refutavit *Eusebius*. Longè enim differunt miracula Christi, quæ virtute Divinitatis suæ perfecta sunt, à miraculis Magicis per Apollonium editis; in quibus non solùm Naturalibus proprietatibus, quas exactè callebat, usus est, sed Dæmonũ quoque opera. Nam Dæmones naturali solertiâ, & rerum omnium Naturalium scientiâ, quam perfectissimè norunt, longáque temporũ experientia animadverterunt, rerum facultates virtutesque didicerunt, & earum inter se sympathiam & antipathiam perspiciunt, ita ut ex earum temperatione, & applicatione, tempore & loco multos effectus mirabiles inde eliciant, & ob oculos ponant. Hùic cognitioni accessit insignis eloquentia, & morum comitas ad persuadendum accommodata: ut non immeritò dicatur cum Hiarcha, & reliquis Brachmanis Indis Sapientibus firmandæ amicitiæ causa *bibisse de Phiala Tantali*: hoc est eloquentiæ vim acquisivisse, & imbibisse perpetuam sitim, & inexplebilem appetitum Scientiarum, & Philosophiæ: cujus desiderium magis magisque accrescit, quantum rerum arduarum, & proprietatum Naturæ cognitio animis Philosophorum communicatur.

Hierocles cum Christo contulit Apollonii.

Magia usus est Apollonius.

Anastasii de Apollonio judicium.

De Apollonii miraculis *Anastasius Theopolis Episcopus* ita scriptum reliquit: *Quibus dã in locis ad hunc usq; diem Apollonii Tyanæi stant opera, & suam habent efficaciam: Alia quadru-*

quadrupedibus, & volucribus damnosis avertendis: alia ad inordinatos animorum excursus inhibendos: alia aliis rebus, quæ hominibus detrimentum afferrent arcendis. Neque eo tantùm vivo Dæmones per ipsum tot & talia egerunt, sed ipso etiam mortuo, ad monumentum ejus perseverarunt. Atq; ipsius nomine miracula quædam ediderunt, ad decipiendum miseros homines, qui facile hujusmodi rebus se à diabolo in fraudem adduci patiuntur. Quid dicam de Manethonis Magicis operibus? qui tantus fuit istarum imposturarum artifex, ut semper palam Apollonium irriserit, ut non perfecta ejus doctrinæ peritia instructum. Oportebat enim, ajebat, eum sicuti ego soleo, solis verbis perficere quæ vellet, non operum effectionibus ad eauti.

Manethon Magus.

Justinus de eo hoc modo loquitur, *in Quæstionibus ad Orthodoxos quæstione 24. Apollonius, ut vir naturaliũ potentiarũ, & dissensionum atq; consensionũ earũ peritus, ex hac scientia mira faciebat, non auctoritate divina. Hanc ob rẽ indiguit assumptione materiarũ idonearũ, quæ eũ adjuvarent ad id perficiendũ, quod efficiebatur. Et Apollonii quidẽ opera, quoniã facta sunt ex scientia rerũ naturaliũ, ad corporalẽ actionẽ hominũ, propterea ea non evertit Deus.*

Justini de Apollonio.

Suidas cùm Magiæ species declarat, ait: *Magia est invocatio Dæmonum beneficorum, ad aliquod bonum conficiendum: cujusmodi Apollonii Tyanæi prædictiones fuerunt.*

Suidas de eodem.

De Magia Naturali, quæ rebus Naturalibus utitur, ex quarum virtute, compositione, & temperatura mirifici effectus proficiscuntur, tractat *Aristoteles libro de admirandis auditionibus. Plinius lib. 30. cap. 1. 2. 3. Proclus lib. de sacrificio & Magia. Augustinus lib. 2. de civ. Dei cap. 4. & 5. Albertus Magnus lib. 2. Mineralium cap. 1. 2. & 17. Fracastorius lib. de Sympathia. Ficinus lib. 4. Theologiæ Platonis cap. 1. Cardanus libro de Subtilitate. Baptista Porta*, & alii.

In hac Magia Naturali perfectissimum fuisse *Salomonem* fama refert. de quo 3. *Regum* 2. scribitur, illum exactissimè rerum Naturalium scientia fuisse instructum. De eo *Josephus lib. Judaicar: antiq: 8: Incantationes*, inquit, *Salomon composuit, quibus morbi pelluntur: conjurationum modos scriptos reliquit, quibus ita fugantur Dæmones, ut deinceps nunquam reverti audeant.* Atque id sanationis genus etiam suo tempore apud Judæos in usu fuisse testatur *Josephus: Vidisse se* dicit *Eleazarum quendam præsente Vespasiano, aliisq; Principibus, multos à Dæmonibus vexatos hac ratione liberasse.* Modus curationis erat hic: *Admotonaribus dæmoniaci annulo, sub cujus sigillo inclusa erat species cujusdam radicis à Salomone indicatæ. Ad ejus olfactum per nasum contrahebatur dæmonium: & collapso mox homine adjurabatur dæmonium, ne amplius rediret, Salomonis mentione facta & incantationibus ejus recitatis. Discessus autem dæmonis ab homine illud erat indicium, quod jussu Eleazari egrediens, vas plenum aqua ibi positum invisibiliter evertebat.*

Salomon naturalem Magiam novit.

Eleazarus exorcista.

In hac quoque Magiæ scientia excelluit *Boëtius*: qui effecit ut metalla mugirent: anguis aheneus sibilaret, aves simulatæ canerent dulcissimè: & homines ærei in aëre buccinarentur. quæ omnia illum in Magiæ Dæmoniacæ suspicionem adduxerunt, qua accusatus, convictus, & damnatus est.

Boëtius existimatus Magus.

Ad hanc Naturalem Magiam referuntur *Mathematica scientia, Physica, & Medicina. Hugo S. Victoris lib. 6.* ubi Magiæ species exponit, ait: Mathematica dividitur in tres species, in Aruspicinam, Augurium, & Horoscopiam. Aruspices dicti sunt, quasi aras inspicientes, qui in extis, & fibris sacrificiorum futura considerant. vel Haruspices vocantur horarum inspectores, qui tempora, & momenta rebus gerendis, apta considerant. Auspicium aliquando ad oculos pertinet, quasi dicas avispiciũ: quia in motu, & volatu avium attenditur: aliquando ad aures, & dicitur augurium, quasi garritus aurium, quia aure percipitur. Horoscopia vocatur, quando in stellis facta hominum quæruntur, temporaque conceptûs, & nativitatis scrutantur, ut secundùm influxum siderum sub quibus fœtus editur, judicium feratur de omnibus quæ eventura sunt puero recèns nato. Sed Astrologia judiciaria rejicitur à Christianis, tanquam vanitatis, & falsitatis plena. Physica & Medicina laudandæ sunt, quia Naturalium rerum arcana docent, & ex iis eliciunt infinita remedia ad conservationem vitæ mortalium pertinentia, quæ Dei munera sunt non contemnenda. Parsque hæc Magiæ naturalis non omnibus magnis viris, & piis improbaretur,

Species Magiæ Naturalis.

si esset sine abusu: Sed quia rarò accidit, ut hæc secreta Naturæ tractẽtur sine communicatione cum Dæmonibus, & Geniis aëriis, qui ea docent homines: quia ii ut mali sunt, & saluti nostræ insidiantur, hacque curiosa & inutili rerum abstrusarum indagatione, quasi per gradus adducunt deceptos homines ad inquisitionem rerũ malarum: ad vaticinia, & responsa danda de futuris: ad curationem morborum per incantationes, per ligaturas, characteres, & verba monstrosa à Dæmonibus indicata. Et quia hæc Magia non est necessaria, neque ad societatem humani generis conservandam utilis, quia etiam palàm, & secretò multa mala fieri possunt, ideò toleranda non est, sed penitùs ab animis hominum rejicienda. Ad eam enim Præstigiatrix Magia refertur, quæ sensus humanos ita eludit, ut multa geri videantur, quæ revera non sunt, & ea non videre, quæ sunt. Et hæc est vel optica, vel Pharmatica. Optica manuum agilitate, aliarumque partium corporis celeri mobilitate, spectantium obtutum frustratur. Pharmacia collyriis, suffumigationibus, alligationibus, potionibusque sensus interiores, & exteriores ita perturbat, ut secus quàm res ipsa se habeat, judicent de sensibilibus exterioribus: Nam utitur imaginibus, speculis, luminibus, annulis, & aliis rebus accommodatis ad id quod perficiendum suscipit. Quæ omnia non dubium est Apollonium perfectissimè calluisse: cùm Præceptores habuerit Indos illos, & Æthiopas Sapientes, Magos Chaldæos, & Sacerdotes Ægyptios: quos nihil fugiebat eorum omnium arcanorum, quæ in Natura occultantur: Et ea discebant instinctu Dæmonum, quos tam excellentium scientiarum doctores habebant. Hinc Apollonius affirmabat se vidisse in Æthiopia Gymnosophistas, qui efficerent ut arbores sese inclinarent, & loquerentur, ut testis est *Polystratus*, & *Fulgosius lib.* 8. *cap.* 11. Et Thespion præcepit arbori, ut Apollonium salutaret: quod inclinato præstitit cacumine, voce distincta, sed gracili & fœminea, *Volaterran. lib.* 13. *cap.* 8.

Præstigiatrix Magia.

Philippus Beroaldus, de Apollonio loquens, ita ait: *Apollonius peregrinatione multivia non parùm multa percepit, ad animum formandum, vitamq; instruendam mirè congruentia. Caucasum transcendit, Indiam penitissimam penetravit: Brachmanas Philosophiæ cõsultissimos adiit, & unà cum illis ex Tantali phiala potavit. Memphiticos vates accessit: Æthiopum Gymnosophistas exploravit, & mensam Solis vidit in sabulo. Instar Herculis, lustrator orbis, purgator animorum, domitor vitiorum, sititor scientiæ, spretor pecuniæ, amicus Deorum. Tanta sanctitate præpollens fuisse memoratur, ut pro deo coleretur. Hic est ille Tyanæus, quem mortuis vitam reddidisse, quem in Domitiani consistorio nusquam comparuisse, quem non minora quàm Deum miracula fecisse prodiderunt:* Et paulò post: *Quem inter temulentos abstemium, inter purpuratos linteatum inter unguentatos horridum, inter luxuriosos frugalissimum, inter tiaratos, coccinatos, pumicatos venerabili squalore fuisse credidit antiquitas.*

Beroaldus de Apollonio.

JAMBLI-

IAMBLICHUS.

IAMBLICHUS Patriam habuit *Chalcidem* Celosyrię Urbem celebrem, à Monico Arabe conditam. Primarum literarum Magistrum habuit Anatolium virum eruditum: Postea institutioni Porphyrii Tyrii Philosophi nobilis commissus est, qui priùs vocabatur *Malchus*: sed *propter vestem purpuream*, quam Romæ gerebat (propter nobile genus ex quo ortũ ducebat) *Porphyrius* suis vocatus est. Fuit enim vir omni eruditione, & doctrina excultissimus: Is Romæ Plotinum audivit: ubi floruit Aureliani Cæsaris temporibus, usq; ad Tacitum & Probum. Multa scripsit dum viveret: ut librum de divinis nominibus: duos de principiis. sex de materia. quinque de anima: quatuor de abstinentia animalium: quatuor de cognoscendo seipsum. septem quibus probat unam fuisse sectam Platonis & Aristotelis: quatuor in historiam Juliani Chaldæi Philosophi: quindecim contra Christianos. Et Isagogen in Dialecticam. Cui responderunt *Methodius, Eusebius, & Apollinaris*. Hoc igitur Præceptore usus Jamblichus plurimum in bonarũ literarum studio profecit. Adultior tandẽ factus sectę Pythagoricæ se addixit, Magicámque

cámq; artẽ exercuit sũma felicitate, solâ eloquẽtiâ Porphyrio inferior, cùm nõ sacrificasset Mercurialibus Musis: ideò de eo dicebatur, illum Venere loquendi carere. Is contracta amicitia cum Libanio Antiocheno Philosopho, & Maximo, ad Julianum Imperatorem, qui Christianam doctrinam abjecerat, introductus est: cujus, & aliorum opera, multa nefanda patravit impius Imperator, artis Magicæ studiosissimus. Et ab iis persuasus est in suum corpus migrasse Alexandri Magni animam. Nam Palingenesin & Metapsychiam Pythagoræ credebat. Atque hic Apostata Magorum impiâ doctrinâ seductus, multa sacra humano cruore operatus est; & post ejus mortem Antiochiæ, & Carris Mesopotamiæ capita & calvaria mortuorum plurima in arce reperta sunt: maximè Christianarum mulierum gravidarum: quas vivas dissecabat, & in earum extis, & visceribus rimaretur rerum futurarum eventus. Carris mulier suspensa capillis recenter exanimata, extensis manibus inventa est in quodam templo, ex cujus jecinore cum suis magis quæsiverat, quis esset futurus belli Parthici eventus, quod susceperat. Hæc immanis crudelitas effecit, ut vulgò nomen *Victimarii* illi inderetur: ut *Theodoretus lib.* 3. *cap.* 26. testatur: *Paulus Diaconus in Juliano lib.* 2. *& Nicephorus lib.* 10. *cap.* 35.

Genii duo thermarum Gadarensiũ.

De Jamblicho hoc narratur: Illum ad Gadara Urbem Syriæ cũ aliquot discipulis venisse, ubi thermæ sunt saluberrimæ. Dumque illic lavaret, ortâ de balneis disceptatione, jussit discipulos sciscitari ab indigenis loci, quibus nominibus vocarentur duo rivuli aquæ calidæ, cæteris elegantiores: Gadarenses responderunt, unũ rivulorum appellari Erotem, alterum Anterotem, sed causam harum denominationum se ignorare. At ille ad orificium rivuli sedens, aquam manu contigit, obmurmuratisque aliquibus verbis arcanis, fremere leni murmure tellus cœpit, & aqua uberiore fluctu inundare: tum pusio exímo fontis emergens candido corpore, cõmoda corporis statura, coma fulva, dorsi cute nitida, qui lavanti similis erat, apparuit. Ad ejus conspectum reliqui comites subitò attoniti steterunt, admirabundi quid illud esset Genii. Tunc Iamblichus ad alterum fonticulum transiit, illíque sicut priùs, magicum carmen obmurmurando, alterum Amorem evocavit, priori in omnibus similem, præterquam quòd comas rutilo colore in fuscum definentes, & per colla deciduas gereret. Ambo hi pueri simul convenientes arctisque complexibus sibi invicem cohærentes, mutuò colludebant, & jocabantur, Jamblichũ tanquam naturalem patrem intuebantur, hilarique, & ridenti vultu amicè salutabant: quos ille molliter excipiens demulsit atque unumquemque in proprias sedes remeare præcepit, dicens adstantibus eos esse loci genios, promotores aquarum tepentium, quæ ad lavacra erant necessariæ: Ejus potentiam omnes admirabantur, & suspiciebant: ut cui Dei obtemperarent: Lotus hoc modo cum discipulis abiit.

Jamblichus in aerem sublatus.

Quoties autem in templa Deorum conveniisset, inter fundendum preces, vultus illius mutabatur, & miraculosè in omnium conspectu ab humo plusquam decem cubitis in sublime attollebatur, nullo fulciente, sed tanquam in aëre pendens, corpore & vestimentis in auri speciem refulgentibus: acclamabant tanquam Deo alicui præsenti mirabundi adstantes; numineque cœlesti afflatum demissis capitibus venerabantur: donec absolutis precibus in formam pristinam rediret, & in terram modico motu illæsus descenderet.

Cadaveris mortui occursum devitat.

At cùm sacris peractis è templo in Urbem rediisset confabulando cum discipulis, fixis de repente in terram oculis: agite, inquit, aliâ viâ ingrediamur: non enim procul hinc cadaver effertur, cui nos occurrere non licet, ne polluamur. Itaque alio itinere progressum secuti sunt comites: sed Ædesius cum aliquot aliis cœptum iter prosecuti incurrerunt in Vespilones, qui cadaver defuncti tumulo mandaverant.

Apollo evocatus.

Ægyptius quidam Magus media populi turba exorcismis & conjurationibus profitebatur, se evocaturum Apollinem: qui postquam comparuisset forma vegeta, & corpulenta, spectantesq; omnes attoniti adstarent, Jamblichus, qui eò venerat, ad suos conversus, desinite, inquit, mirari o Sodales: Non enim hic est Apollo,

sed

ſed gladiatoris cujusdam, qui ſingulari certamine vicit, ſpectrum: utque id probaret, effecit ut umbra illa ſubitò diſparuerit, & evanuerit.

Eunapius Jamblichi vitã deſcripſit: in qua multa fidem ſuperantia recitat: qui eum ſumma victûs frugalitate, & abſtinentia uſum dicit, & humanitate comitateque laudanda in congreſſibus hominum. Ad ſummam pervenit ſenectutem, nempe qui vixerit uſque Valentis Imperatoris tempus, cùm jam adultus eſſet ſub Conſtantino magno. Valente Imperium tenente, dum inter Magos, & Philoſophos inquiſitio facta eſſet, quisnam illi in adminiſtratione rerum ſuccederet, & ad Imperium præpararetur à Fatis, *Libanius*, *Jamblichus*, & alii viginti quatuor ſimul convenerunt, effuſoque in pavimentum pulvere, radio in eo ſignarunt omnes alphabeti literas, & unicuique literæ granum hordei impoſuerunt: ſortibusque datis, & recitatis quibusdam Magicis carminibus, gallum gallinaceum admiſerunt, ut ex quibus literis granum ſumeret, animadverterent quis ſucceſſor à Diis deſtinaretur Imperatori. Gallus autem grana omnia roſtro excepit quæ in literis fuerant adplicata: ſola ea reliquit intacta, quæ literas has ſignabant Θεοδ. Cúmque res Valenti innotuiſſet, accenſus ira, Magos, & Philoſophos pluſquam centum trucidari juſſit. Jamblichus extrema ſenectute preſſus, ne ad ignominioſum ſupplicium traheretur, hauſto veneno ſibi mortem conſcivit. Imperator ſucceſſoris metu, ne quis illi vitã demeret, ut rerũ potiretur, omnes *Theodoros*, *Theodulos*, *Theodotos*, & *Theodoritos*, ſi modò illuſtri eſſent genere, vel potentia vel opibus præſtarent de medio tolli præcepit: hac ratione ſecuritatem ſibi partam eſſe ratus, dum caviſſet ne qua conſpiratio in eum ſtrueretur cupiditate Principatûs. Sed *Theodoſii* Hiſpani principis filiolum, qui Patris interfecti nomen referebat imprudens reliquit: qui illi poſtea ſucceſſit. Hoc metu conſternati plurimi, nomina mutaverunt, ne ab Imperatore ſuſpecti occiderentur. ut tradunt *Sozomenus lib. 6. cap. 35. Zonaras tomo 3. Paulus Diaconus lib. 12.* Et alii. De hac re ita ſcribit *Sozomenus libro 6. capite 35*: *Nonnulli eorum, qui aliis in Philoſophia præſtare putabantur, incrementum religionis Chriſtianæ ægrè ferentes, iniere conſilium de prænoſcendo quis eſſet Valenti in Imperio ſucceſſurus. Qua de re cùm omnia omnis generis divinandi genera experti fuiſſent, ad extremum tripodem ligneum è lauro fabricati, invocationes Dæmonum, & verba execrabilia pro more ſuo uſurparunt, adeò ut ex conjectione ſingularum literarum per tripodis machinam, & divinationem ſignificatarum futuri nomẽ extaret Imperatoris. Cum igitur Theodorum virum inter ſatellites Imperatorios inſignem illum quidem & illuſtrem ſed gentilem, Imperatorem fieri avidè expeterent; utq; ordo literarum uſque ad Δ hujus nominis conveniret, in fraudẽ inducti ſunt hac conjectura nixi, ut Theodorum Imperio potiturum expectarent. Quo illorum conatu indicato,, extra modum ira exardeſcens Princeps quaſi ſaluti ſuæ inſidias comparaſſent, in omnes ſæviit. Ob quam cauſam tum Theodorus, tum tripodis opifices comprehenſi ſunt, mandatumq; ut illi igne, hic autem gladio necaretur. Pari ratione omnes illuſtriores in toto Imperio Philoſophi eadem ipſa de cauſa extincti. Quin etiam cùm Imperatoris iram nemo comprimere poſſet in eos qui Philoſophi non erant, ſed illorum duntaxat Veſtitu utebantur, invidiæ flamma pervaſit. Sicut qui alias artes profitebantur, neq; crocotis, neq; pallio Philoſophorum ſe induere vellent: ne viderentur ex eorum numero eſſe, qui vaticinia illa, & ritus ad tripodem peregiſſent.*

Magorum conſultatio de ſucceſſore Imperii.

ἀλεκτρυομαντεία.

Jamblichi mors.

Tripes Magicus è lauro factus.

Multa ſcripſit Jamblichus, quorũ pars adhuc hodie extat: Græcè edidit librũ de myſteriis Ægyptiorum, Chaldæorum, & Aſſyriorum, qui Venetiis ſervatur in cœnobio S. Salvatoris: hunc excuſit Aldus interprete Marſilio Ficino. Baſileæ quoque excuſus eſt à Bebelio. In eo multa de Deo, de Dæmonibus, de vaticiniis, inſpiratione divina, ſacrificiis, vaticiniis, Geniis uniuscujusque, de invocatione Spirituum, de anima ſeparata à corpore, & de ſomniis. Nam ut erat mirum in modum addictus Ægyptiorum ſuperſtitionibus, de ſomniorum interpretatione multa tractavit. inter quæ alia vana, & frivola cenſuit, alia divinitùs immiſſa, quæ primo, & extremo ſomni tempore contingunt: quia tunc animus, aut nondum eſt oppreſſus nimiis cibi potusque vaporibus, aut jam evaneſcente ſomno, vaporumque diſcuſſa cali-

Jamblichi opera.

De somniis. sa caligine, ex illis sordibus emersus animus purior assurgit, & alacrior redditur, ad divinas illustrationes recipiendas. ideò rejiciebat somnia, quæ profundo somno cõtingebant: quia rarò accidebant animo ad suas functiones benè dispositio. Sed discussis illis vaporibus, qui animi facultates perturbant, somnia contingentia interpretanda sumebat. Pythagorici omnes somnis multa arrogant. Et Stoici quoque iis vim significandi, & denotandi aliquid inesse rati sunt. Quidam existimaverunt Spiritus, qui phantasiæ inserviunt; in quibus insident & inhærent rerum in vigilia perceptarum species, & reliquiæ, dum, inquam, hi Spiritus Phantastici in somno agitantur cibi potusque vaporibus, caput dormientis agitant, jactatique huc & illuc somnia reddunt diversa. sed propter inordinatam eorum jactationem, valde incomposita, turbulenta, distorta, & monstrosa efficiuntur, propterea Epicurei omnia derident somnia: quòd in illis nullus sit ordo, neque constantia; ideò contra naturam fieri credendum est, quæ amica est ordinis.

Reliqua Jamblichi opera sunt libri tres de Pythagoræorũ sectâ: qui asservantur Romæ in Bibliotheca Vaticana cum commentariis Simplicii. ut testis est *Volaterranus*. Scripsit & Protrepticas orationes, quas se habere scripsit *Ioan: Alexander Brassicanus*. Præter alia multa fragmenta, quæ citantur in collectaneis *Io. Stobæi*, desumpta ex epistolis ad Sopatrum & Dexippum.

Pythagorei omnes Magi. Jamblichus, ut Pythagoræi omnes, Magiæ peritissimus fuit, non solùm illius Naturalis, quæ per virtutes, & facultates rerum Naturalium operatur, sed etiam ejus, quæ per Dæmonum invocationem multa perficit miracula: Is enim libro de mysteriis Ægyptiorum, sicut & *Proclus lib. de Magia & Sacrificio*, & *Porphyrius lib. de sacrificiis* duplicem facit Magiam, *Theurgiam*, & *Goëtiam*. *Theurgia*, secundùm illorum opinionem, laudabilis est, & bona, fitque sacrificiis, & hostiis quibusdam, mundicia corporis, & animi, & sacris ceremoniis, evocando Dæmones, quorum afflatu, & auxilio occulta manifestantur, & futura ipsi pronunciant, miraque edunt opera, & miracula: *Goëtia*, quam illi improbant, & *Necromantia*, excitat mortuorum animas, & per eas de rebus occultis & futuris responsa captat.

Theurgia

Goëtia

Malorum anima in Dæmones vertuntur. *Porphyrius lib. 2. de abstinentia animalium*, cùm de pravis, & fallacibus Dæmonibus locutus esset, addit talia de animabus mortuorum: *Tales*, inquit, *sunt animæ mortuorum, quæ vitiis oppletæ è corpore migraverunt. Conflictantur enim ira, & concupiscentiæ perturbationibus, & in naturam conversæ Dæmonum, similes eorum redduntur noxiæ, & turbulentæ. In varias se vertunt formas: modò se conspicuas oculis præbent, modò se recondunt tenebris: & ita eludunt aciem tum intuentium, tum etiam cogitantium*: & alio in loco: *Prava*, inquit, *anima, quæ corpus suum violenter reliquit expoliata, ad hoc ipsum deinde se admovet, ibiq; moras trahit: unde nonnunquam visæ sunt animæ lamentari. Nam animæ carentium sepultura, circa corpora immorantur: quibus malefici sæpius abutuntur, ad ministerium suum explendum; compellentes animas à positione corporis, vel partis cujusdam assumptione. Quocirca qui vaticinantium animalium insinuari sibi animas optant, præcipua eorum membra deglutientes, veluti corvorum, vel talparum, vel aliorum ejusmodi accipiunt: Et ita præsentem sibi faciunt animam ritu Dei vaticinantem. Talis enim anima unà cum sui corporis integra sumptione in corpus humanum se penitùs ingerit.*

Et de hac vaticinatione per animas defunctorum *Tertullianus libro de anima* ait: *Publica jam literatura est, quæ animas etiam justa ætate sopitas, etiam proba morte disjunctas, & prompta humatione dispunctas evocaturam se ab inferorum incolatu pollicetur. Cicuis Æsculanus* in commentariis, quos edidit in Sphæram, nominat librum, qui olim extabat, cujus erat hic titulus SCRIPTURA CHAM, opus Magicæ, & maleficæ impietatis plenum, continens elementa, & praxin Necromantiæ.

Scriptura Cham.

Magia à Dæmone. Dæmonem auctorem Magiæ superiùs ostendimus, qui doctrinam de cœlestibus à Deo traditam bonam, & salutarem mutavit in superstitiosos & impios ritus. Quod etiam asserit *Philo lib.* 2. ubi ait: *Depravata est, & adulterata vera Magia: &*

ex ejus

ex ejus corruptione descenderunt, quas proprio vocabulo malas artes dicimus, Circulatorum, Ariolorumq́ studia, mulierum nequissimorumq́ mancipiorum expiationes & lustrationes, profitentium mutationes amoris in odium, aut ex diverso odii in amorem, per quasdam passiones amatorias & incantamenta idonea. Atq́ his dolis circunveniunt homines & ingentium malorum, atq́ ruinarum sunt causæ, non privatis modò hominibus, aut familiis, sed civitatibus, regnis, & provinciis. Quamobrem hujusmodi artes meritò lege Mosaica gravissimis propositis pœnis prohibentur.

Lactantius lib. 3. divin. Inst. ait: *Dæmonum inventa sunt Astrologia, & Aruspicina, & Auguratio, & ea qua dicuntur Oracula, & Necromantia, arsq́ Magica: & quicquid præterea malorum exercent homines, vel palàm vel occultè. Quæ omnia per se falsa sunt, ut testatur Erythræa Sibylla.*

Plinius lib. 30. cap. 1. Magiam primùm à medicina fuisse natam affirmat: ac specie salutari irrepsisse, velut altiorem sanctioremque quàm medicinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maximè etiãnum caligat humanum genus. Atque ut hoc quoque suggesserit, miscuisse artes mathematicas, nullo non avido futura de se sciendi, atque ea è cœlo verissimè peti credente. Ita possessis hominum sensibus, triplici vinculo, in tantum fastigii adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat, & in oriente regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in Persidè à Zoroastre, ut inter auctores convenit: Sed *Plinius* ex auctoritate *Aristotelis*, & *Hermippi*, *Zoroastrem* quinque millibus annorum ante bellum Trojanum fuisse dicit, & sex millibus ante Platonem: habuisseque præceptorem Azonacem: Secutos ipsum Apuscorum, & Zaratum Medos, Babyloniumque Marmaridium, & Arabem Hippocũ, Assyrium verò Zarmocenidam. *Hermippus* scribit Zoroastrem viginti annis caseo in sylvâ victitasse, ubi studio Magiæ vacabat. Et eum *Xanthus Lydius* asserit sexcentis tantùm annis fuisse, ante Xerxis descensum in Græciam. Sed tempore Nini vixisse constat, à quo Bactrianorum regno pulsus est: quo tempore natus est Abraham, qui præcessit primam Olympiadem mille quadringentis & nonaginta quatuor annis. Bellum Trojanum gestum est ante Olympiadas quadringentis & septem annis. Et Moses post Zoroastrem paulò amplius sexcentis vixit annis.

Plinius de Magia.

Ostendimus alio loco *Zoroastrem* eundem fuisse cum *Chamo* Noæ filio, qui ante cataclysmum Magicam artem didicerat, & postea exercuit, & alios docuit. statimque à diluvio patris ebrii virilia contrectans, fascino illum incantavit, ne posset in posterum gignere. Quidam Zoroastrem fuisse eum, qui in sacris literis vocatur Misraim, vel ejus filium Chami nepotem: qui artem Magicam mirabili efficacia exercuit. Astrorum enim peritiam noverat perfectissimè, & ex iis omnia humana, & inferiora corpora regi, & foveri censebat. Ex astris scintillas quasdam carmine Magico elicere studens, à Dæmone suscensus est, & interfectus. Vnde *Zoroastres* à superstitiosis hominibus est vocatus, quasi Ζῶον ἄστρον; hoc est *Vivens astrum*, cùm priùs *Zarades* diceretur. Cúmque hac violenta morte à Dæmone sublatus esset, nihilominus ejus discipuli illius disciplinæ pertinaciter adhæserunt, illumque Deorum amicum crediderunt: & asseruerunt vehiculo fulminis in cœlum fuisse sublatum. Corpus illius in Assyria conditum est. Prædixerat enim Assyriis tandiu se toti terrarum orbi cum summa potentia imperaturos, quamdiu illi suos cineres, & reliquias integras & inviolatas conservarent,

Cham.

Misraim cur dictus sit Zoroastres.

Zarades.

Ζῶον ἄστρον.

Zoroastres alter fuit *Proconnesius*, recentior, qui circa Xerxis tempora floruit. Nam hæc doctrina Magica semper postea viguit apud Persas, potissimùm apud Assyrios, qui Chaldæi dicuntur: ii astrorum peritiâ valentes, nunc auguriis, nunc carminibus sacris ab hominibus mala averterè, in somnia, prodigiaque fida interpretatione explanare solebant. Deinde hæc ars longè latéque sese extendit per totam Asiam, Ægyptumque, & per Græciam.

Atracius sive *Athrax* Dosithoæ pater, Penei & Buræ filius primus hanc artem in

Thracia

Athrax Magiam docuit in Theſſalia

Thracia publicavit,& dum Magica quædam ſacra celebraret, ictus fulmine periit: quamvis illum de cœlo tactum fuiſſe dicant poëtæ, quod Doſithoën filiam à Jove violatam prodidiſſet: unde *Ovidius in Ibin.*

Aut Jovis infeſto telo feriare triſulco,
Ut ſatus Hippomene, Doſithoëſq; Pater.

Is condidiſſe in Theſſalia urbem *Atraciam*, ubi Magiam exercuit dicitur, unde *Statius Thebaidos* 1. artem Atraciam vocat *Magiam*, quæ plurimum in Theſſalia vigeret.

Qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte color.

Theſſalæ enim mulieres per totam Græciam veneficiis & arte Magica fuerunt infames. *Ariſtophanes in nebulis.*

Γυναῖκα Φαρμάκιδ' ἐὰν πείσω Θετταλὴν
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην.
Veneficam ſi fœminam ipſe Theſſalam
Cœmero, captabo lunam noctibus.

Magia apud Perſas.

Tanta, certè, fuit hujus Magiæ cõmendatio apud antiquos, ut teſte *Cicerone lib. de divinat.* nemo apud Perſas ad regni moderamẽ admitteretur, qui artem Magicã non didiciſſet. Et *Poſſidonius ex Strabone* refert, apud Parthos conſiliũ eſſe duplex, unum Nobilium, alterum Magorum. Et ex utroque Reges eligi ſolitos. *Cælius Rhod. lib. 9. cap. 23.*

Plinius lib. 30. vult Oſthanem, qui Xerxem ad bellum contra Græcos comitatus eſt, primum in Græciam attuliſſe Magiæ cognitionem; ubi ait: *Oſthanes ad rabiem non aviditatem modò ſcientiæ ejus Græcorum populos egit. Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc diſcendam navigavêre, exiliis veriùs quàm peregrinationibus ſuſceptis: Hanc reverſi prædicavêre, hanc in arcanis habuêre.* Et paulò poſt: *Non levem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit profeſſioni ſecundus Oſthanes comitatu ejus exornatus.*

Druydes apud Gallos.

Apud Gallos *Druydes* magi maximo in honore habiti ſunt, ita dicti quaſi *Dryades*, quòd in ſylvis ſub quercubus, ut plurimùm, habitarent. Hi ſolebant ſacrificia publica, privata què procurare, religionis myſteria interpretari, rerum naturalium cauſas abſtruſas ſcrutari, & docere: de cædibus, de furtis, de finibus agrorum, cæteriſque controverſiis, tanquam æqui judices, cognoſcere. Et ſi quis decreto non ſtetiſſet, eidem ſacrificiis, congreſſuque hominum, & colloquiis interdicere. teſtis *Julius Cæſar comment. lib.* 9. Hoc inter cætera conabantur perſuadere, mundum eſſe æternum, neque genitum: animas immortales non interire, ſed poſt mortem corporum, tranſire in alios. Eorum religionem ſub Auguſto Cæſare interdictam refert *Suetonius.* Theutati ſuo Deo ſacrificia humanis peragebant victimis. Hæc à Tiberio interdicta fuiſſe refert *Plinius.* Claudius Imperator eos penitùs abolevit. de iis *Cicero lib. de divinatione.* Eandem opinionem ſequebantur Pythagoræi, Brachmanæ, Gymnoſophiſtæ, & alii, usque ad Apollonium Tyanæum, & Jamblichum.

Telchines magi & fascinatores.

Telchines Saturni & Aliopes, vel vt alii malunt, Solis & Minervæ filii ſive Martis, qui & Curetes vocati ſunt, Et Idæi Dactyli, veneficiis, faſcinis, & Magia ſemper infames antiquitùs fuerunt. Solo aſpectu omnia effaſcinabant. *Ovid. 7. Metam:* aquam Stygiam credebantur in ſpergere hominibus, brutis, frugibus, & ſtirpibus in eorum perniciem. Cretam à principio incoluerunt: contra quos Phoroneus Argivorum rex, & Parrhaſii prælio ancipiti dimicaverunt. Tandem ab iis victi Cretâ expulſi in Rhodum ſeceſſerunt: à quibus Telchinis, vel Telchinia vocata eſt, cùm priùs Ophiuſſa diceretur. *Oroſius* & *Strabo lib.* 10. Ab iis cognomentum accepit *Apollo Telchinius* apud Lydos: quòd quoties eſſet irritatus, ad Telchinum imitationem immiſſa peſte homines, & pecora interimeret, & perderet. *Palæphatus lib.* 1.

Orpheus Magiæ cultor.

Magiam *Orpheus* coluiſſe dicitur: ideò ad Inferos prope Theſprotium lacum deſcendiſſe ad repetendam uxorem Eurydicem: lyræ cantu, & harmonia ita aures

Plutonis

Plutonis demulsisse, ut illi petitionem ultrò concesserit. *Lyram* hanc cognitionem Magiæ, (quam verbis aptis, & ad persuasionem accommodatis docebat) fuisse: eamque à Mercurio, vel ab Apolline, cujus filius & Calliopes dicebatur, accepisse: Et uterque Deus vaticiniis clarus. Mercurius cum infernis Manibus versabatur: unde Ψυχαγωγὸς dictus: ideò abiis multa dictata suggerebat sectatoribus.

Orpheum patrem vel Præceptorem secutus est Musæus: sed cum ea indignus judicaretur, lyra in cœlum translata, & astris inserta. *Arati interpres.* Magicam tamen semper tractavit Musæus: qui Sphæram primus invenit: Theogoniam scripsit. vitæ præcepta quatuor millibus versuũ ad Eumolphum filium persecutus est, ut testatur *Suidas*: qui illum Eleusinium fuisse tradit, Antipheni filium. Scripsit etiam amores Leandri, & Herûs Hexametris, quæ extant. Mortuus est Faleriis oppido Faliscorum in Hetruria: quod testatur epitaphium. *Musæus Orphei successor.*

Eumolphi exanimem Musæum terra Falerum
Continet hoc tumulo pignora chara patris.

Musæus cum Orpheo Præceptore, Amphiarao, Mopso, Idmone, & aliis cum Argonautis expeditioni Colchicæ interfuit: Chiron enim prædixerat Argonautas non posse Syrenum transire scopulos, nisi comite Orpheo.

Magi ferè omnes scelestissima peragebant sacrificia, sanguinem humanum ad aras Dæmonum infundentes: quòd Deos alio modo placari, & propitios reddi non posse crederent. *Divus Hieronymus in sermone de Lazaro* dicit, multos suo tempore in hac opinione fuisse, animas violenta morte interfectorum Dæmonas fieri. Ideò persuasum fuisse superstitiosis, ut multos adolescentes trucidarent: quò eorum animæ in Dæmonum naturam transeuntes illis inservirent, & ab iis responsa captarent.

Miracula plurima à Magis edi Dæmonum opera mirum non est: Hæc enim ideò procurabant, ut sibi divinitatem adstruerent, & in Deorum societatem referrentur: nomenque immortale sibi apud posteritatem conciliarent. Alii malis Geniis hortantibus post Christi passionem, quando salus per Euangelium, & fidem in Christum Servatorem per totum orbem terrarum ab Apostolis annunciabatur, & sancti illi viri primitivæ Ecclesiæ doctrinam Christianam confirmabant, Satan suos habuit asseclas Sacerdotes Gentium, Prophetas, & doctores, qui Magicis miraculis populos avertebant à doctrina salutis. *Miracula Magorum ad quid.*

Abdias in sua historia refert Cynopem Magorum Principem, in Phara oppido Patmi insulæ (in quam relegatus fuerat Joannes Apostolus à Domitiano, & in ea suam *Apocalypsin* scripsit, teste *Eusebio lib. 3. Eccleſiaſt. Hiſt. cap.* 18.) multa contra Joannẽ machinatum esse, qui accusabatur ex criminatione sacerdotum Apollinis, quòd novum dogma, & novum inauditumque Deum introduceret, explosis omnibus diis, quos omnes populi, & omnis antiquitas semper adoraverat. Hic Cynops, qui magicis miraculis animos populi sibi conciliaverat, Joannem adiit: *Veni*, inquit, *ad portum ut meam potentiã agnoscas*. Quò cùm venisset cum innumera hominũ multitudine, Cynops tres dæmones (qui sub imagine hominũ videbantur, quos Magus è mortuis suscitasse se jactabat) jussit sibi adstare. Ille verò concussis manibus, & terribili maris sonitu excitato, se demisit in profundũ, ut ex oculis spectantiũ evanuerit. Populus universus elata voce acclamabat, magnus magnus est Cynops, & nemo ejus Virtutẽ assequi potest. Joannes elevatis in cœlũ manibus Deũ supplex rogabat, ne impius ille Magus inter Vivos amplius conspiceretur, & suis imposturis miseram plebeculam à Deo vero averteret. Tum subitũ ex imo pelagi fundo murmur exauditũ, effervescentibusque undis, & procellis horribili sonitu, & fluctuatione intumescentibus, suffocatũ impostorẽ æstus in littus evomuit. Apostolus autẽ ad tres illos Dæmonas cõversus *In nomine Jesu Crucifixi*, ait, *præcipio vobis, ut ex hac Insula subitò discedatis, neq; postea in eam revertamini*: quod dicto citiùs factum est, omnibus attonitis spectantibus, & frustra Cynopem expectantibus ad se rediturum. *Cynops adversarius Joanni Apostolo.*

Accidit etiam ut *Joannes Apostolus* Euangelium prædicaret Ephesi, frequenti hominum conventu: Et cum doctrina de *Christo* Dei filio nova multis videretur, difficulterque eam admitterent rejecta majorum religione, Primores civium perti- *Templum Dianæ ruit.* verunt, ut novum & hactenus inauditum dogma, quod proponebat, probaret à Deo vero datum esse, aliquo signo, quo Dei illius potentia, & auctoritas innotesceret. Tum Joannes elatis in cœlum oculis invocavit Numen Christi Jesu. *Tu* inquiens *sanctissime mundi Servator, ostende populo huic qualis sis, quantumq; præcellas Dæmonia, quæ ubiq; pro Dijs adorantur.* Tum horribili fragore concussum Dianæ templũ, quod magnificentia, sumptibus, & donariis superabat omnia totius Asiæ delubra, nutare cœpit, conflingi, concidere, & in ruinam labi: hacque ratione Ephesii confessi sunt Deam suam, cui maxime fidebant, nihil esse, dum conferretur cum *Christo* æterno Dei æterni filio, quem *Joannes* annunciabat mundi esse servatorem. *Aristodemus* templi Antistes, inter cæteros attonitus, ac dolens tantum ædificium sacrum corruisse, quod miraculo erat omnibus Asiæ populis: aliud experimentũ experiri cupivit in Joãne, ut crederet illũ id egisse virtute Divina; venenũ prælentissimum, quod reis morti adjudicatis dari erat assuetum; calici infusum Joanni bibendum tradidit: *assume hunc potum*, inquit, *quod si Deus tuus te salvum custodiat, fatebimur Christum Dei filium.* Joannes intrepidus calicem manu suscepit; invocatoque Christi nomine, venenum sine ulla læsione exhausit. neque id satis ad confirmationem suffecit, eodem veneno homines paulò antea interemptos ad vitam reduxit. Tunc Aristodemus & Proconsul, in cujus præsentia hæc gerebantur, Divinâ potentiâ admirati, relicto idolorum cultu, CHRISTO se dedidérunt, & baptismum receperunt, *Joanne* illos docente; CHRISTUM JESUM è cœlo demissum; ut hominum genus ad pœnitentiam adduceret, & à cultu malorum, & impostorum Dæmonum divertet, ad cognitionem unius veri æterni & omnipotentis Dei: qui peccatores ad se reciperet, in nomine CHRISTI Jesu mediatoris. Res hæc publicata per totam Asiam, magnum metum omnibus incussit: multique se Ecclesiæ adjunxerunt, eversis certatim Deorum simulachris, & suecisis lucis, rejectisque sacrificiis superstitiosis, signũ crucis publicè erexerunt: quod *stultitia impijs erat pereuntibus, electis verò virtutem Dei declarabat.* *Marullus lib. 2. cap. 8. Et Sabellicus lib. 5. cap. 4.*

Aristodemus antistes Ephesini templi.

Joannes venenum sine læsione ebibit.

Philetes eo tempore Magus insignis fuit, Hermogenis discipulus, qui miraculis clarus habebatur. Is *Jacobum majorem* CHRISTI discipulum convenit, cum eo certamen initurus: Illum *Jacobus* comiter exceptum conatus est divertere ab instituto, & ad cognitionem CHRISTI adducere: sed cùm res non succederet verbis, ad signa deventũ est, in quibus non solùm Apostolus superior fuit, sed invocato CHRISTI numine effecit, ut Magus præstare nihil posset dæmoniorum suorum operâ: cujus potentiâ perculsus, CHRISTUM verè Dei filium acclamavit, ejusque fidem recepit: idololatriamque cum arte Magica detestatus, ad præceptorem rediit, cui dixit: *à te discesseram Magus, ecce ad te Christianus revertor. Christus potens, Christus Deus, Christus Servator, Vana Dæmoniorũ virtus, impostura, & impietas.* *Hermogenes* indignatus, Philetẽ eo loco ubi stabat, incantatione, & fascino ita fixit, ut inde moveri, vel abstrahi nulla vi posset. *Jacobus* verò Spiritu divino monitus, per unũ discipulorũ suorũ misit sudariolũ ad Philetẽ, quod postquã manu cõtigisset, subitò incantatione liberatus est. Hermogenes irâpercitus, imperavit dæmonibus, quos sibi perpetuò adstantes circumducebat, ut utrumq; vinctũ ad se adducerent. Dæmones autẽ ad Apostolũ venientes, eũ neq; Philetẽ attingere potuerunt: sed in aëre sursum sublati cum horribili rugitu vociferabantur se catenis ignitis ligatos detineri, neque posse servis Dei altissimi damnũ ullũ inferre. Apostolus ad Dæmonas conversus præcepit, ut Hermogenẽ catenis arctatũ ad se captivũ adducerent. Quod subitò præstiterunt: Magus lethali formidine trepidans, ac pavens, procidit ad pedes Apostoli, summam divinæ potentiæ vim illi tributam confessus: neque ab ejus latere audebat

Philetes Magus.

Hermogenes.

bat discedere, ne ab infestis Dæmonibus discerperetur, donec *Jacobus* porrecto baculo illum dimisit, jubens ut CHRISTO JESU fideret, cujus virtute fultus, nihil à dæmonibus damni acciperet Ille igitur artem & præstigias diabolicas detestatus, libros omnes Magicos, quos habebat cremavit, ac in posterum Christi doctrinam amplexus, omnibus admirantibus eam annunciabat: in qua spes salutis contineretur, & peccatorũ omnium remissio. *Marullus lib.2.cap.9.* & *Sabellicus lib.3.cap.4.* Ex infinito Magorum, & falsorum Prophetarum numero, paucis contigit ad CHRISTUM conversio: quod Dei clementia accidit Aristodemo, Phileti, & Hermogeni. Nam Libanius, Porphyrius, Ædesius, & Jamblichus, viri alioqui docti & graves, in suis erroribus usque ad mortem perseveraverunt, & in eo perierunt.

Jamblichus plurimos suæ sectæ admiratores, & discipulos habuit: inter quos *Sopater Apamensis* Sophista primum locum obtinuit, propter insignem rerum omnium cognitionẽ, quam habebat, & singularem dicendi facultatem. Is Constãtinopolim ex Asia navigavit, ut Constantinum Magnum à Christiana religione diverteret: à quo statim in numerum Consiliariorum receptus est, & multis honoribus auctus, facultatibusque amplissimis locupletatus. Quibus tamen diu potiri nõ potuit: Ab æmulis enim accusatus est apud Imperatorem, quòd incantationibus Magicis ventos vinxisset, ut impediret naves ex Ægypto frumentum Constantinopolim advehentes: populo interim fame propter annonæ penuriam ad rebellionem inclinante. Hoc crimine convictus Adlabii, Præfecti Prætorio, operâ est occisus: relicto libello, quem conscripsit de Providentia: ut testantur *Suidas & Eunapius.* *Sopater Apamensis.*

Alter fuit Jamblichi discipulus rerum cognitione, & Magicis artibus magistro non inferior *Ædesius*, Chrysanthi Sardiani Philosophi filius, nobili genere natus. Is Pergami scholam habuit auditorum frequentia celebrem: inter quos fuit Maximus Philosophus. Ædesius populari fuit ingenio, facundus, facilis inter amicos, & familiares, & singulari fide in docendo, corpore adeò mobili, ut facilè in sublime tolleretur. Tanta illi fuit cum Numine affinitas, ut solem tantùm inspectans, oracula verissima reddiderit carminibus, licèt versuum legem nesciverit, & grammatices esset ignarus, ut testatur *Eunapius in Chrysantho.* In arte Magica ita versatus est, ut cum Geniis & Dæmonibus familiariter versaretur, eosque ad quodlibet opus perficiendum haberet obsequentissimos: à quibus infinita Naturæ secreta didicit, & rationem quâ adplicari ea oportet rebus gerendis, quod illi famam, & auctoritatem incomparabilem conciliavit apud omnes Asiæ populos, illi arti præ cæteris addictissimos. *Ædesius.*

Plinius tamen omnem fidem abrogat arti Magicæ, neque putat eâ præstari quicquam posse, præter præstigias, & impostura. *lib.30.cap.2.* ubi de Osthane Persa Mago loquitur, qui Magiam ex aqua, Sphæris, aëre, stellis, lucernis, pelvibus, securibusque, & multis aliis modis docebat, colloquiáque cum umbris & inferis, ait ea omnia à Nerone falsa fuisse comperta. Licèt ad eum Tyridates cum expertissimis Magis ex Asia venerit Romam, ut illum doceret: sed cùm omnem movissent lapidem, & tentassent quidlibet, eam artem non potuerunt docere Principem flagitiosum, qui ad omne nefas paratus erat: donavit tamen Tyridati regnum Armeniæ, licèt ab eo doctior non fuerit redditus. *Proinde*, inquit Plinius, *ita persuasum sit intestabilem, irritam, inanem esse eam artem, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his venefícas artes pollere, non Magicas*; & subjicit: *Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres Magi, cùm adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis, prodiderit Cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Osirites, divinam, & contra omnia venefícia, sed si ea erueretur, statim eum qui venisset mori. Seq; evocasse umbras ad percontandum Homerum, quapatria, quibusq; parentibus genitus esset, nõ tamen est ausus profiteri, quid, sibi respondisse diceret:* & capite 3. addit. *Peculiare vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maximè mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cæcitate perpetuâ, tenebris etiamnum* *Tyridates ad Neronem.* *Talpa ad Magiam apta.*

aliis

aliis defossas, sepultisq; similes. Nullis aquè credunt extis, nullum religionis capacius judicant animal: ut si quis cor ejus recens palpitansq; devorarit, divinationis, & rerum efficiendarum eventus promittant.

Herba Magica. Asclepiades Prusiensis.

Magorum stoliditatem falsè ridet *libro 26. cap.* 4. ubi ait: *Æthiopide herba amnes, & stagna succari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achimenide conjecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere. Latacem dari solitam à Persarum rege Legatis, ut quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent, ac multa* similia: Ridet enim Asclepiadis vanitatem, qui cùm in arte Rhetorica facultates decoxisset, Medicinam novam auspicatus cum Magia conjunctam, Pompeji magni tempore summam auctoritatem Romæ sibi conciliavit. Et de eodem *libro* 7. *cap.* 37. *Summa autem Asclepiadi Prusiensi, condita nova secta, spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis Regis, repertâ ratione, qua Vinum agris medetur, relato è funere homine, & servato: sed maximè sponsione factâ, cum Fortuna, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: Et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est.*

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

AARON *magus legens librum Salomonium Dæmonum legiones adducit*, 59.

Abatos, insula inaccessibilis, ubi sepultus Osiris, 128.

Acco & Alphito monstrosa mulierum spectra, 75.

Achillis mors prædicta à Telemo, 154.

Acrostichis Sibyllæ Erythrææ, 206.

Addere Colophonem, quid, 109. 177.

Adelrunæ sive Alrunæ Cimbricæ magæ à Filimero pulsæ, 57. 58.

Adriel Anglus mortis, 40.

Aegyptia magia, 27.

Aegyptiorum religio, qualis, 192.

Aegystus in balneo occidit Agamemnonem, 185.

Aemilia Vestalis suscitat ignem precibus, 51.

Aenigma Sibyllæ de Christo primum, 7. *secundum*, 8.

Aeromantia, 19.

Aerarii Romani auctio ex testamentis, 331. *ex mulctis: ex fodinis*, 332.

Aeschylus ex ictu desuper periit, 118.

Africæ reditus, 321. *Aegypti reditus*, 322.

Agaberta venefica metamorphoses & effecta mira, 66. 67.

Agamemnon ad propria reversus occiditur ab Aegysto adultero, 185.

Agathodæmones, qui dicantur, 63.

Agelasti reddebantur descendentes in antrum Trophonii, 124. 126.

Alberti Magni caput æneum loquens, 26.

Alcoranum seu Alfurcannum Mahometis, 39.

Alcmæon ob parricidium exul, 171. *ejus mors, ibid.*

Alectriomantia, 351.

Alexander Macedo credi voluit Jovis Hammonis filius ex Olympia. irrisus à Gracis, 95.

Alexander Molossorum Rex à Jove Dodonæo jubetur cavere Acherusam & Pandosiam. luditur Æquivocatione, 91.

Alphitomantia, 22.

Ambarvales & Amburbales hostiæ, 311.

Ambegnus bos aut vervex, qui, 311.

AMPHIARAUS, 169. *ejus Genealogia*, 170. *ante Thebas absorptus*, 171. *Templum ipsi erectum, oracula in somnis dabat, ibid.*

Amuletum contra vulnera, 56.

Amuletorum mira efficacia, 57.

Anglia quot millia solvat, 328.

Anglus miles in asinum mutatus à saga, 54.

Angelorum ordines novem secundùm Dionysium, 33.

Angelorum tres Triades secundùm Proclum, 33.

Angeli boni sæpè à piis videntur, 35. 36.

Angeli duo Babylone palpebris suspensi, 61.

Angeli & Dæmones sibi corpora adsciscunt, 74.

Angeli tam boni quàm mali habẽt corpora ex purissimo aëre, 74.

Angeli Inquisitores Munguir & Nequir, 39.

Anima Amasis in Leone, supplice Apollonio, 341.

Anima Osiridis sub bovis viventis specie adorata, 128.

Animæ partes tres secundùm Cabalistas, 41.

Animæ immortalitas ex oraculo Branchidarum, 137.

Animarum evocatio quomodo instituta, 41 52.

Anima à Mago creditur suscitata 82.

Animas impassibiles post mortem judicant impii, 252.

Animarum supplicia apud inferos, 38.

Animalia Deorum currus trahentia, 9.

Animales victimæ, 311.

Annulus Platonis, quid, 195.

Annulus à Saga surreptus nobilis feminæ, 68.

Anthroposophia, 37.

Antichristus, secundùm Erythræam, 212.

Antrum Charonæum, 172.

Apparatus Antonii & Augusti ad Actium, 321.

Apparatus Antonii & Cassii ad Philippos, 321.

APOLLO PYTHIUS, 106. *Apollines nominantur quatuor. Apollo & Diana natà in Delo*, 107. *Apollo occidit Pythonem & Cyclopes. Apollo divinitate exutus Regis Admeti fit pastor. Amat Daphnen, Cyrenen (ex qua suscipit Aristæum) Hiacinthum puerum, Branchum filium. vincit & excoriat Marsiam Satyrum. cum Neptuno ædificat mœnia Ilii. Medicina creditur autor, ibid.*

Apollinis potestas triplex, 108. *ejus cognomina, ibid. &* 137. *unde Colophonius dictus*, 109.

Apollo Pythius Daphneus fulmine tactus, 123.

Apollo suam fatetur ignorantiam, 339.

Apollo λοξίας, 138. *Thyrxeus*, 139.

Apollo Telechinius, unde dictus, 354.

Apollo Hyperboreus dictus Pythagoras, 294.

APOLLONIUS TYANÆUS, 335. *ejus nativitas: Institutio & præceptores: vitæ genus austerum, ibid. victus & amictus*, 336. *silentium: pietas: profectio in Indiam, ibid. conversatio cum Brachmanis*, 338. 339. *cum Gymnosophistis in Æthiopia*, 341. *&c. vide ibid. & seqq. Mors*, 345.

Apollonius confert cum Trophonio, 126.

Apollonii magia, 27.

Appio responsum datum, 122.

Apis dictus Osiris & Serapis, 127.

Apis significat bovem, 128.

Ara Ardali, 172.

Ara Delia, 109.

Arathron,28.
Arbatel, tractatus magicus,27.
Arbor vocalis salutat Apollonium,341.
Arbores Deorum sacræ,9.
Archemori mors, à serpentis ictu,189.
Architæ columba volatilis,26.
Argonautæ qui & quot,162.
Argos ambiguum in oraculo,138.
Argus à Mercurio interfectus, quid mysticè significet, 140.
Aristodemus antistes Ephesini templi Johanni Apostolo venenum propinat,356.
Aristodemus filiam interfecit, ejus exinde mors, 114.
Arithmomantia,19.
Arnuphis Quados in fugam vertit Magia,52.
Ars speculatoria,305.
Arvales fratres,312.
ARUNS,300. *vates Hetruscus*,16.
Aruspices, qui & unde dicti,347.
Aruspices primò quando cœperint Romæ,166.
Aruspicum munus,313. *Aruspicina vanitas* 315. *Prohibita à Deo*, 316. *Ejus autor Tages sive potius Diabolus, ibid.*
Asclepiadis Prusiensis Magi jactantia, vanitas, exanimatio,358.
Ascletarionis mathematici mors à se prædicta: à Domitiano procurata,345.
Assyrii et Chaldæi primi suis Principibus sacra instituerunt,3.
ASYLAS,310. *commendatissimus Augur, ibid.*
Athantides Nympha prima Dodonam inhabitarunt 89.
Athenienſibus oraculum datum à Jove Hammone,95.
Athenienses ciscitantur Oraculum Dodonæum, de iis qui ad templum confugerunt, Responsum, 90.
Athenienses falluntur à Jove Dodonæo æquivocatione Siciliæ 91.
Athrax Magiam docuit in Thessalia,353. *fulmine ictus periit* 354.
Attalo responsum datum ab Apolline,113.
Avaritia Romanorum,332.
Avertendæ grandinis modus,166. *Item venti & lolii à segetibus*,167.
Augures, à quo creati: confirmati,313.
Auguria,300. *multiplicia*,302.
Auguriorum genera,302.305. *captandorum tempus*, 302. *& modus*,301. *Lex de Auguribus, ibid. eorum sedes, ibid.*
Auguria ex avibus docuit Car,166.
Auguriorum scientia res Regia,304.
Auguriorum observatio prohibita, 306. *Punitio in Auguriorum studiosos, ibid.*
Augustus Sibyllam consulit de titulo Regis & Domini, 278.
Augustus Cæsar renuit vocari DOMINUS,123.
Augusti Cæsaris facultates & erogationes,331.
Avium voces intellexisse prædicatur Thyadamas cum nonnullis aliis,175.
Aureum femur Pythagoræ,294.
Auspicium quid,347.
Auspicia ex quadrupedibus & aliis,302.
Auspiciorum neglectores,323.
Autolyci magi facta,45.

B.

Babylonica turris mentio in libris Oraculorum, 238.
Bagoë Nympha divinatrix in Hetruria,165.
Balaam proph. pro exsecratione benedicit Hebræis,287.
Baltazo nomen dæmonis exorcissati,76.
Baptista in deserto,242.
Bardanis Regis Assyrii liberalitas erga Apollonium, 337. *ejusque aula, ibid.*
Barthabacis vaticinium de Cimbris vincendis,179.
Bellephantes magus Alexandrum monet,57.
Belgium quot millia coron. solvat,328.
Beli Jovis statua in Assyria plurimùm venerata,92.
Beli sepulchrum à Xerxe apertum,178.
*Beelphegor Hebræis dictus Priapus Latin.*128.
Bethor,28.
Biarmenses Arctici magi,52.
Bidentes oves, quare sic dictæ,311.
Bis pueri senes, quare dicantur,84.
Bithia, saga Scythica.50.
Boëtius existimatus magus,347.
Bona Dea dicta Fatua, Fauni uxor,313.
Bos cicuratur à Pythagora,297.
Botanomantia,19.
Brachmanorum Indorum Chorus, 338. *eorum præses, miracula, ibid. putantur Magi isti, qui Christum adorarunt*,339.
BRANCHUS,136. *Apollinis Didimæi filius, ibid. & sacerdos*,137. *ad Deos post mortem relatus, ibid.*
Branchus Apollinis filius,107.
S. Brigittæ prophetia,284.
Brimo dicta Hecate,75.
Brutus cum Arunte & Tito Tarquinii Delphos mittitur,121.
Bruti genius apparet & loquitur,82.
Butho dicta Latona, quare,178.

C.

Cabalistæ Hebræi magiæ studium colunt,59.
Cabalistæ statuunt tres Animæ partes, 41.
Cabalistarum deliria de generatione ZILITH *sive Sylvani &c.*62.
Cacodæmones qui dicantur.63.
Cacosophia, Cacodæmonia,37.
Cacus, unde dictus? 152. *ejus spelunca, ibid.*
Cæcilia Metella Nepti lasse concedit suam sellam, quod ominosum,304.
C. Cæcilii opulentia 332.
Calamita lapis baptizatus ad usus magicos,44.
CALCHAS,180. *Ejus Genealogia, ibid. Augurium ex serpente de decennali obsidione Trojæ*, 181. *suadet Chryseidem restituendam, ibid. ejus filia*,289.
Cambyses Medorum Rex oraculo Latonæ Buthonis jubetur

betur cavere Ecbatanas, 178. ejus mors, 179.
Canidia & Sagana venefica, 53.
Capitolium Romæ, unde dictum, quando structum, 317.
Car docuit Auguria ex Avibus, 166.
CARMENTA dicta Nicostrata, 151. unde Nomen? ibid. Carmentam excipiunt Aborigenes, 152. Carmentalis porta, 153. Carmentalia sacra, ibid.
Carminum magicorum vis, 46.
CASSANDRA, 184. filia Priami, deludit amatorem Apollinem, & dolo consequitur peritiam divinandi, cui tamen nunquam creditum. ibid ejus vaticinium de incendio Trojæ propter Helenæ raptum, 185. ejus mors, ibid.
Cassiotis fons fatidicus, 108.
Catena Homeri, quid, 195.
Catillus & Gilbertus Necromantæ, 66.
Catoptromantia, 15.
Caviares hostiæ, 311.
Cephalomantia, 18.
Cereæ imagines magicæ, 45.
Ceremoniæ vnde ortæ, 9.
Cereris fons, 18.
Ceromantia, 20.
Chaldæi & Assyrii primi suis Principibus sacra instituerunt, 3.
Cham dictus putatur Hammon Juppiter, 44. & Zoroastres, 336 ejus scriptura, 352.
Characteres Magici, 28. 29.
Characteres phylacterii, 47.
Charonæum antrum, 178.
Chiromantia, 22.
Chiromantæ celebriores, ibid.
Cholericorum somnia, 21.
CHRISTUS Filius DEI, 210. 214. 227. 229. 240. Verbum Patris, 223. 264 Rex, 277. Legis finis, 240 ejus persona, 201. officium, 203 211. 215. ejus nativitas, 211. 269. in Bethlehem, 277. miracula, 202. 211. 234. de quinque panibus, 240. Ingressus in Hierosolymas, 241. Passio, 244. 265. Resurrectio, 234. 269.
CHRISTUS Dei filius vocatur à Trismegisto, 141. prædicitur Venturus & cultum Idolorum subversurus.
Christiani ab Imperatoribus in exilium mittuntur quia prædicatione Euangelii minueretur autoritas Idolì Antiocheni, & prohiberetur responsa dare, 91.
Chrysamne venefica in Cnopi exercitu pharmaco hostes circumvenit, 57.
Cimmerii ubi habitarunt, 38.
Cingari errones 23.
Citharistria Bononiensis fascino admoto tanquam viva apparuit, 59.
Claudia vestalis miraculum, 51.
Claudii impensæ immensæ, 331
Clavicula Salomonis, 44 59.
Cleomenes luditur ambiguitate Argos, 119.
Cleonicæ umbra Pausaniam infestat, 113.
Cleopatræ Unio, 334.
Cleromantia, 19.
Clidomantia, 20.
Clodii Æsopi patina cum avibus, quanti taxata, 383.
Cobares magus in exercitu Alexandri, 57.
Cæna Luculli, 333.
Coharentia & conjunctio omnium creaturarum, 197.
COLOPHONIA LAMPSIA, 289. filia Calchantis. ibid.
Colophonius, Apollo, 109.
Colophonem addere quid, 169. 177.
Columba Architæ volatilis, 26.
Columbæ, quercus, & fagi vocales, 89.
Columbæ istæ quæsint, ibid. de istis Opinio Herodoti, 90
Conclave Regis Franciæ, 325.
Congressus novi mariti cum uxore, varijs modis à diabolo impeditur, 44.
Consultatio Magorum de successore Imperii per Alectriomantiam. 351
Conversatio damonum cum hominibus, 338.
Cor in Aruspicina considerabatur, 315.
Corvi Minervæ signum dilacerant, 118.
Cos scinditur novaculâ à D. Attio augure, 179.
Coscinomantia, 18.
Cranium mortui loquitur ad obmurmurationes, 81. Item ad voluntatem Sacerdotis, 82.
Crassi opulentia, 332.
Crater ignis apud Sapientes Indos, 338.
Creatio Mundi, 210. secundum Brachmanos, 338.
Creonti datum Vaticinium à Tiresia, 159.
Crepitacula Dodonæa, 89.
Crœsus consulit oracula, Responsum accipit è Delphico, 116
Cromnyomantia, 19.
Crucis signum loco Thoracis Serapidis in Ægypto repositum, 130.
Crystallomantia, 17.
Culter ancillæ lumbis insertus, 48.
Cumæ Locrenses unde nominatæ, 230. à Narsete captæ, 233.
CUMÆA Sibylla, 221. ejus Basilica, 222. eversa terræmotu, 223. ejus antrum, in quo multi curiosi perierunt, ibid.
CUMANA Sibylla, 230.
Curiones sacerdotes, 312.
Curiositas in multis perniciosa, 148.
Cyclopes qui & unde dicti? 154.
Cynops adversarius Joanni Apostolo in pelago suffocatur, 355.
Cyrene ex Apolline concipit Aristæum, 107.
Cyro oraculum redditum, 120.

D.

Dactylomantia. 17.
Dæmones qui, quatuplices, omnium malorum autores, 34. 35.
Dæmones quales à principio creationis, 3.
Dæmonum differentia sex, 73.
Dæmonum artes, 3. 10.
Dæmones ex astris divinant. 339.
Dæmones & Angeli adsciscunt sibi corpora, 74.
Dæmonum efficacia 339.

Damonum cum hominibus conversatio,338.
Damonum habitatio,84.
Damones horrenda apparent forma,75.
Damones Incubi & Succubi,60.61.&c.
Damones puniuntur in hoc mundo 35.
Damones subjecti Deo,ex confessione Apollinis,109.
Daphne Tiresiæ filia,160.
Daphne ab Apolline rapta in laurum mutata,107.
Daphnis a poëta maledici mors,118.
Dare malam noctem,46.
Decius Actius augur novaculâ scindit cotem,179.
Deificatio hominum,unde ortum traxerit,178.
Dei filius, de uno & solo Deo sententia Orphei, 142.143.
Δεισιδαιμονία dicta superstitio,84.
Delia ara.Delia sortes:in Delo nemo nasci aut mori permittebatur,109.
Delli vide Palisci,133.
Delphica sibylla 198.quibus orta parentibus, 199.à Plutarcho in Luna globo versari asseritur, ibid.
Delphicum oraculum Apollini sacrum, quomodo caperit,Delphicum templum splendidissimum donariis, 108.quinquies dirutum,109.funditùs eversum fulmine,115.
Delus,unde & quare sic dicta,107.
Demophon magus monet Alexandrum M. ut sibi caveret ab hostibus Indis,57.
Deorum numerus juxta Varronem,3.
Deorum pluralitatis principium,2. pro Diis habiti homines mortui,2.
Deus ἀνώνυμος secundùm Trismegistum,141.
Deus unus solus verus 209.227.239.249.de Deo vero doctrinam Ægyptii in superstitionem,Graci in allegorias,Chaldæi in Philosophiam converterunt,129.
Deos esse non posse natos ex hominibus,110.
Deus fidius à Genio genitus,61.
Deus Stoicorum otiosus,143.
Deus Tutelaris evocatus,64.
Diabolus operum Dei æmulus & imitator,2.& 4.87.
Diaboli scopus & potestas,84.85.
Diana Persica Sacerdotes nudis illæsisq; pedibus super prunas ardentes ambulabant,179.
Diluvium in culcatur à Sibylla Colophonia,290.
Dis pater Gallis dicitur Pluto,Serapis,127.
Divinatio Quid secundùm Platonem,14.
Divinandi scientia quotuplex.10.
Divinationis Commendatio secundùm Socratem,165.
Divinationis causæ impulsiva,p.1.
efficiens 2.
finalis ibid.
Divinationis genera quatuor.14.
Divinatio ex quibus sumatur,10.
Divinatio popularis,11.
Divinationum Rusticarum exempla, deq; iis judicium Autoris,12.
Dodonæa crepitacula,89.
Dodonæum oraculum antiquius Delphico,89.
Dodonæus Juppiter,Dodonæum quercetum,89.
Dolia imbrium & ventorum apud Indos,338.
Domitiani mors visa Ephesi ab Apollonio,344. & Ascletarione,345.
Donativa principum Romanorum,334.
Druydes magi apud Gallos,354.eorum religio,ibid.

E.

Ecclesiæ status septem,215.ætates ejusdem,217.
Ecclesia Gallicana amplitudo,326.ejus possessiones:proventus culinarii,ibid.Regum priscorum erga Ecclesiam liberalitas,327.
Ægyptia Sibylla,286.
Empusa Damon meridianus,75.
Enceladus Ætnæ suppositus,154.
Enomai Philosophi Graci de oraculo Apollinis judicium, 122.
Enthusiasmus magorum septentrionalium,66.
Epaminondas oraculo jubetur Pelagus cavere,117.
Epirotica Sibylla,280.
Epulones,313.
Equorum furor sedatus verbis ab Apollonio,343.
Equus Trojanus,cujus instinctu,operâ constructus,187.
Erichtho Thessala maga in castris Pompeji,57.
Errones Cingari,23.
Erythræa sibylla,204.
quando vixerit,213.secunda fuit tempore Alexandri,ibid.
Eusebius de Oraculis ex Porphyrio,123.
Exagonus Cyprius à Serpentibus non læsus,51.
Extispices,qui? 310. Extispicium victimarum, ibid. mos contemplandi viscera,314.Exta,qualia cujus essent ominis,315.

F.

Fabiorum familia à quo iterùm propagata,153.
Fabulæ de multis mulieribus æstu Dæmonum violatis, 61.
Fagi,quercus columbæq; vocales,89:
Fana,&
Faunus,unde dicantur,152.
Fascinatores voce vel visu effascinant pueros, segetes, arbores,50.
Fatua,Fauni uxor dicta bona Dea,313.
Fausti exitus tragicus,18.
Feciales,qui,à quo creati,313.
Felices qui? 276.
Felicitas in adventu Christi:211. 264. piorum,234. 241.277.
Feroniæ lucus incendio vastatus,subitò revirescit,129.
Fesula Augurum sedes,801.
Filicis semen quando,quomodo colligatur,23.
Finis mundi,112.234.265.
Flamines qui & unde dicti,312.
Folia dabantur oraculæ sibyllinæ,224.
Folliculus fellis distentus quid portenderit,315.
Fons Hammonis die frigidus,nocte calidus.94.

Fons Hammonis die frigidus, nocte calidus, 94.
Fons Paliscorum decaclinos dictus, 135.
Fons Telphossus frigiditate noxius, 160.
Fons Thyrxeus, 17. *Cereris*, 18.
Fraus Cobonis Delphici & Perialle Sacerdotis, 118.
Frotho, 111. *Danorum Rex à venefica interemtus*, 53.
Furtum retectum per Magiam, 50.

G.

Gabinii caput truncum loquitur, 81.
Galanthis Tiresiæ filia, Alcmenæ ancilla, astu fallit Lucinam, in Mustellam commutatur, quæ ore partum edere dicitur, 160.
Galenus quando vixerit, 189.
Gallia amplitudo, ejusq; Ecclesia, 325. &, 326.
Gallorum excidium prædictum, 114. *horrenda tempestas Gallos opprimit*, 119.
Gallia proventus, 325. *politicus, ibid. Ecclesiasticus*, 326.
Galli sacerdotes Cybeles, castrati, 313.
Gastromantia, 15. &, 23.
Genii, quid sint, 62. *cur sic dicti, ibid.*
Geniorum cœlestium ordines duo, 31.
Genii duo an unicuiq; à natura dati, 63.
Genii duo thermarum Gadarensium, 350.
Genii custodes evocantur, 63.
Genii urbium evocati, 63.
Genio sacra fieri die natali, 63.
Geomantia, 18.
Germanici Imperatoris mors ab Api prædicta, 130.
Germanicum Imperium quot milliones possideat, 328.
Gigantes Artenis, Astarchater, Angrinus, Arvedorus, 68.
Gilberti spelunca, 66.
Gnidii consulunt oraculum de Isthmo fodiendo, 110.
Gubernatores Olympi septem, 28.

H.

Hagith, 28. 29.
Hammon Juppiter, *unde dictus. idem putatur qui &* Cham, *quomodo oracula reddiderit, ejus fons*, 94. *ejus filium se jactitabat Alexander Macedo, credebatur ejus filius Jarbas*, 95. *Oracula ipsius diversa diversis reddita. ibid.*
Hannibali responsum datum à Jove Hammone, *ejus mors*, 95. & 130,
Harviga seu Aringa hostia. ibid.
Haruspices, horarum inspectores, 347.
Hecla mons Islandiæ 42.
Hecubæ somnium de face ardente, 185.
Helena in Ægypto retenta à Proteo, 149. *de Helenæ raptu Opinio Homeri & Virgilii, ibid.*
Heliogabalus & Julianus magi, 51.
Helenus, 182. *Priami Filius, sorte obtingit Pyrrho: à quo propter animi sagacitatem adamatur & liberaliss. mè tractatur*, 183. *ejus monita ad Græcos, ibid.*
Heliogabali cœna sumtuosissima, 334. *ejus magicæ artes*, 346.
Heliopoli habuit Juppiter Dodonæus oraculum, 92.
Helles & Phryxus Inoa novercam fugiunt, 162.
Hellespontiaca *sibylla*, 263.
Helvetia & Rhetia quot millia coron. solvat, 328.
Henricus Suecia Rex magus. 66.
Hepatoscopia, 315.
Heraclii Imperatoris mors ex hydrope, 18.
Herba magica à Pythagora inventa, 297. 358.
Herba venesicorum Democriti, 297.
Hercules olim dicti familiarum illustrium nepotes, 88.
Hermes Trismegistus, vide Mercurius, 109.
Hermetica, Hesiodica, Homerica magia, 27.
Hermogenes magus convertitur ad Christū, quem cum admiratione prædicat, 356. 357.
Hesione Ceto exposita, liberatur ab Hercule, 107.
Hetruria à principio statim Superstitionibus dedita, 300.
Hetrusci ad superstitionem usq; studiosi Aruspicinæ & Divinationis, 162. *Hetrusci Aruspices proditores mulctati*, 165. *Hetrusci Reges, ibid.*
Hirtia, 191. *Sesostridi patri suadet Colchos bello petendas, ibid. Ægyptumq;.*
Historia de Anu, Sibylla, vendente libros oraculorum, 5.
Historia Athenodori conducentis ædes spectris & Lemuribus infames, 80.
Historia Buplagi occisi, dehortantis Romanos à crudelitate, 78.
Historia mira ex Hexamerone Torquemadæ de studioso & Monacho equitibus, 69.
Historia memorabilis, & mirabilis quæ accidit viro nobili in Livonia, 68.
Historia Philinionis puellæ mortuæ, 70.
Historia Polycrati post mortem vaticinantis, 89.
Historia Publii, Magistri militiæ Romanæ enthusiasmo correpti, à lupo discerpti, 79.
Historia duorum Servatorum gloriantium de gratia Sancti Pauli, decertantium, 86. *Item alterius cujusdam Servatoris, sanantis morsum canis rabiosi*, 86.
Historia mirabilis Venefica Italæ tempestatem excitantis, 72.
Historia alia de tribus viatoribus pallii beneficio sine motu viam longam provectis, 70.
Historis, Tiresiæ filia, vide Galanthis, 160.
Histrio in Asinum à Sagis mutatus. 53.
Hollerus magus pro numine habitus, 67.
Homerus qualis Scriptor? Unde sua de Bello Trojano desumserit, 205.
Homeri Patriam Septem sibi vendicant urbes, 177. *ejus Annulus*. 195.
Homeri manes ab Appione evocati, 52. & 357.
Homeri & Virgilii opinio de raptu Helenæ, 149.
Homo ad magiam aptus nascatur oportet, 30.
Hominis formatio, 210.
Homines mortui pro Diis habiti quare & quomodo. 2.
Horoscopia quæ dicatur, 347.
Hostia quæ dicatur, 311. *præcidanea: succidanea, ibid.*
Hyacinthus ab Apolline amatur, perimitur, in florem sui nominis mutatur, 107.
Hydromantia, 17.

INDEX.

I.

Iarbas Jovis Hammonis filius credebatur, 95.
Jacula Septentrionalium magica ex plumbo, 52.
IAPYX, 156. Ejus Genealogia secundùm Berosum: secundùm Græcos, 157. ab Iapyge pars Italiæ dicta Iapygia, & promontorium Iapygium, ibid. Vates & Citharœdus excellens, 156.
JAMBLICHUS, 349. ejus Patria: præceptor, ibid. opera 351. Mors, ibid. plurimos habuit sectatores, 357.
Iarchas præses Sapientum India, 338.
Jasonis expeditio Colchica à patre fraudulenter suadetur, 161.
IDMON, 161. cum Argonautis Jasonem sequitur aurei Velleris adipiscendi causa, ibid.
Idola sunt vana, 250. Idololatriæ prædicitur pœna, 270
Idolorum cultores depicti à Sibylla Persica, 244.
Ilii mœnia ædificata ab Apolline & Neptuno, 107.
Imagines cereæ magicæ, 45.
Imaginationis species, visio, Phantasma & phantasia, 75.
Incantatio Ephippiarii Spirensis, 47.
Incantatores Serpentum, 51.
Indusium Necessitatis textum à Virginibus, 55.
Insans vivus factus arte magicâ, 26.
Inhumanitas Sybaritæ cadentis servum invocantem Numen, 131.
Io cum Osiride in Ægypto regnat, in Deorum numerum relata propter prudentiam & clementiam, 128 dicta quoque est Isis. hoc est sancta, 129 unde.
Johannes Apostolus contendit cum impostore Mago Cynope: quis ad ejus preces suffocatur, 355. ejicit Dæmonia ex Patmo, ibid. Templum Ephesinum precibus diruit, 356. venenum sine læsione bibit, ibid.
Joannis Baptistæ descriptio per Sibyllam Persicam, 242.
Joves apud antiquos dicti familiarum illustrium filii, 88.
Jovis varia cognomina 89.
Ira Dei in impios, 270.
Isagoge seu Institutionum Magiæ liber, 27.
Isis, hoc est, sancta post mortem dicta fo, 129. & Ceres magna 157.
Isia a sacra, ibid.
Judæa regem suum non agnovit, 249.
Judaicarum mulierum superstitio in abigendis Geniis, prægnantibus infesta, 62.
Judicium de pio & impio, 228 270.
Judicium extremum, 212. 240. 265 271.
Juliano Apostatæ a Diabolus mentitur, adulatur, 11.
Juliano responsum dare se posse negat Apollo, propter Christianos Antiochæ sepultos 123.
Juliano crudelitas & nefanda facta nomen Victimarii dederunt 310.
Julianus ultimus ad Dæmonum oracula se contulit, atq; ethnicorum superstitionibus usus est, 138. 139.
Juliano Imperatori responsum datur ambiguum, 139.
Juliani Apostatæ mors, 139.
Julius Cæsar Idus Martias jubetur cavere à Spurina, quod dum neglexit, occiditur, 320.
Julii Cæsaris Liberalitas, 330. divitiæ 333.
Juno cholera vomere visa in sua sacello, 131. Zelotypia ejus exempla. 134.
Junonis Palus, 17.
Juppiter dictus quasi juvans Pater, 87.
JUPPITER DODONÆUS, 88.
JUPPITER HAMMON, 93.
Juppiter Trophonius, 126.

L.

Lacedæmonii à Tegeatibus victi, 119.
Lacedæmoniis respondet Dæmon Dodonæus. 90.
Lacus Albanus inundans, 117.
Lacus Arctici tres Vener, Melber, Vether, 65. 66
Lajo Thebanorum Regi datur oraculum ab Apolline de filio Oedippo. 117.
Lamiæ spectrum imprecationibus avertit Apollonius, 337.
Lamiæ spectrum vult nubere Menippo, 340. repellitur exorcismo Apollonii, ibid.
LAOCOON, 186. Vates & sacerdos Apollinis, machinam fatalem recipiendam negat, 187. eamque hasta transfodit: serpentibus implicatus cum duobus filiis enecatur, ibid.
Laponum gens in Septentrione, quibus studiis dedita, 64.
Lapones post Baptismum moriuntur, 64.
Lares. Larvæ. Lemures. unde dicti: quid sint, 63.
Latona Butho oraculum reddit Cambysi, quo Ecbatanas cavendas monet, 178.
Lauri incantatæ adusus magicos, 44.
Lecanomantia, 15.
Lemnis viri à mulieribus omnes interfecti, 189.
Lemniæ mulieres hircosæ ob neglectam Venerem, 189.
Leo supplex fit Apollonio 341.
Lethen oblivionis fluvium potabant descensuri in Antrum Trophonii, 125.
Liber magicus Arbatel, 27.
Libri Sibyllini emuntur à Tarquinio, 5. 231. custodiendi traduntur Duumviris, 6. 231. 312. &c. Decemviris, Quindecimviris, 7. 23. Eorum auctoritas & reverentia, ibid. cremati in templo Capitolino. Transcribuntur per legatos in Asiam missos, ibd. & 232. cum Quindecimvirii aboliti à Theodosio, 7.
Librorum de oraculis summa, 99.
Liberalitas Regis Assyriorum Bardanis erga Apollonium, 337.
Liberalitas Regum Persicorum erga Ecclesiam, 327.
Libethra à Sue subversa, 178.
LIBYCA Sibylla, 243.
Licinio Imperatori datur responsum, 138.
Lien in Aruspicina consideratus, 315.
Ligula nodus magicus, 44.
Liviæ Paulinæ ornatus sumptuosus, 333.
Lotharingia quot millia librarum solvat, 328.
Λοξίας Apollo cur dictus, 138.
Luculli cœna magnifica & rogatarum copia quanta fuerit, 333.
in Lunæ orbe scribere, 48.

Luper-

Luperci sacerdotes, qui, 312.
Lupercalia sacra, ibid.
Lupi invadentes gregem ovium, capras duces gregis conficiunt, futuræ cladis omen manifestum, 91.
Lustrationes quando, quomodo factæ, 303.
Lycaon Russis à molossis discerptus, 55.
Lycaones diversi in Septentrione, 54.
Lycanthropi festo natalis Christi simul conveniunt in Livonia 54.
Lycanthropi Livoni multa immaniter patrant, 54.
Lychni incantati, 48.

M.

Manander Simonis Magi discipulus, 59.
Magia quotuplex, & quid, 15.
Magia divina 37. *impia*, 38.
Magia, quid, secundùm Suidam 347.
Magia à Dæmone, 352.
Magia unde nata, 253. *ejus progressus: cultores*, ibid.
Magia à quibus inventa, 26.
Magiæ studiosum qualem esse oporteat, 27.
Magiæ secreta: 7. *Majora*: 7. *Mediocria*, 29. 30.
Magorum titulus honorificus apud Persas & Chaldæos, 35.
Magia apud Persas commendatio, 354.
Magia Ægyptia, Apollonii, Hermetica, Hesiodica, Homerica, Microcosmica, Olympica, Romana, Sibyllina, 27.
Magia Naturalis qua, 26. & 337.
Magia, Naturalis species, 347.
Magiæ species summa Philosophia naturalis cognitio, 24.
Magiam Naturalem noverit Salomon. 347.
Magi quomodo in diversis linguis vocentur, 24. *Unde origenem ducant*, 24.
Magi adorarunt Christum, 228.
Magi insigniores, 62.
Magorum priscorum vitæ ratio & exercitatio. 29.
Magorum antiquorum principia duo 337.
Magorum religio, sacrificia: miracula, 355.
Magorum consultatio de successore Imperii, 351.
Magorum exitus plerumque tragici, 18.
Magi varii secuti principes in expeditionibus, 57.
Magicâ arte factus infans vivus 26.
Magis inservientia multa & varia, 167.
Magica Verba ad podagram sanandam, 167.
Magica sanandorum morborum ratio, 168.
Magnentius Virginis sanguine usus in Magia, 51.
Malchus Philosophus, cur dictus Porphyrius 349.
MALLEUS VENEFICARUM, 72.
Malorum animæ vertuntur in dæmones secundùm Porphyrium, 152.
Mandragoræ radix &c. 23.
Manducus, spectrum, ejus horror, 76.
Manes, qui, 39.
Manes unde dicti evocantur, 63.
Manethon Magus, 347.
Manto Tiresiæ filia, 160.
Marsi à Circe arti serpentum incantatores, 51.
Martha Judæa maga victoriam promittit Mario, 57.
Materia diversa corporibus inseruntur, 48.
Maxentius sacra facit humano sanguine, 51.
Merlinus ex Incubo generatus, 61.
Medicina autor Apollo, 107.
Meleagri stipes fatalis, 45. & 46.
Membrana Virgines quomodo applicentur ad morbos, 47.
Memphis dea graveolentiæ immissa Lemnii, 189.
Mercurius quare dictus ψυχαγωγὸς, 355.
MERCURIUS TRISMEGISTUS, 140. *Rex, Sacerdos & Philosophus ante Pharaonum tempora in Ægypto*, 141. *Trinitatis Mysterium primus inter gentes revelavit*, ibid. *de Christo*, ibid. & 144. *Philonis & Proserpinæ filius*, 146.
Metamorphosis sagarum an possibilis, 53. & 54.
Metamorphosin in lupos esse imaginariam, 69.
Metapsychosis vel Metempsychosis Pythagoræ, 294. 297.
Metopomantia & Metoposcopia, 22.
Medea Jasonis amore capta, rationem aurei velleris potiundi edocet, Absyrtum fratrem discerpit: Patrem senem & exulem regno in Colcho restituit, 162.
Milesii ab Apolline notati ignavia, 138.
Minervæ signum dilacerant corvi, 118.
Miracula ab ipsa Natura profecta, 26. *ad quid promota & procurata*, 10. *Miracula Pythagoræ*, 296.
Miracula aliquot Dæmonum per sua organa, 3. 10. 355. *propter Miraculorum multitudinem Apollonius ab Hierocle confertur cum Christo*, 346.
Misraim cur dictus Zoroastres, 353.
Mœris veneficus, 53.
Molybdomantia, 20.
Monarchia Romana reliquis præfertur, 318.
Monstrosus partus, Polycriti posthumus, 80.
MOPSUS, 176. *condidit cum Matre Colophonem*, ibid. *ejus certamen cum Calchante*, 177. *ejus mantejum*.
Mopsus Tiresiæ filius, 160.
Mormo, spectrum, 75.
Mormones, quid, 63.
Mors Julii Cæsaris. 321.
Mortui consulti ad lacum Cimmerium, 38.
Mos effodiendi terram sigillatam in Lemno, 190.
Mundi creatio, 210. *finis*, 212. 234. 245.
Mundi generatio secundùm Brachmannos, 338.
Musæus Orphei successor: ejus scripta: mors, 355.
Musulmanorum fabula de Angelis, 61.
Musulmanorum fabula de statu animarum & resurrectione mulierum. 90.
Mutianus Consul muscam vivam portat contra lippitudinem, 51.

O

Narcissus in florem sui nominis mutatus, 159.
Naufragium imminens prædicitur à Pherecyde, 179.
Nearchus Chaldæus magus, 57.
Necromantia, 38.

Νεκυομαντεῖα 41.
Nero emit magno pretio triclinaria Babylonica, 333. invitatur ab amico ad cœnam, ibid.
Neroni respondet Apollo, 113.
Nero deceptus oraculo. 122.
Neronem docere Magiam frustrà conatur Tyridates, 357.
Neronis mortem prædicit Apollonius, 340.
Nicola Vervinensis damoniaca, 76.
NICOSTRATA, 151. Carmenta, unde dicta, ibid. fatidica Mulier, ibid. cum filio Euandro trajecit in Italiam, 152. Herculis sacra instituit & Characteres Græcos primò in Italiam attulit, 152. & 153.
Nilus credebatur inundari providentia Serapidis, miraculo divino refutatum, 130.
Noa præco justitiæ, 105.
Nomen DEI numerale secundùm Pythagoreos, 19.

O.

Obulus Pasetis, rediens in crumenam, 45.
Och, 28. 29.
Ophiel, 28. 29.
Oenobarbus unde dictus L. Domitius, 83.
OLENUS CALENUS, 317. Hetruria vates & Arùspex, ibid. Monarchiam Romanam prædicit, ex invento Capite Equino, de quo Capitolium, ibid.
Olympica magia, 27.
Olympi Gubernatores, 28.
Omina, quæ, 304.
Onomatomantia, 19.
Onychomantia, 17.
Opes hominum privatorum apud Romanos, 382.
Opinio Ciceronis de Apolline, 122.
Oraculorum autoritas, 10.
Oracula prima ubi edita, 13.
Oraculorum aliquot exempla, 13. 14. 15.
Oracula impia ubi & quomodo prolata, 12.
Oracula data à mortuis, 2.
Oracula Sibyllina, foliis dabantur, 224.
Oracula sub adventum Christi desierunt, 96. 122.
Orneomantia, 23.
Oniromantia, 20.
Orpheus Magiæ cultor, 334. Comes Argonautis, in expeditione Colchica adjungitur à Chirone, ibid.
Orphei lyra putatur Cognitio Magiæ, quam verbis aptis & ad persuasionem accommodatis, docebat, 335. Lyra hæc dicitur in cœlum translata & stellis inserta, ibid.
Orphei vaticinium de sex millibus annorum, quibus duraturus sit mundus, 137.
Orphei sententia de uno solo vero DEO, 142. 143.
Orphei sepulchrum in Olympo 178.
Orphei reliquiæ humi sparsæ causa subversionis urbis Libethræ, 178.
Orton dæmon Raimondi Comitis se ipsi videndum præbet, 82.
Oscines, 302.
Osiris dictus Serapis, 127. ejus genealogia. 129. cædes Osiridis procurata à Typhone & affectis invidis scrinio affabrè facto, 128.
Osiridis anima Bovis viventis specie adorata, 128.
Othinus magus Hadingum regem exulem in suam Daniam reducit, 67. magia sua superat Norwegos, ibid.

P.

Pactyas Lydus oraculo jubetur reddi hostibus, 138.
Palatinus mons, unde, 152.
Paletheobai & Thibii intuitu interimunt, 50.
Palicorum lacus, 17.
PALISCI sive PALICI qui & DELLI, 133. unde dicti, 134. unde nati, 133. eorum virtutes. Apotheosis, oraculum de sterilitate Siciliæ, 134. eorum fons, 135.
Panis magni mors per Genium proclamata. 36.
Parentatio Græca, 42.
Parnassus unde dictus, secundùm C. Peucerum, 108.
Pasetis obulus, 45.
Passeres ab Aristodico Cumæo è nidis deturbati, 138.
Pausanias fame consumtus, 113.
Persæ incesti spectrum, 81.
Persecutiones decem Ecclesiæ. 217.
Perseus Macedonum Rex à P. Æmilio superatur, 304.
PERSICA Sibylla, 237.
Pestis excitatur Constantinopoli propter eversam à Mahumete stichiosin ab Apollonio contra luem istam, positam, 343.
Pestis prædicta & sedata ab Apollonio, 340.
Petri Aponitani pictura prophetica, 285.
Phegor & Priapus, 129.
Phaleg. Phul. 28. 28.
Phalus deus generationis adoratus, dictus, ibid.
Phantasmata maris glacialis, 43.
Pharmacia quid, 43.
Pherecydes apud Perilaum diversatus, eum aliò migrare jubet, ut sibi consulat, 179 prædicit Naufragium & Terræmotum, ibid. ejus mors, ibid.
Phiala Tantali, 341.
Philippus à Pausania cæsus. 121.
Philippo Amyntha oraculum redditum, 121.
Philomelo ostentum datum, 119.
Philosophorum Laus & gloria, 145. eorum cognitio in divinis qualis, quanta fuerit, ibid.
Philosophos multos metus coërcuit, ne Veritatem de vero Deo publicarent, 146.
Phocensium & Thessalorum congressus, 119.
Phocylides, quando vixerit, ejus gnoma, 99.
PHRYGIA Sibylla 268.
Phryxus & Helles Inoa Novercam fugiunt, 162.
Phylacteria, 168.
Phyletes magus à Jacobo convertitur ad Christianismum. 356.
Physiognomia, 22.
Pinarii & Potitii, qui? unde sic dicti, 153. 312.
Piorum merces, 272. vita, 277.
Pisces sacri qui pudenda Osiridis devorarunt, 128.
Pisistrato adstat umbra Genii, 114.
Platonis annulus, 195.
Plotini Genius evocatus, 53.
Pluralitatis Deorum principium, 2.

Plutus ex Cerere & Iasio natus, 157.
Plutus dictus aliàs Serapis, 127.
Pœna M. Attilii propter transscriptos Sibyllæ libros, 5.
Pompejus Magnus turbatur omine infausto, 304.
Pontifex Maximus qui olim dictus, 311.
Polonia quot millia coronatorum solvat, 328.
Polluces visi, 83.
Polyphemus ab Ulysse obcœcatus, 155.
Porphyrius testatur de Christo, 123.
POLYXO, 188. *Lemnia mulier, sacerdos Apollinis: Lemnios viros omnes obtruncandos suadet*, 189.
Porta Carmentalis, dicta scelerata, 153.
Portenta iræ divinæ signa. 305.
Porphyrius unde sit dictus, 349. *quantus Philosophus: quæ scripserit, ibid.*
Præpetes, quæ aves dictæ, 302.
Præcidanea hostia, quæ dicatur, 311.
Præstantii pater in juvencum mutatus, 54.
Præstigiarum diversa genera, 48.
Præstigiatores excellentiores, 26. *qui*, 48.
Præstiatrix Magia, 348.
Priami & Hecubæ liberi, 183.
Principes familiarum sua regionibus nomina indiderunt, 90.
Proclidi oraculum datum ab Apolline 117.
Prodigiæ hostiæ, quæ, 311.
Prometheus Pyromanta & divinus, 166.
PROTEUS, 148. *princeps doctus & religiosus, ibid. in Carpatho & Palene regnavit*, 149. *Rex in Aegypto factus retinet Helenam, ibid. in diversas formas mutatus cur fingatur?* 150. *fatidicus etiam adhuc vivus*, 148. *ejus oraculum ad Jovem*, 150.
Proventus Galliæ politicus & Ecclesiasticus, 325. 326.
Proventus Hispaniæ, 327.
Proventus regni Turcici, 328.
Proventus Romani Imperii, quales hodie colliguntur in utroque Imperio, tam Orientali quàm Occidentali, 322. *Anno* 1509.
PRYLIS, 193. *Lemnius, Mercurii filius, Apollinis sacerdos, ibid. de hoste barbaro præmonet Græcos, & quomodo ei resistere possint, docet*, 149. *Equum Trojanum fabricari jubet. Cum Palamede confert de Deo, oraculis, Magia, &c. ibid.*
Publius Clodius quanti emtâ domo habitarit, 333.
Puella aulica in Hispania fascino in vitã revocata, 60.
Puella ad vitam reducitur ab Apollonio, 340.
Puella lippitudine laborans, sanata, 47 & 48.
Puellæ mortuæ vita falsò restituta, 60.
Puer triceps natus Syracusis 340. *omen, ibid.*
Pugna Papiensis à mago repræsentata. 60.
Pullorum tripudium à Pullario observatum, 302.
Pulmones in aruspicina considerati, 315.
Puteus Sacramenti apud Indos, 338.
Pyromanta & divinus Prometheus, 166.
Pyrrhus Heleni monitis obtemperans salvus in patriam redit, 183.
Pyrrhus oraculi ambiguitate deceptus bellum movet contra Romanos, 120.
Pyrrhus vim fatalem habuit in pollice, 86.
PYTHAGORAS, 293. *ejus parens: præceptores: peregrinationes studiorum causa susceptæ, ibid. Metempsychoseos vel Metempsychoseos autor*, 294. 297. *ejus aureum femur*, 294. *ejus uxor & liberi*, 298. *victus & amictus*, 295. *latuit sub terra annum unum*, 298. *ejus doctrina*, 295. *& dogmatum symbola*, 294. *miracula*, 296. *dicitur fuisse magus, ibid. Herbæ magicæ ab ipso inventæ*, 397. *ejus mors*, 298.
Pythagoricæ sectæ sectatores recentiores, 299.
Pythagorici superstitiosissimi circa Auguria, &c. 305.
Pythagorei omnes sunt Magi, 352.
Pythagoreorum facultates sunt communes, 294.
Pythii Bithyni opes quantæ, 334.
Pythii petitionem indignissimè fert Xerxes, filium ejus dissectum palo juxta viam regiam affigi mandat, 194.
Python serpens vexat Latonam gravidam, 107.

Q.

Qualem oporteat esse Magiæ studiosum, 27.
Qui apti sint ad visiones admittendas, 84.
Quercetum Dodonæum, 89.
Quercus & fagi columbæ vocales, 89.

R.

Rabani Monachi prophetica figuræ, 285.
Raptus Chryseidis, 181.
Raptus cujusdam viri literati, 70. & 71.
Raptus Habacuc: Philippi: Christi, 64.
de Raptu Helenæ opinio Homeri & Virgilii, 144.
Raptus Pythagoræ, Apollonii, 64.
Raptus veneficorum violentus, 64.
Raptum violentum esse imaginarium, 69.
Reditus Aegypti, 322. *Africæ*, 321.
Resurrectio asserta à Chrysippo, 137.
Resurrectio mortuorũ asserta à Phrygiæ Sibylla, 272.
Revelationes multæ Philosophis datæ, 50.
Rex sacrorum, 312.
Regis Franciæ Conclave, liber sic inscriptus, 325.
Reges Galliæ sanarunt scrophulas, 86.
Regina Sabæ Sibylla dicta, 238.
Rheni tractus, quot millia coronatorum suis Principibus pendat, 328.
Risum amittit & recuperat Parmeniscus, 126.
Risit Zoroastres eodem quo natus est die, 27.
Roma depingitur à Tiburtina Sibylla, 276. *ab eadem prædicitur subvertenda*, 278.
Romana magia, 27.
Romanesius *Deus Tutelaris urbis Romæ, quod nomen solicitè occultatum, cur?* 64.
Romani Imperii proventus, quales hodie colliguntur in utroque Imperio tam Orientali quàm Occidentali. 322. *&c.*
Romani Imperii vires: Opes: Apparatus bellicus, 318.

S.

Sabæ Regina Sibylla dicta, 238.
Sacerdotum ordines, 311.
Sacra abstemia 313.
Sacrorum Rex, 312.

Sacrificium quod dicatur, 311. sacrificandi mos 314. sacrificia varia 311.
Saga & Sagi, unde dicantur, 165.
à Sagis comeduntur puerorum excoctorum carnes, 167.
Sagana & Canidia venefica, 53.
Salii sacerdotes, 312.
Salomonis Clavicula, 44. ad quem usum, 59.
Salmoneus fulminator fictus & crudelis in homines, vero fulmine ad inferos detruditur ab irato Jove, 174. 175.
Salustius vates contemnitur à Juliano, 57.
Samuel à Pythonissa suscitatus quis fuerit, 38.
Sanctus Fidius Themidos & Jovis filius, 98.
Sapientum India habitatio, mores, &c. 338.
Saturni apud antiquos dicti: familiarum senissimi, 88.
Scedasi & filiarum mors excidio Lacedæmoniis, 114.
Scotia regni proventus, 328.
SCRIPTURA CHAM, 352.
Secreta magiæ majora: mediocria: minora, 29. 30.
Seleuco Syriæ Regi datur oraculum, 138.
Septimius Severus consulit Jovem Belum, de se, de filiis, eorumq; successoribus Respons. 92.
Septimii Severi descriptio ex Dione, ibid.
SERAPIS, 127. vide Osiris. ejus templum, 129. habuit quoque templum Antiochiæ, 130. & 192.
Serapidis vaticinia quomodo per bovem reddita, 129.
Serpentum incantatores, 51. (130.
Servatores magi, 85.
Sesostris Colchos occupat, 191. & Merin Aegyptium superat, 192.
Sibyllæ unde dictæ, 5. 196. 198.
Sibyllæ quæ prædicarint, 7.
Sibyllarum numerus, 5. 197. quales eligi solita, 4. quo loco habita, 4. & 197.
SIBYLLA Delphica, 198. Erythræa, 204. Cumæa, 221. Persica, 237. Lybica, 243. Cumana, 230. Hellespontiaca, 263. Phrygia, 268. Tiburtina, 275. Epirotica, 280. Colophonia Lampusia, 289. Thessalica Manto. 291.
Sicilia nomen æquivocum. 91.
Sibyllinæ Magiæ, 27.
Sideromantia. 20.
Sigalion silentii statua in sacris Isiacis, 129.
Simia Molossorum Regis evertit sortes Lacedæmoniorum, 90.
Simon magus profanam sibi conflat Religionem: edit miracula: à Nerone decollatus tertio die revixit: in aërem sublatus à Dæmone ad preces Simonis Petri deturbatur, fracto femore, maximo dolore excarnificatus exspirat. 59.
Simonis Magi discipulus Menander, 59.
Silentium deorum fatidicorum, 96.
Siphnii consulunt oraculum de auri fodinis, 119.
Σκιομαντεία, 41.
Somniorum observatio, 307. discrimen inter somnia habendum, 309. Somniorum causæ varia, 308.
Somnia ex humoribus peccantibus, ibid. Somnia divina multis data, 308. Somnia diabolica, 309.
Somnia divinitus immissa, 21.
Somnia fatidica, 172. & 352.
Somniorum diversæ causæ, 20. & 173.
Somnia quædam Ethnicorum, 21.
Somnium Hecubæ de face ardente, 85.
Somniorum Interpretes, 168.
Somnus & Amor puri spiritus, 74.
Sortes Deliæ, 109. Patareæ sive Lyciæ, 111.
Sosipatra maga, qualis fuerit: cur nupserit Eustathio, 299. ejus Amasius Philometor saucius labitur de curru, ibid.
Sopater Apamensis discipulus Jamblichi insignis magus: occiditur, 357.
Spectrum quid sit, 75.
Spectra à Diabolo excitata. 11.
Spectrum horrendæ furiæ in ædibus Dionis, 82.
Spectrum Persæ incesti, 81.
Spectra in monte Hecla, 42.
Spectra manium apud Pilapios frequentia, 65.
Sphyngum in angulis altaris Isiaci, 129.
Spiritus ignei, aerii, terreni, aquei, 73. habitantes specus, inferni, 74.
Spiritus qui in regionibus Septentrionalibus apparent frequentes, vocantur Guttel, Trollen, Elvi, Tervilli, 83. Tartari Ulamenses suos vocant Caraones, ibid.
Spiritus Abyssi frigore torquentur: libenter se insinuant in corpora humana. 84.
Spiritus quomodo se videndos offerant, 75.
Spiritus evocati quomodo veniant, 45.
SPURINA 320. celebris Vates, Augur. Aruspex, tempore Julii Cæsaris, ibid.
Statua Jovis Antiocheni. 91. & 92.
Statua Jovis Beli in Assyria, 92.
Statua Lysandri coronata herbis asperis, 120.
Statua Theagenis oraculo restituta. 120.
Sternomantia, 23.
Succidaneæ hostiæ, quæ dicatur, 311.
Superstitiosi idonei sunt ad spectra, phantasmata & visiones recipiendas, 83.
Supplicationes publicæ quomodo institutæ, 303.
Supplices malefici quatenus fovendi, 138.
Sus dictus torrens subvertit mœnia & agros Libethriorum, 178.
Sybaritæ ob neglectos deos deleti, 131.
Sybaritus increpat Juppiter Dodonæus propter interfectum Citharœdum, Junoni supplicem. 90.
Sycomantia, 19.
Sylvanus Incuborum primus natus ex Crathide & Capra, 61.

T.

T litera, an Crucis Christi signum? 130. 192. loco Theracum Serapidis pro amuletis reposita, 130. 102.
TAGES. 163. Hetruriæ populos Aruspicinam & Divinationem docuit, ibid. Ejus origo ex gleba, 164. Genealogia secundùm Berosum, ibid.
Talpa ad magiam apta. 357.
Tantali phiala, 341. siti cruciatus cur dicatur, ibid.
Telchines magi & fascinatores, 354.
TELEMUS, 154. Cyclops studio pietatis & animi moderatione à fratribus diversus, 155. ejus oracula, ibid.

Telphoſſus fons frigiditate noxius, 160.
Templum à Deucalione conditum, 89.
Templum Deo in Ægypto erectum ab Onia, 288.
Templum Epheſinum collabitur ad preces Johannis Apoſtoli, 356.
Templum ſolis, 337.
Tephramomantia, 19.
Terramotus poſt triduum futurus prædicitur à Pherecyde Philoſopho, 179.
Terra ſigillata, ubi, quomodo, quando fodiatur, 189. 190.
Thalia Paliſcorum mater abſorpta à tellure, 134.
Thebana Legio fulminatrix, 52.
Themeuthes Rex Ægypti conſulit Hammonem, 95. *Vincitur à Pſammeticho: ambiguitate oraculi deceptus*, 95.
THEMIS, 97. *qua, qualis, quanta ibid.* & 98. *ejus Aphoriſmi, connubium cum Jove, ex quo ſuſcepit Medium fidium, ibid. Conſiliorum oraculorumq; Præſes credita, ibid.*
THESSALICA MANTO, 291.
Theodoros, Theodulos, Theodotos, Theodoritos omnes è medio tollit Valens, 351.
Theoſophia, 37. *Theurgia*, 38.
Thibis & Peletheobæi ſolo intuitu interimunt, 50.
Thoas ſervatus à filia in Lemno ſolus, 189.
Thraſyllus aſtrologus & magus inſignis, 57.
Thulidi regi Ægyptio oraculum datum à Serapide de vero Deo, 131.
THYODAMAS, 174. *præſtans medicus, Augur, & Vates celeberrimus, ibid. Avium voces cum nonnullis aliis intellexiſſe prædicatur*, 175.
Thyrxeus Apollo cur dictus, 139.
Thyrxei Apollinis fons, 17.
TIBURTINA *Sibylla*, 275.
TIRESIAS, 158. *homo primarius, prudens, in feminâ mutatur, reſtituitur, ibid. à Junone irata excæcatur, divinationis peritiâ à Jove donatur*, 159. *ejus vaticinia, ibid. ejus liberi*, 160.
Titi mors prædicta ab Apollonio, 342.
Titio fatalis Meleagri, 46.
Tomarus mons prope Dodonam, 89.
Trajanus Imperator conſulit Oraculum Jovis Heliopoli urbe Aſſiriorum. Reſpons, 92.
Tripes magicus è lauro factus 351.
Trithemii Steganographia, 49. *Viſio eidem data, ibid. purgatio per juramentum, ibidem.*
TROPHONIUS, 124. *Ejus antrum, quomodo detectum*, 125. *Præparatio ad ſuturum deſcenſum, ibid.*
Tuccia Veſtalis miraculum, 51.
Turcarum opinio de Animabus, 39.
Turcici Imperii reditus, 328. *ſummatim*, 330.
Tuſci unde dicti, 163.
Tyridates Magus conatur docere Neronem fruſtra, 357.

V.

Vellus aureum detractum, 162.
Venefica è nubibus à Damone demitti viſa, 71.
Ventorum cohibitio, 52.
Ventos venales proponunt navigantibus Lapones vel Pilapii & Finnii Septemtrionales, 52.
Ventoſus Henrici Regis Sueciæ pileus, 66.
in Verbis magna vis, 318.
Verbis ſolis curati morbi, Sera reſerata, & punctura æqui ſanata, 97.
Veſtales virgines, quæ, quales, 313.
Veſtales ſervos fugitivos certis precibus retinuerũt, 51.
Via vitæ & mortis propoſitæ hominibus à Deo, 277.
Victima, qua dicatur, 311.
Victimæ Animales, ibid. eximiæ, ibid.
Victimæ variæ Diis oblatæ, 9 311.
Victoria parta commoditate ſpelunca Eſmellenſis, 67.
Vires Imperii Romani, 318.
II. X. XII. Viri cuſtodes & interpretes librorum Sibyllinorum, 312.
Virgilii opinio de raptu Helenæ, 149.
Viſio triplex, 75.
Ulyſſes ab Æolo ventos accipit in utre, 52.
Vocales columbæ fagi, quercus, 89.
Urbs Sapientum India, 338.

X.

Xerxes Darii filius Beli ſepulchrum aperit, 178. *deſperatis rebus à filio interficitur, ibid.*
Xerxes Perſarum Rex templum Apollinis Didimæi cum omnibus aliis Græcorum Deorum delubris deſtruit, præterquam Dianæ propter ſtructuræ magnificentiam, 137.
Xerxis reſponſum ad Spartiatas Acceptatur pro oraculo Apollinis, 116.
Xerxis exercitus numeroſus, 194. *ejus temeritas. In Pythium crudelitas. Mors, ibid. &* 334.

Z.

Zarades à ſuperſtitioſis dictus quaſi ζῶον ἄγριον, 353.
Zoroaſtres quis, 27. *eodem die quo natus riſit, ibid. Necromantiæ autor*, 43. *putatur Cham, Noæ filius*, 336 353. *ejus columna quibus inſcripſit Magiam & artes liberales, ibid. cur dictus Miſram* 353.
Zoroaſtres recentior tempore Xerxis, 353.

ERRATA.

Pag. 8. lin. 23 duo, *lege*, quinque. p 14. l. 31. χρησμωδὸς. 19. l. 49. ſacrilegos, *l.* ſortilegos. p 24. l. 7. conſecratos. 34. l. 34 ψυχαὶ. 49. 40. riderem. 75. 3 περιτῶδες. 76. 9. Sagarum. 85 51. eminentiore. p. 90. *in marg.* Principes. 108. 45. facies. 122. 38. partim. 135. 22. *& in marg.* decaclinos. 137. 26. *l.* μὴ ἀτειρὴς.

FINIS.

Sacrificium quod dicatur, 311. *sacrificandi mos* 314. *sacrificia varia*, 311.
Saga & Sagi, *unde dicantur*, 165.
à Sagis comeduntur puerorum excoctorum carnes, 167.
Sagana & Canidia venefica, 53.
Salii sacerdotes, 312.
Salomonis Clavicula, 44. *ad quem usum*, 59.
Salmoneus fulminator fictus & crudelis in homines, vero fulmine ad inferos detruditur ab irato Jove, 174. 175.
Salustius vates contemnitur à Juliano, 57.
Samuel à Pythonissa suscitatus qui fuerit, 38.
Sanctus Fidius Themidos & Jovis filius, 98.
Sapientum India habitatio, mores, &c. 338.
Saturni apud antiquos dicti familiarum senissimi, 88.
Scedasi & filiarum mors excidio Lacedæmoniis, 114.
Scotia regni proventus, 328.
SCRIPTURA CHAM, 352.
Secreta magiæ majora: mediocria: minora, 29. 30.
Seleuco Syriæ Regi datur oraculum, 138.
Septimius Severus consulit Jovem Belum, de se, de filiis, eorumq; successoribus. Respons. 92.
Septimii Severi descriptio ex Dione, ibid.
SERAPIS, 127. *vide Osiris. ejus templum*, 129. *habuit quoque templum Antiochiæ*, 130. & 192.
Serapidis vaticinia quomodo per bovem reddita, 129.
Serpentum incantatores, 51. (130.
Servatores magi, 85.
Sesostris Colchos occupat, 191. & *Mærin Aegyptium superat*, 192.
Sibylla unde dicta, 5. 196. 198.
Sibyllæ quæ prædicarint, 7.
Sibyllarum numerus, 5. 197. *quales eligi solita*, 4. *quo loco habita*, 4 & 197.
SIBYLLA *Delphica*, 198. *Erythræa*, 204. *Cumæa*, 221. *Persica*, 237. *Lybyca*, 243. *Cumana*, 230. *Hellespontiaca*, 263. *Phrygia*, 268. *Tiburtina*, 275. *Epirotica*, 280. *Colophonia Lampusia*, 289. *Thessalica Manto*. 291.
Siciliæ nomen æquivocum. 91.
Sibyllina Magia, 27.
Sideromantia, 20.
Sigalion silentii statua in sacris Isiaci, 129.
Simia Molossorum Regis evertit sortes Lacedæmoniorum, 90.
Simon magus profanam sibi conflat Religionem: edit miracula: à Nerone decollatus tertio die revixit: in aëream sublatus à Dæmone ad preces Simonis Petri deturbatur, fracto femore, maximo dolore excarnificatus exspirat. 59.
Simonis Magi discipulus Menander, 59.
Silentium deorum fatidicorum, 96.
Siphnii consulunt oraculum de auri fodina, 119.
Σκιομαντεία, 41.
Somniorum observatio, 307. *discrimen inter somnia habendum*, 309. *Somniorum causæ variæ*, 308.
Somnia ex humoribus peccantibus, ibid. Somnia divina multis data, 308. *Somnia diabolica*, 309.
Somnia divinitus immissa, 21.
Somnia fatidica, 172. & 352.
Somniorum diversæ causæ, 20. & 173.
Somnia quædam Ethnicorum, 21.
Somnium Hecubæ de face ardente, 85.
Somniorum Interpretes, 168.
Somnus & Amor puri spiritus, 74.
Sortes Deliæ, 109. *Patareæ sive Lyciæ*, 111.
Sosipatra maga, qualis fuerit: cur nupserit Eustathio, 299. *ejus Amasius Philometor saucius labitur de curru, ibid.*
Sopater Apamensis discipulus Jamblichi insignis magus: occiditur, 357.
Spectrum quid sit, 75.
Spectra à Diabolo excitata. 11.
Spectrum horrendæ furiæ in ædibus Dionis, 82.
Spectrum Perseæ incesti, 81.
Spectra in monte Hecla, 42.
Spectra manium apud Pilapios frequentia, 65.
Sphyngum in angulis altaris Isiaci, 129.
Spiritus ignei, aerii, terreni, aquei, 73. *habitantes specus, inferni*, 74.
Spiritus qui in regionibus Septentrionalibus apparent frequentes, vocantur Guttel, Trollen, Elvi, Tervilli, 83. *Tartari Ulamenses suos vocant Caraones, ibid.*
Spiritus Abyssi frigore torquentur: libenter se in sinuant in corpora humana. 84.
Spiritus quomodo se videndos offerant, 75.
Spiritus evocati quomodo veniant, 45.
SPURINA. 320. *celebris Vates, Augur. Aruspex, tempore Julii Cæsaris, ibid.*
Statua Jovis Antiocheni. 91. & 92.
Statua Jovis Beli in Assyria, 92.
Statua Lysandri coronata herbis asperis, 120.
Statua Theagenis oraculo restituta. 120.
Sternomantia, 23.
Succidanea hostia, quæ dicatur, 311.
Superstitiosi idonei sunt ad spectra, phantasmata & visiones recipiendas, 83.
Supplicationes publicæ, quomodo institutæ, 303.
Supplices malefici quatenus fovendi, 138.
Sus *dictus torrens subvertit mœnia & agros Libethriorum*, 178.
Sybaritæ ob neglectos deos deleti, 131.
Sybaritus increpat Juppiter Dodonæus propter interfectum Citharœdum, Junoni supplicem, 90.
Sycomantia, 19.
Sylvanus Incuborum primus natus ex Crathide & Capra, 61.

T.

T *litera, an Crucis Christi signum?* 130. 192. *loco Thoracum Serapidi pro amuleto reposita*, 130. 102.
TAGES. 163. *Hetruriæ populos Aruspicinam & Divinationem docuit, ibid. Ejus origo ex gleba*, 164. *Genealogia secundùm Berosum, ibid.*
Talpa ad magiam apta, 357.
Tantali phiala, 341. *siti cruciatus cur dicatur, ibid.*
Telechines magi & fascinatores, 354.
TELEMUS, 154. *Cyclops studio pietatis & animi moderatione à fratribus diversus*, 155. *ejus oracula, ibid.*

Telphossus fons frigiditate noxius, 160.
Templum à Deucalione conditum, 89.
Templum Deo in Ægypto erectum ab Onia, 288.
Templum Ephesinum collabitur ad preces Johannis Apostoli, 356.
Templum solis, 337.
Tephramomantia, 19.
Terræmotus post triduum futurus prædicitur à Pherecyde Philosopho, 179.
Terra sigillata, ubi, quomodo, quando fodiatur, 189. 190.
Thalia Paliscorum mater absorpta à tellure, 134.
Thebana Legio fulminatrix, 52.
Themeuthes Rex Ægypti consulit Hammonem, 95. *Vincitur à Psammetichо: ambiguitate oraculi deceptus*, 95.
THEMIS, 97. *quæ, qualis, quanta. ibid. & 98. ejus Aphorismi, connubium cum Jove, ex quo suscepit Medium fidium, ibid. Consiliorum oraculorumq; Præses credita, ibid.*
THESSALICA MANTO, 291.
Theodoros, Theodulos, Theodotos, Theodoritos omnes è medio tollit Valens, 351.
Theosophia, 37. *Theurgia*, 38.
Thibis & Peletheobæi solo intuitu interimunt, 50.
Thoas servatus à filia in Lemno solus, 189.
Thrasyllus astrologus & magus insignis, 57.
Thulidi regi Ægyptio oraculum datum à Serapide de vero Deo, 131.
THYODAMAS, 174. *præstans medicus, Augur, & Vates celeberrimus, ibid. Avium voces cum nonnullis aliis intellexisse prædicatur*, 175.
Thyrxeus Apollo cur dictus, 139.
Thyrxei Apollinis fons, 17.
TIBURTINA *Sibylla*, 275.
TIRESIAS, 158. *homo primarius, prudens, in feminâ mutatur, restituitur, ibid. à Junone irata excæcatur, divinationis peritiâ à Jove donatur*, 159. *ejus vaticinia, ibid. ejus liberi*, 160.
Titi mors prædicta ab Apollonio, 342.
Titio fatalis Meleagri, 46.
Tomarus mons prope Dodonam, 89.
Trajanus Imperator consulit Oraculum Jovis Heliopoli urbe Assiriorum. Respons, 92.
Tripes magicus è lauro factus 351.
Trithemii Steganographia, 49. *Visio eidem data, ibid. purgatio per juramentum, ibidem.*
TROPHONIUS, 124. *Ejus antrum, quomodo detectum*, 125. *Præparatio ad facturum descensum, ibid.*
Tuccia Vestalis miraculum, 51.
Turcarum opinio de Animabus, 39.
Turcici Imperii reditus, 328. *summatim*, 330.
Tusci unde dicti, 163.
Tyridates Magus conatur docere Neronem frustra, 357.

V.

Vellus aureum detractum, 162.
Venefica è nubibus à Dæmone demitti visa, 71.
Ventorum cohibitio, 52.
Ventos venales proponunt navigantibus Lapones vel Pilapii & Finnii Septemtrionales, 52.
Ventosus Henrici Regis Suecia pileus, 66.
in Verbis magna vis, 318.
Verbis solis curati morbi, Sera reserata, & punctura æqui sanata, 97.
Vestales virgines, quæ, quales, 313.
Vestales servos fugitivos certis precibus retinuerunt, 51.
Via vitæ & mortis propositæ hominibus à Deo, 277.
Victima, quæ dicatur, 311.
Victimæ Animales, ibid. eximiæ, ibid.
Victimæ variæ Diis oblatæ, 9 311.
Victoria parta commoditate speluncæ Esmellensis, 67.
Vires Imperii Romani, 318.
II. X. XII. Viri custodes & interpretes librorum Sibyllinorum, 312.
Virgilii opinio de raptu Helenæ, 149.
Visio triplex, 75.
Ulysses ab Æolo ventos accipit in utre, 52.
Vocales columbæ fagi, quercus, 89.
Urbs Sapientum India, 338.

X.

Xerxes Darii filius Beli sepulchrum aperit, 178. *desperatis rebus à filio interficitur, ibid.*
Xerxes Persarum Rex templum Apollinis Didimæi cum omnibus aliis Græcorum Deorum delubris destruit, præterquam Dianæ propter structuræ magnificentiam, 137.
Xerxis responsum ad Spartiatas acceptatur pro oraculo Apollinis, 116.
Xerxis exercitus numerosus, 194. *ejus temeritas. In Pythium crudelitas. Mors, ibid. &* 334.

Z.

Zarades à superstitiosis dictus quasi ζῶον ἄστρον, 353.
Zoroastres quis, 27. *eodem die quo natus risit, ibid. Necromantiæ autor*, 43. *putatur Cham, Noæ filius*, 336 353. *ejus columnæ quibus inscripsit Magiam & artes liberales, ibid. cur dictus Misram* 353.
Zoroastres recentior tempore Xerxis, 353.

ERRATA.

Pag. 8. lin. 23 duo, *lege*, quinque. p 14. l. 31. χρησμῳδὸς. 19. l. 49. sacrilegos, *l.* sortilegos. p 24. l. 7. consecratos. 34. l. 34 ψυχαὶ. 49. 40. riderem. 75. 3 περατῶδες. 76. 9. Sagarum. 85 51. eminentiore. p. 90. *in marg.* Principes. 108. 45. faces. 122. 38. partim. 135. 22. *& in marg.* decaclinos. 137. 26. *l.* μόνῃ ἀτειρὴς.

FINIS.

INDEX